Margarita Poetarum.





ORATORVM OMNIVM POETARVM: HYSTORICORVM: AC PHILOSOPHORVM ELEGANTES DICTA: PER CLARISSIMVM VIRVM ALBERTVM DE EIIB IN VNVM COLLECTA FAELICITER INCIPIVNT.

ALBERTVS DE EIIB
iurisutriusq; doctor sā-
ctissimi domini nostri
Pii papæ.ii. Cubicula-
rius: Bambergensis &
Eiistiten. ecclesiarū ca-
nonicus. Reuerendissi-
mo in christo patri: &
domino domino Ioan
ni dei gratia episcopo
Monasteriēsi. Comiti Palatino Rheni: ac Bauariæ
duci illustrissimo .S.p.d. & presens dedicat opus.
Optasti sæpenumero reuerende pater ac princeps
illustrissime: heroicarū cultor uirtutū: ut siquando
mihi adesset ociū nōnullas artis rhetoricæ præce-
ptiones: diuersas clausularum uariationes: ac pluri
mas tā oratorum q̄ poetarum: ac hystoricoꝝ auto
ritates diuersis in uoluminib⁹ sparsas: & uage disie
ctas: dictu quidem & memoratu dignissimas: quæ
ad ornatā cōcinnam: splendidā & resonantem ora
tionem: ac ad bene beateq; uiuendum admodum
conducerent & expedirent: in unā (ut documēta su
mere uolentibus lōge inquisitionis labor abesset)
deligerem consonantiā: atq; in facilem quēdā redu
cerē modū. Etsi ea res super qua sermonē sæpenu-
mero in multā produximus noctē: infiniti pene sit
operis & īmensi: adeo ut unde initiū: unde mediū:
& unde deniq; finem: in tanta rei magnitudine su
mam: nō iniuria subsistā: ac tantū autoritatis: tan-
tūq; dignitatis & excellētiæ cōtineat: ut nō modo
infimū aut mediocrē uirum defatigaret: sed sum
mum: ac prope diuinū oratorē id aggredi perho-
rescere q̄plurimum faceret: tamen tuas ne preces:
quæ sedulo imperii mihi loco sunt & quæ hoc con
ficiendi opus meis modo rationibus alligarūt: ui-
dear declinare (tibi enim quicquid possum debeo:
& me non modo huic rei: uerum cuicunq; possibili
deuinctum obnoxiūq; tenes (materiam longe pa-
tentē: angustis finib⁹ terminabo: & in uerba q̄ po-
tero (non enim cuncta complectendi mihi cupido
incessit) conferā paucissima: iuxta Horatii uerba.
Quicquid præcipies esto breuis ut cito dicta perci
piant animi dociles: teneantq; fideles. Ad hoc eni
istituēdū opus nulla magis me res excitauit pater
humanissime: q̄ ut tuæ in primis clemētiæ: quā iā
pridem unice atq; religiosissimæ colui. cōplacerē:
tametsi nōnihil ipsa me gloria mouebat quæ si me
ritis aut uirtute parta extitit: semp est a summis ui
ris magno studio quæsita: & a sapientibus homini
bus maxime laudata. Nonnihil etiā exercendarum
ingenii uirium me causa inducebat: quia quemad
modū triste ē diuiti decedere sine hærede ita miser
rimū est habēti a deo summo gratiā: intellectus po
steris suis idest studiosis nihil ornatum dimittere:
quo possit ueluti hæredes intellectus aliquaten⁹ cō-
solari. Et licet tot in oī sciētia: & in primis in orato
riæ artis facultate scripserint: ut iam mundū pene
illuminauerint: adhuc tamē inueniēdis inuēta nō
obstant. Instar enim solis oritur intellectus: & occi
dit: uadit & redit: & nunq̄ moritur. Nūc hoc unū
pnceps clæmentissime: æquo fer animo uelim: ut
meum huic sit operi consecrare nomē Margarita
poetica haud abs re opus clarissimū tibi nomē su-
me: tum a genetrice mea dignissima: domina Mar
garita de iuolmershausen: fœmina qdē clarissima:
a qua tanq̄ magistra optima: litteraꝝ prima hausi
elemēta. Tum quēadmodū Margaritæ per se solæ
quoquo in statu sint plurimū ualent: & si in cæla-
to auro repositæ fuerint magis lucere: magisq; ho
minum intutum ad earū contēplationem allicere
uidētur. Sic nostræ operis Margaritæ: in quocūq;
dicendi genere persistāt per seipsas graues sitæ: fru
gales & prestantes sunt: ac maxime cōducibiles: &
si expolita: cōmoda: splendida: ac resonanti uerbo-
rum confirmatione contexantur. ipse splēdor atq;
suauitas orationis: homines ad earū sententiarum
lectionē incitare: legentiū oculos maxime iuuare:
atq; audientium animos pulrimū oblectare solet.
Nunc istitutum opus religiosissime antistes trepi
dus aggredior: & satis ac satis paruo cum nauigio
magnū & spaciosum ingredi mare phorresco: sed
cælesti opus est munere. Manib⁹ igit ad cælū ere-
ctis diuinum inuoco numē: & deum totius operis
auctorem ac præsulem constituo: ad quē humiles
nunc porrigo preces & cum Salomone dico. Da
mihi domine sedium tuarum assistricem sapienti-
am: ut hoc tam illustre opus bene incipere: melius:
mediari: & optime ac fœliciter finire ualeam. Ad
tui laudem & gloriam sempiternam. Amen.

¶ Eloquentiæ & perfectæ elocutionis præcepta incipiunt.

BEne esset uir illustrissime: q quoniā om
nis eloquentiæ & perfectæ elocutionis
pceptio in tria sit mēbra distributa: ele-
gātiam. s. compositionem: & dignitatē
ut de his aliqua in nostri operis exordio dicerem.
Sed quoniam hæc apud Ciceronem libro suo rhe
toricorum satis explanata sunt: de eis: maxime de
elegantia & dignitate supersedendū: & de sola: quā
tum ad præsens sat erit compositione prosequen-
dū existimaui: quandoquidē ipsa compositio nisi
diligenter sit ab ipso oratore obseruata: omnis pe
ne splendor: uerborūq; concinnitas tota intereat
necesse est. Quid enim sine compositione elegātia
aut uerborum sententiarumq; ordinationes uale-
ant: non satis intelligo. Hanc autem cōpositionis
partem: quonam pacto commodius: quo compē
dio breuius: qua deniq; uia ad capessendū melius:
q̄ per Clarissimorum nostra ætate oratorum præ
cepta: & prima omnis eloquentiæ elementa prose
qui possem haud uideo (Artē itaq; ab his & præce
pta uir humanissime: a me autem p̄sentē pro tua
quæso clæmētia accipe ordinationē. Et quoniā hæc

ompoſitionis pars in tris apud oratores reperia-
tur diuiſa partes: ordinem: iuncturam: & numerū.
In primis iuncturam: quia circa litteras conſiſtit &
ſyllabas: duxi expediendam.



N iunctura igitur: quæ apta quædā: de
iunctura atq; concinna litterarū ſyllaba
rūq; in cōtextu uerborū eſt collocatio:
ab omni offenſione auriū procul remo
ta multa ſūt uicia fugiēda: quæ a Socrate & a Theo
pompo ſummo ſtudio ſunt uitata. A Cicerone au
tem & Demoſthene nō niſi cū nimis frequēter in
orationē icidūt. Sæpe etiā ſi modeſte intercurrāt:
orationē nunc molliorem: nūc grauiorem efficiūt.
Nam ut in ſaporibus quædam interdum ſuauiter
amara ſunt: ſic in oratione aliqua aſperitatis inter-
ſonantia magis grata eſt. Vnde ſi uel ſentētiarū ne
ceſſitas exigeret: aut punctis quibuſdā curſus diſtri
gueretur uocaliū nec ſpiritu uno nec eodē profer-
ret: mō id raro & modeſto fieret: nō mō hoc nō re
A ꝑhēdēdū eſſet: ſed quādoq; etiā laudādū. ¶ Primū
igitur ex ordine præceptū eſt tale. Cauendum eſſe
ne creber uocaliū concurſus: qui hiātem in cōſonā
atq; inſuauē exprimendi ſonoritatē pariat: incidat
in oratione: quod fit ſi præcedēs in uocali termine
tur dictio: & ſubſequens ab eadem aut alia incipiat
uocali: quod maxime in AE & O uocalib⁹: q̄a ma-
iorem habent ſonum: erit euitandū. ut Amo amā-
tem deum. Veſtram laudo amiciciam. Egredere ex
domo aliena. Egredere ex urbe elata. Vocales uero
quæ magis exilem habēt ſonū minorē faciunt hia-
tū. ut Honora illuſtres uiros: Excolite uirtutis ſtu
dioſos homines. Non tamen magis incōcinne uo
cales ſeſe recipiūt q̄ ſi eædem concurrāt. ut Sollici-
ta Auſoniā Mariā. Elige egregios bellatores. Con-
ueni irritantes ad diſcordiam ciues. Cornu unicū
B in caſtris extat. ¶ Secūdū præceptum eſt: Quod
multarum ſimiliter litterarū concurſionē effugere
debemus: quæ quandā uel legendo uel pronuntiā
do difficultatē afferre uidet. ut Iacob bonus & Iob
beatus: dei leges diligēter obſeruarunt. Dauid da-
uinos dedit pſalmos. Ioſeph fuit Pharaonis inter-
pres a fratribus facinoroſe uenditus. Animaduer-
tat Titus tyrānus quæ ꝑpetrauit: & penitebit tan
dē tātæ tyrānidis. Semiuocaliū uero litterarū con-
curſiones præter. x. modicā uidētur uel legēdi uel
pronuntiandi difficultatē afferre. ut Chriſtū domi
num noſtrū maximū nos omnes hoīes ſummope
re debemus excolere. X uero quia duarū in ſe litte-
rarum uim & ſonū complectitur: difficilē ac hian-
tem in cōcurſione uidet afferre pronūtiationē. ut
Carthaginēſium dux Xanthippus trux: felix Xer-
xes: & uirtutis lux Xenophō fuit. Similiter x. & s.
ineptā pronuntiationē reddunt. ut Deceptus Xer
xes Græciæ bellū intulit. Vnde non ſolū in uerbis
diuiſis: ſed etiā in compoſitis x. & s. litterarꝫ uitan
dus eſt cōcurſus. Quare ſi forte accidat: ut hæc præ
poſitio ex cū dictione ab S incipiente cōponat: S
littera de medio eſt abiicienda: ut exurgo: exulto
& ſimilia. Nec ſolū in his duabus litteris magna eſt
aſperitas: ſed R etiam & T ſi crebro cōcurrant: iū-
cturā deformem faciunt. ut nunc ſuauiſſime ſuade
bat nunc uero terribilis tutoribus ſuis ſatis grauis
erat. Oīum itaq; litterarū ſiue uocalium ſiue conſo
nantium nimiæ concurſiones uel aſſiduitates eui-
tādæ ſunt: quæ inſuauem profecto ſonoritatē red
dere ſolēt. ¶ Tertiū p̄ceptū: Quod ſyllabarꝫ ſiſt A
earūdē & cōſimiliū cōcurſiōes & nimiæ aſſiduita
tes ſunt euitādæ. quoniā non tam inſuauē q̄ neptā
reddunt orationē. ut Caſſius curans cuſtodire cō-
munem cōmoditatē: & cæteri etiā de re certa certā
tes Cæſarem cæperūt. Item meæ mētis memoriæ
modū ita imponā: ut meæ meditationis me mini-
me paniteat. Itē poetæ potentiā ponentes in poſ
ſibilibus & honeſtis rebus laudantur. Item ciuitas
quæ a regibus regitur regio amore fælix eſt. Simi-
liter ne idem ſit dictionū immediate ſe ſequentiū
exitus cauendum eſt. ut illorꝫ bellatorū ac impera-
torum fortuna laudatur: quorum probitas ciuiū
optimorum ſaluti intenta eſt. Item fortunatorū
imperatorum optimorumq; rectorum uirtus ma
gis q̄ fortuna laudatur. Similiter ne ſequēs dictio
ab eadem incipiat ſyllaba in qua præcedens termi
natur: ꝑſpice. ut ille legit. Amor mortalis in te in-
teger eſt. Quod quidē uitium nonnulli Ciceroni
obiecerunt: ſed hoc uicium non eſt attribuendum
ſi grauitatis cauſa fiat: niſi cum hoc dicendi genere
crebro utamur. ¶ Quartū præceptū: ꝙ etiam di- B
ctionū nimia concurſio & aſſiduitas diligenter eſt
euitanda. ut nō eſt rationis ratio rationem illi ad-
hibere: qui in ſententiis ferendis ratione non uti-
tur. Nemo quidē ita eloquentiæ ignarus eſt: cuius
animus nō faſtidio aliquo afficiatur: ſi quod huiuſ-
cemodi audierit niſi ornatus cauſa ut repetitionem
complexione: traductione: conduplicatione: conti
nuatione & huiuſmodi in orationē cadāt. Dictio-
nibus equidē ex oībus gramaticæ orationis parti-
bus ſumptis uti debemus: longis: ſuauibus: diluci-
dis: ſonantibus: electis: idoneis: cōmodis ꝓpriis:
apertis: concinnis: uſitatis: ut oratio ita ſplendens:
idonea: & reſonans ex ipſis efficiatur: ꝙ aliqua uer-
borum obſcuritas: aut orationis difficultas in dicē-
do non cōmittatur: quæ uel auditorū aures uel le-
gentiū animos aliquādo offendere poſſit. ¶ Qui C
tum præceptū: Quod nimia uerborū ſuſpenſio &
prolixitas in oratione eſt uitioſa: quæ res tametſi
in prohœmiis interdū concedatur: in cæteris ta-
men orationis partibus reprahendi ſolet. ¶ Sex- D
tum præceptū: Quod figura quæ temeſis dicitur
in ſimplicibus nō utamur. Nec in cōpoſitis niſi in
q̄bus apud autores id ꝑmiſſum ſit. ut poſtea uero
q̄: poſteaq̄ uero: Inq; uicē: pro inuicemq;: Septēq;
triones pro ſeptētrioneſq;. Satis boni uiri officio
fecit: pro ſatiſfecit. Et quædā ad hūc modū a nobis
diuiduntur: propterea nō repræhēdunt: ꝙ a ſum-
mis poetis & oratorib⁹ ſunt recepta. ¶ Septimū E
p̄ceptū. Hoc iter cū & tū refert: & tū duplicatū. ut
multis locis admonet Ci. Quod ea particula ora-
tionis: cui hæc coniūctio cū antefertur: uel cauſam
uel comitātiam: uel id quod apertius eſt certiuſue
ſignificat: uel tēporis prioritatem: uel maiorū re-
rum

rum dignitatem. Tum uero aut officium antecedē
tis causæ. aut alternationē: aut rem minus notam:
aut tempore posteriorem importat: aut minorē
dignitatē ac momentum affert nisi aliquid sequaẗ:
quod huic rationi aduerseẗ. ut potius: multoma-
gis studiosius: & quæ sunt huiusmodi. Exēplū pri-
mi. Cū tuo in me amore summo: tū beneficio sem
per tui memoriā præ me feram. Exemplum secun
di. Cum mutuo inter nos amore: tum reipub. cau
sa perpetua rerum omnium societate deuincti su-
mus. Exemplum tertii. Cum tuis in omnes bene-
ficiis: tū uolūtate in posterū prona ad omnia uiri
officia pater patriæ iure optime diceris. Exemplū
quarti. Cum dicit temporis prioritatē. Cum olim
in parentē pietatem insignē animaduertimus. tū
in patriā non minore studio futuram speramus.
Exemplum quinti. Cum uitā pro tua salute: tum
opes omnes profundere nunq̃ dubitabo. Quod si
tū in eadē oratione geminetur aut in diuersis: cō-
mitantiam sine differentia signat: ut Cicero tū na-
tura: tum consuetudine ad omnes res honestas flā
mato studio rapiebaẗ. Sæpenumero tamē nimia
obeūdi negocii opportuna celeritate oppressi: aut
occupationibus aliis distracti: aut parua adhibita
diligentia inconsulte in concursionem & assiduita
tem: uel litterarum: uel syllabarum: uel dictionum
uel utrarumq; incidimus. Quod etiam apud Cice
ronem cum eloquentiæ principem: tum etiam ha-
rum compositiōis rationum & præceptorum op
timum artificē aliquando cōperiemus: sed tamen
est curādum diligēter: & quoad fieri possit: ut ipsa
cōcursionis & nimia assiduitatis uicia declinemus.

De Ordine.

F ORdo est quædam uerborū orationūq;
inter se: uel naturalis uel artificialis di-
spositio. Circa quem obseruādū est: &
sit hoc octauū in ordine nostro præce-
ptū. Quod semper oratio crescat & augeaẗ: ut qđ
sequitur magis eo sit quod antecedit. ut nobilis &
egregius. Magnificus & illustris. Crudelis & ima-
nis. Fur & sacrilegus. Augeri quidē uult oratio &
insurgere: non minui. hoc uerū cum uerba ad ean-
dem sint rē relata: ꝙ si ad diuersas nullū admittit
uitiū: qui ab hac ordinis ratione discedit: ut cū aliū
sacrilegum prius dixeris: alium de hinc furem ap-
pellas. Exaugendæ autē ac multiplicādæ orōnis ra
tio: triplex reperitur apud oratores. Vna quæ per
tinet ad unicā orationē multis uerbis coadornatā.
Altera quæ ad plures multis ex partibus grāmati-
cæ orōnis amplificandis. Tertia quæ est accōmo-
data epistolis & orōnibus atq; cæteris oratorum
dicendi rationibus: nō solum uerborū copia exag-
gerādis: uerumetiā negociis rerum locupletandis.
Prima ergo coaugmentandæ orationis aīaduersio
est: ut in nostra orōne coaceruemus multa nomi-
na substātiua uel ꝓpria uel appellatiua: aut etiā ad
iectiua positiua cōparatiua & superlatiua: aut uer
ba ꝑsonalia aut īpersonalia: aut participia in oībus
tēporibus posita: aut gerundia uel supina: aut pro
nomia primitiua aut deriuatiua: aut aduerbia po-
sitiua comparatiua & superlatiua: quæ dictiones
huiuscemodi ita gradatim collocētur: ut alterā al-
tera & aliam alia subsequatur: quæ maiorē uim &
efficaciorē uæhemētiā īportet: & orationis senten-
tiā magis adductā efficiat. ¶ Vt in hoc exēplo. Cū G
iusticiā eamipsam apertissime constare uideamus
ex qua oppida. ciuitates: prouinciæ: nationes: re-
gna: atq; īperia gubernanẗ conseruanẗ: amplifican
tur: omnem igitur cogitationē: diligentiam: actio
nes: fortunasq; nostras: nos deniq; totos libēter ex
ponere debemus ut ea ipsa iuris æqtas diligenter
excolatur. De secunda coaugmentandæ orationis
specie exēplū tolle. ut Ego ꝓpter magnū Cicero
nis in me amorem: & propter insignes eius uirtu-
tes: atq; ꝓpter magna & multa sua benemerita eū
plurimū diligo. Itē. Ego enī cū propter magnū Ci
ceronis in me amorē: quē semper optimū fuisse co
gnoui: tum etiam sua erga me benemerita: quæ ab
ipso quidē multa & magna recepi: eū profecto mi
rifice diligo. Ecce quomodo oratio præcedēs ex re
latiuis interpositis multiplicaẗ. Sic enim ex omni
bus orationis partibus oratio multiplicari potest
sed de oībus ponere exempla: item & de tertia aug
mentandæ orationis specie: non tā prolixū est q̃ la
boriosum. De hoc autē relatiuorū exemplo & aliis
orationū partibus: circa multiplicādas orationes:
quomodo opportune cōcurrant in suis propriis
diceẗ locis. ¶ Nonū præceptū: Quod dignitas re H
rum attēdi debet ac naturæ: ut quæ in eodē genere
dignitate naturæ præstāt: ea minus dignis in ora-
tione anteferanẗ: ut uiri fæminis. ortus occasui. di
es nocti. secūdæ res aduersis: honestæ turpibus. &
multa adhunc naturæ modū similia. Hoc uerū cū
aliqua uerba sese immediate sequunẗ. Nihil enim
impedit. si a se distātia fuerint: & in diuersa oratio-
nis posita parte: aut ad diuersum tēpus ordinēq;
relata: quæ minorem dignitatem habeāt posse di-
gnioribus anteferri: ut in hoc exemplo. Cū ingēs
agmen prius mulierum: dehinc uirorū in manus
hostium peruenisset: secuta est subito cunctis in re
bus captiuitas. Idem in sepatis uideri multo facili-
us est. ¶ Decimū. Cauēdū est ne uerba in oratio- I
ne ociosa sint: ne supuacua: ne nihil agentia. quod
uitium qui euitare uolet: semper genus suæ speciei
anteponet. ut castor & pollux: fratres gemini cum
finitimis bellū gerebant. Superuacue igitur & in-
epte diceretur gemini fratres. Nam cū omnes ge-
mini fratres sint: nihil opus erat: cum gemini dixis
set fratres adiicere. ¶ Vndecimū: Quod uerba re- A
bus de quibus loquimur sint accōmodata: ne plus
minusue q̃ dignitas rei postulabit significare uide
antur. Nam qui agricolā illustrem: aut regē par-
cū inter laudandū appellat: non mediocre uitiū in
currit: quoniam illic adiectiuo ampliori: hic angu-
stiori quā rei natura poscat utaẗ. ¶ Duodecimū: B
Quod nō abutamur unius uerbi significatione ꝑ
altero in quibus nulla similitudo reluceat: ut si fun
dū eruditū appelles: aut militē sine armis istructū
icedere ad bellū dicas. Opus itaq; erit ꝓpriā signifi
cationem uerborum a grammaticis epetere: & re-

rum naturas consulere quis ornatus rebus de qui-
C bus sit accõmodãdus. ℂ Decimũtertiũ : Quod in
ter adiectiuũ & substantiuũ aliquæ interponant di
ctiones: quæ profecto ex oĩbus partibus grãmati-
cæ orõnis cõmodissime sumi possunt. ut amplissi-
mam .M.T.C. facultatẽ rationẽq; dicẽdi ingenio
studio atq; doctrina consecutus est . Item summã
equidem Maria læticiam suscepit : cum sibi ab an-
gelo filium dei se parituram nunciatum est. Item.
Tam multa legisti librorum uolumina q uir tan-
dem peritissimus euasisti . Itẽ. Magnũ supra uires
onus sumpsi: qui de reb⁹ diuinis dicturus sum. Ca
uẽdum tamen ne nimiũ absese inuicẽ separentur:
q orationẽ obscurã faciant: ut in hoc exẽplo. Nul-
la satis probata apud ciues suos uirtus est. Non ta-
men semper concinnũ esse uidetur : q adiectiuũ a
substantiuo intermediamus: si meliorẽ præsertim
sonoritatẽ habere uideat ut cõtinuo collocentur.
quod euenit potissimũ : si adiectiuũ & substantiuũ
in genitiuo positum: aliud adiectiuũ & substãtiuũ
cui subordinatur: fuerit interpositum. Aut cũ adie
ctiuum cõparatiuũ una cum substantiuo fuerit in
genitiuo positum. Aut cum aliquã magnã alicuius
rei uæhementiã importet. Et etiã aliquãdo adiecti
uum positiuũ uel superlatiuũ in oĩbus casibus po-
situm decenter cõtigue tractari potest. Sed potissi
mum participia omnis temporis cum in cõcomi-
tantia uel subsequentia contineant sine intermedia
tione collocari solent. Exemplũ de adiectiuo & sub
stantiuo in genitiuo posito. ut Eximia pristini no-
stri amoris magnitudo me uæhementer adhortat
ut par mutui beneficii retributio a me tibi refera-
tur. Itẽ. Excellens tuæ familiæ dignitas : & præcla-
rus spectatæ uirtutis splendor: & exardescẽs & fru
endæ uirtutis desideriũ ad studiũ te plurimũ icita-
re debẽt . Exẽplum ubi adiectiuũ comparatiuũ cũ
substantiuo in genitiuo ponitur. ut Neminem ui-
deo callidioris ingenii: perspicatioris intelligẽtiæ:
accuratioris excogitationis: ingeniosioris sciẽtiæ:
studiosioris diligentiæ: amplioris doctrinæ : præ-
stãtioris elloquẽtiæ: q̃. M.T.C. extitisse. Exẽplum
ubi magnã uæhementiã importat: quod cõtingit
in ablatiuo. ut Qui ægregias bonarũ artiũ discipli
nas summa uolũtate : accuratissima cõtẽplatione:
& quottidiano studio complexi sunt: eas quas exin
de sperarunt emolumentorũ rationes facile conse
cuti fuerunt. Exemplũ ubi adiectiuũ positiuũ po-
nitur cũ substantiuo in oĩbus casibus sine interme-
diatione. ut Marcus Aurelius uir officiosus & pru
dẽs: cuius uirtus tantæ est intelligẽtiæ: tantæ inte-
gritatis: tantæ constantiæ: tantæq; modestiæ: ut ei
tanq̃ fido socio & homini sapienti plurimũ debeã.
Illũ igitur ad te proficiscẽtẽ ut hominẽ rectũ & in
geniosum artificem ita tibi cõmendo ut meum af
finem & gratum hominẽ . Nam & ego ipso claro
igenio nato: & insignibus moribus expolito : atq;
aliis magnis uirtutibus prædito in oĩbus meis ne-
gociis familiariter fretus sum. Exemplũ de adiecti
uo suplatiuo . ut Lucius Crassus uir peritissimus:
cuius ut hominis integerrimi fides mihi explora-
ta est: a me plurimũ diligit. nam & ei tanq̃ homi-
ni amicissimo & pcuratori uigilãtissimo rõnes me
as agẽdas libẽter cõmittere soleo: nec unquã ipsum
optimũ amicũ dereliquã: quẽadmodũ ego ipso Lu
cio Crasso uiro officiosissimo utor familiarissime:
ita etiã a te peto: ut causæ eius tanq̃ si mea res age-
retur: te maximopere accõmodare uelis: quo gra-
tius mihi nihil efficere poteris. Exẽplũ ubi adiecti-
ua participia oĩs tẽporis sine intermediatione po
nũtur: ut Cũ in senatu causam tuã agere cœpissem
Salustio decernẽte consulibus audientibus: præfe-
ctis legationibus: cæteris magistratibus fautorib⁹
senat⁹ est dimissus: obmissis etiã aliis creandis ma-
gistratibus. Itaq; res in aliũ diẽ dilata est: de qua qc
quid actũ fuerit te certiore faciã. ℂ Decimũquar- D
tũ præceptũ . Quod orationes ab adiectiuis sæpi⁹
q̃ a substantiuis incipere debeamus: & hoc a positi
uis cõparatiuis & suplatiuis: simplicibus & cõposi
tis. Item a relatiuis substãtiæ & accidẽtis. Itẽ a par
ticipiis in ans uel in rus uel in dus uel in tus desinẽ
tibus. Itẽ a pnominibus primitiuis & deriuatiuis.
de quibus omnib⁹ exẽpla per ordinẽ sequunt. Exẽ
plum de adiectiuo positiuo. Magnũ ego ad te be-
neficiũ me accipisse profiteor: pro quo uniuersam
meã tibi operã defero . Itẽ. Immortalia eni in me
benemerita liberalissime profecta sunt : quæ nulla
unquã mea delebit obliuio. Exẽplũ de cõparatiuo.
Maius mihi officiũ præstare nõ potuisses : q̃ illud
quo tu me hodierna die amicissime ornasti . Exẽ-
plũ de suplatiuo. Maximũ pfecto illud tuum erga
me pmeritũ: quo ego a te cumulatissime exornat⁹
sum : deputo mihi summũ summope gratissimũ.
Exẽplũ de adiectiuis cõpositis: ut permulta : pma-
gna: pclara: pclariora: q̃maxima : q̃singularissima:
q̃amplissima. Exẽplũ de relatiuo substantiæ . Qui
tibi ex me fructus debent : cum idonea mihi facul-
tas offeretur: eos profecto q̃ubertimos suscipies
Exẽplũ de relatiuo accidentis : Qualia eni ab aliis
officia recepim⁹: talia plerũq; reddere solemus. Exẽ
plũ de participio in ans. ut Inuigilantes uirtutibus
homines & bonarum artium studiis iugiter insu-
dantes: maxima semper fui beniuolentia prosecu-
tus: Exemplũ de participio in rus. ut Daturũ ope-
ram uirtutibus Albertum nostrum q scribis : mi-
rum in modum gaudeo. Exemplũ de participio in
dus. ut Excolendus ab omni hominum genere pe-
nitus est Christus: qui omnium hominum est con
ditor & bonorum ellargitor. Exemplum de parti-
cipio in tus . ut Consecutum se opera mea cõmo-
ditates q̃plurimas Ciceronem tibi retulisse uæhe
menter lætor. Exemplum de pronomine primiti-
uo. Ego semper tibi amicissimus esse uolui: quia tu
me semper plurimum amasti. Item. Me quidem
in amicicia si aliquando experiri uolueris: amicum
profecto tibi comperies optimum atq; paratissi-
mum. Exemplum de pronomine deriuatiuo. Mea
quidem diligentia tibi semper futura est paratissi-
ma: quia tuam in me beniuolẽtiam cognoui mihi
semper q̃promptissimam. ℂ Decimumquintum E
præceptũ: Quanq̃ ab adiectiuo apposito uel sup-
posito

posito principium sumere orationis commodissi-
mum sit: quia tamen aliquãdo accidit ut dictiones
aliæ multifariæ non minus in orationis principio
optime iacere & pulchre sonare uidenẽ: nõ icõmo-
dum uisum est ab eis principiũ orationis constitui
posse: quæ profecto dictiones ex omni genere atq;
modo octo partiũ grãmaticæ orationis cõmodissi
me sumi potuerunt: ubi adiectiua nõ tibi cõmode
succedẽt quod cõplura uidere exempla pulchrum
iudicabis. Exemplũ de nomine proprio in princi-
pio orationis posito. Brutus quem in his tibi litte-
ris cõmendo cum mihi sit omniũ amicissimus: ta-
men etiam maximis est uirtutibus exornatus. Exẽ
plum de nomine appellatiuo. Homines enĩ illos
quos duplices esse cognoui: ut unum uerbis dicãt:
alterum autem resentiant: nisi ipsi aliqua probabili
fortasse ratione ad hanc fictionem compellantur:
apud me semper parũ ualere debere constitui. Exẽ
plum de uerbo actiuo. Amabo te semper atq; sum
mopere diligam: quoniam tu omnia pro me libe-
raliter effecisti. Exemplum de passiuo. Videor enĩ
te uidere cũ tuas lego litteras: sed doleo cum appel
lor imerito a te negligens: cum scribendi facultatẽ
non habuerim. Exẽplũ de uerbo interest. ut Inter-
est plurimũ uirorum prudentiũ internoscere quæ
ad eorum remp. recte gubernandam pertinere ui-
deantur. Exemplum de uerbo placet & similibus.
Placuit semper ac libuit maximopere principibus
sapientibus accuratissime perscrutari quid superio
ribus aliis principibus acciderit: ut suppeditet eis
quid eueniat aut eos agere oporteat. Exemplũ de
gerundio. Agendum est assiduo ut officiosum ali-
quid consequamur. Exẽplũ de supino. Relatu mul
torum nobis significatũ est maximum officiosum
te uirum esse factum: quo plurimum certe gaude-
mus. De participio supra in proximo dictũ ẽ præ-
cepto. Exemplum de præpositione. Ad. x. Kalen-
das Maii: ad urbem cũ uenissem ut de multis ac ua-
riis rebus tecum cõmentarer: te reperire nõ potui
quas igitur res te coram agere uolebã: per litteras
absens breuiter significabo. Item. Extra iocũ sunt
ea profecto quæ tibi scribo. quæ certe sunt a te dili-
gẽtissime consideranda. Item. Post deũ nostrũ om
nipotentem & parentes qui me genuerunt nemi-
nem habeo: quem magis te diligam: magis excolã:
magis obseruem: neq; maiori q̃ te beniuolentia cõ
plectar. Item usq; quo spiritum perducere potero
nõ cessabo me tibi gratissimum demonstrare. Itẽ.
Ab omnibus hominibus hi merito deridẽtur: qui
clarissimas bonarũ artium disciplinas uilipendũt.
Item. Coram te cum affuero ea tibi declarabo: quæ
& gratissima forte & cõmodissima tibi uidebunẽ.
Item. de oĩbus rebus quæ ad te pertinẽt. quasq; mi
hi curãdas præcipisti quid egerim ex his litteris co
gnosces: quas tibi Gasparinus meo nomine cosi-
gnauit. Exemplum de aduerbio. Heri litteras ad te
scripsi: hodie uero atq; nũc de te cogito: cras etiam
meis te litteris uisitabo: diligẽterq; res tuas pertra-
ctabo: ut aliquãdo intelligas me semper & iã olim
de tuis ornamentis & cõmodis maximopere cogi
tare. Item. Verum meminero nisi tãdem meliorẽ
uiuendi constitutionẽ desumpseris: cõspicio te ma
xima subiturum incõmoda. Item. Forsitan parua
hæc incõmoda quibus in præsentia afficeris: in ma
ximum tibi emolumentũ in posterũ redũdabunt.
Item. Vix uere me cõtineo quin ad te aduolem: &
ea tibi significẽ: quæ si feceris tibi plurimũ condu-
cent. Exemplũ de interiectione: Heu mihi cur ego
tuis omnibus incommodis non affuerim: nam ma
ximis te profecto curis atq; molestiis fortasse libe-
rassem. Itẽ. Hem bone Ihesu ita exoro ut nobis p-
petuo sis adiumẽto. Item. Papæ itane res habet ut
narrasti Marce Tulli. Item. Atat quas huic nostræ
reipu. futuras imminentes calamitates narrat. Sẽ-
pronius. Itẽ. Vha itane ab his decipiẽdus ego sem-
per sum quorum rationibus plurimum me accom
modare soleo. Exemplũ de cõiunctione. Et tecum
libenter adessem: & me tibi libentissime accõmoda
rem: si magnæ meæ atq; assiduæ cogitationes ac oc
cupationes hoc mihi pmitterẽt. Itẽ. Si in hoc meo
negocio adiumentum mihi tuum præstiteris: per-
ficiam profecto quod te beneficium mihi præstitis-
se lætaberis. Item. Igitur cum tu plurimum mihi
semp obfuisti: noli expectare ut pro his tuis in me
iniuriis debeã magnis te meis beneficiis exornare.
Item. Nullum unq̃ fuit tempus in quo non maxi-
mam atq; firmissimam tuorum in me meritorum
memoriam continue complexus fuerim. pro qui-
bus equidem iam tibi cumulate satisfecissem: si ido
neam tibi satisfaciendi facultatem mihi compara-
re potuissem. Item. An tibi ego unq̃ nulla in te cõ-
tradicturus sim: qui te mihi semper omnibus in re
bus q̃ facillimum præbuisti. Item saltem uerbis te
mihi cõmodare uelis te obsecro: si te ipsa adiumen-
to mihi esse non possis aut non uelis. Et quamplu-
rima ad hunc modum de omnibus partibus ora-
tionis poteris excogitare exempla. ¶ Decimũsex- A
tum pceptũ. Quod distributiuis & partitiuis no-
minibus cõmodissime uti possumus cũ aut alicuiꝰ
negocii partitionem quãdam facere uolumus: aut
certam aliquã animi determinationẽ declarare niti
mur. De qua ratione hoc exemplũ conspicere po-
tes: Quod Cato &. L. Clodius a me plurimum dili
guntur: neq; enim immerito eos maximifacio: Nã
cum alter mihi doctrinam ministrauerit: alter ue-
ro magnas mihi rerum facultates præstiteris: non
possum abduci quin cum alterius uirtute adauctus
sim. alterius aũt copiis adiutus alteri maxime debe
am alterum etiã admodũ diligã quorũ utro magis
gaudeam aut magis uti uelim non facile diiudico.
Præterea sæpenumero euenire uidemus: ut in cõ-
peratione rerum multarum: aut aliud alio laudabi
lius uel turpius demõstrare. aut cõmodius aut de-
terius persuadere aut iustius uel iniquius significa-
re uolumus. tunc cõparatiua uidentur oĩno neces-
saria. De quo hoc tibi exẽplũ trado. si ex oĩbꝰ homi-
nibus qui maximã tibi beniuolentiæ cõiunctione
profitẽtur. unũ tibi potissimũ adoptasti: qui digni
tatẽ tuã maximope tuereẽ: neminẽ pfecto cõmo-
diorẽ diligere potuisses. q̃ Põponeũ: cuiꝰ studiũ p

autoritate tua collustranda tam maximum extitis-
se constat: ut neq maiorẽ operam: neq studiosiorẽ
curam: nec ardentiorem beniuolẽtiam: nec prom-
ptiorem quidem diligentiã quisq̃ præstare tibi po-
tuisset. Insuper id quidẽ concinnum est: si in omni
pene modo dicendi frequentemus superlatiua no-
mina uł participialia aut aduerbialia. quod multis
ex causis a nobis fieri idoneum esse uidetur. Nam
cum in primis ipsa superlatiua propter magnam
rerum resonantiam magis splendidam reddãt ora
tionem: tuam etiã efficiunt: ut dicentis sententia lõ
ge uerior & efficacior esse uideatur. Præterea ipsa
superlatiua dicendi stilũ reddunt magis amplum:
magis longum: magis bonum. Quod cum ita sit:
apte satis superlatiua quæ usui tuo se accommoda-
bunt arbitratu tuo ptractare potes. De qbus hoc
exemplum tibi patefacio. Quod Antonio tam fa-
miliaritissime semper fretus sum: tam summopere
eum diligam: ut ego summa cum ipso sim familia-
ritate coniunctus: non est profecto mi Lentule: qđ
ulla moueri debeas admiratione. Nã cũ his & sum-
mo mihi semper amore præstiterit: & uigilantissi-
mam pro rebus meis diligentiam declarauerit: &
amplissimam mihi libertatis beneficentiam pate-
fecerit ut nullum summum hominis amantissimi
liberalissimiq officium prætermiserit: neq ullum
maximũ pro salute mea periculũ subterfugere uo-
luerit: iniquum esse duxi nisi ego etiam uirum me
sibi q̃gratissimum: & omnibus suis cõmodis & or-
B namentis q̃promptissimũ demonstrantẽ. ¶ Deci
mumseptimum præceptum est. Quod oratio fre-
quẽter obliqua sit: idest a posterioribus in recta cõ-
structione incipiat: siue id qđ uerbo supponit: uer-
bum ipsum antecedat siue postponatur. Exemplũ
primi: ut neminem posse ad eloquentiam accedere
Crassus inquit: nisi qui multarum rerum prius sci-
entia instructus sit. Exemplum secundi. Hanc unã
esse ad bene beateq uiuẽdum compendiorẽ uiam
ĩquit Socrates: ut tales simus quales iudicari apud
C alios uolumus. ¶ Decimumoctauum præceptũ.
Quoniam de genitiuis in oratione rhetorica sæpe
numero occurrit necessario tractandum: eius igiť
pertractandi ratio erit diligenter considerãda. Ge-
nitiuus ergo præpostere collocetur: ut illis dictio-
nibus quibus subordinatus est perponatur: con-
cinnam profecto sonoritatẽ importat: & magno
orationi clarius intelligendi adiumento esse uideť.
De quo hoc tibi exemplum describo: Cum Cicero
nis scripta quorum innumerabiles constant com-
moditatis opportunitates: eos semper plurimum
oblectarunt: quorum animus officiosis rebus sem-
per fuit expositus: non igitur mirũ est: si eius Mar-
ci Tullii uolumina a me ipso accuratissimo quidẽ
studio fuerint pertractata. Item. Christi præcepta
qui diligenter obseruant: æternam gloriam opti-
me cõsequũtur. Item. Oratoris primi præcepta a
multis maximopere celebrantur. Ita datiuus casus:
in compositione ornãdæ orationis præpostere po
situs bonam reddit sonoritatem. ut Christo qui se
tradunt: optimã uiuendi ratione eligunt. Itẽ. Ma-
iori quidem curæ dignitas tua mihi esse nõ potuis-
set: cũ aliud nihil dies noctesq: q̃ de rationibus tuis
excogitem. ¶ Decimumnonũ præceptũ. Quod D
casus tẽporales qui a plærisq in ablatiuo casu collo
cari solebant. ab oratoribus in accusatiuo consueue
runt tractari: ut & melior fieret resonantia & effica
cior cõstaret oratio. Et quod hoc celeberrimum se-
quẽs uidere potes exẽplum. Ego enim multos an-
nos excogitaui qua ratione hoc fieri posset: q om-
nes christianorum principes atq potestates: iniu-
riis odiis: ac simultatibus omissis: tanta essent amo
ris caritate coniuncti: ut ex omnibus ipsis tam uali
dissimus fieret exercitus: ut ipsi maxima potentia
freti: infidas gentes atq barbaras oppugnare pos-
sent. Quæ huiuscemodi cogitatio mea: quia tã ho-
nesta & optabilis esse constat: non cessabo dies no-
ctesq mecũ animo puoluere: si quid fortasse cõdu-
cibile ex hac re posset elici. Quod si aliquãdo factũ:
aut constitutum esse uiderem. tũc uitæ cõmutatio
(ut mihi uideor) molesta mihi accidere nõ posset.
Poterit similiter accusatiuus non tẽporalis: in com
positione orationis præpostere poni. Ut Christũ
qui uere diligunt: eorum animas æterne beatitudi
ni consecrauit. Item. Studiosos equidem homines
nitor imitari: ut uirum me doctũ reddere possim.
¶ Vigesimũ præceptũ: Ablatiuus in concomitan A
tia positus: tum orationes plurimũ delucidare ui-
detur. Tum etiam narrationum breuitati potissi-
mum est accõmodatꝰ: qui ablatiuus huiusmodi: sæ
penumero deducitur: aut a nominibus ꝓpriis ho-
minum locorũ & prouinciarũ cum appellatiuis no
minibus & uerbalibus & participiis: aut ab adiecti
uis distributiuis: & cæteris etiam positiuis compa-
ratiuis & superlatiuis: atq pro nominibus primiti
uis & deriuatiuis coniunctis cũ nominibus appel-
latiuis cognominibus & uerbalibꝰ atq participiis.
De quibus hæc pauca exempla conspice. ut Supe-
rioribus iam priscis temporibus florente. Roma
Numa Pompilio rege: respubli. tunc recte guber-
nabatur. Uerũ fluentibus annis. L. Silla & . L. Mu-
ræna consulibus intercedente. G. Mario nouo con
sule designato. ciuilis discordia crudeliť insanire cæ
pit: qua in longũ nimis deducta cõmunis salus ciui
tatis acerbissimũ est passa detrimentũ. deinde pau-
cis post annis potẽtioribus rerũ petitis. dominãte
luxuria. nimia exorta iam ambitione imperãdi cu-
piditas cõualescere cæpit: sed auctore Cicerone: sa-
pientia in conueniendis magistratibus: & consiliis
administrãdis suffragante: respub. a direptionibus
liberata est: expulso præsertim. L. Cathelina: & so-
ciis oppressis. Item imperãte Octauiano augusto:
autore deo patre: duce Ihesu christo: intercedente
spiritusancto: adiuuante uirgine Maria: fauentibꝰ
stellarũ cõstellationibus: oĩbus etiã diuinis fatis cõ
sentiẽtibus: salutifera claritatis lux diuinitus nobis
exorta est: qua duce animas nostras rationibus mũ
datæ uitæ rectæ constitutis: æternæ felicitati con-
secrare ualeamus. Item. Christo omnium bono-
norum amplissimo largitore qui gratiarum adiu
menta petunt ut recte id egerunt aliquãdo conse-
qui poterunt.

qui poterũt . Item. Studiosis equidem uiris sedulo
studio libẽter usus sum: ut illustratus eorum uirtu-
B tibus exaggerari ualeam. ℂ Vigesimũprimũ præ
ceptũ ꝙ est generale circa nomen & omnes oratio
num partes : uidelicet. Si substantiua nobis tractã-
da contingerint siue propria siue appellatiua tã ho
minum qui mulierũ omnium animaliũ atq; locoꝝ
rerumq; cæterarũ tam cælestiũ q̃ terrestriũ: diligen
ter inspicere & accurate considerare debemus. quæ
sit illorum natura substãtiuorũ: quæ uis: quæ digni
tas: quæ præstãtia: quæ nobis cum recte perspecta
& prudẽter cognita fuerint. ea nos facile admone-
bunt: ut substantiuis illis idoneas cõuenientes pro
prias cõmodas & condignas nominum uel partici
piorum adiectiones positiuas cõperatiuas siue su-
perlatiuas adiungere debeamus. quæ recte & con-
cinne & rei contractæ esse uideantur. & etiam sub-
stantiuis in genitiuo positis. quæ aliis etiam substã
tiuis in regimine subordinãtur : addamus alia sub-
stantiua quæ sibi commode & congrue addere ua-
leamus. Addo etiã quod aliæ cæteræ dictiones alia
rum partium orationis eadem ratione ut nomina
uel participia debent esse rei de qua agitur conue-
nientes . Quæ omnia ut clarius percipi possint in
sequenti patent exemplo. Quoniam in. M. T. Ci-
cerone summo & celeberrimo quidem oratore: tã-
ta erit dicendi uis eloquentiæ facultas: agẽdi ratio:
tantæq; eius constabunt orationis diuitiæ: ut ei es-
set insitum a natura: quod in ipso esset acutũ inge-
nium graues sententiæ : intenta memoria atq; ge-
stus oratorius omnia poterat animo ꝑcipere: me-
moria custodire: rempub. administrare . & alia cæ-
tera gubernare. Erat etiam eius Ciceronis sapien-
ter suum in rebus agendis cõsiliũ explicare: mente
prouidere: oratione persuadere: autoritate proba-
re: qui etiam amicorum saluti consulebat multorũ
insolẽtiæ resistebat. hominibus uirtute præditis fa
miliariter utebaẜ: bonos mirifice diligebatq;: uitiis
deditos odiose fugiebat: omnia etiam ipsius Cice-
ronis in rempublicã: prouisa prudenter : responsa
acute: librata accurate: incepta libenter: perfecta di-
ligenter: gubernata moderate: acta constanter: ad-
ministrata sapienter esse constabant. Omnia præ-
terea benedicẽdi præcepta: ab ipso calidissime aiad
uersa uerbis designata. generibus illustrata: & par-
tibus distributa fuerunt. omnes deniq; præstantes
philosophiæ rationes: ad bene beateq; uiuẽdũ opti
me pertinentes: ab eodem. Cic. fuerunt prudentis
sime excogitatæ cõmodissime descriptæ: & diuini-
tus illustratæ. Ergo ipse Cicero diuina prudẽtia in-
structus excellenti ingenio ꝑditus perspicacissima
animi fortitudine munitus: incredibili temperãtia
decoratus: maxima integritate conditus: singulari
modestia illustratus: integra fide insignitus: gratis
sima humanitate nobilitatus : clarissimis motibus
expolitus: omni recta uiuendi institutione cumu-
latus: & cæteris præstantibus uirtutibus exaggera
tus: & huiusmodi summis excellẽtib⁹ diuinisq; uir-
tutibus eius: per omnes totius orbis terrarũ regio
nes atq; partes: clarissimã nomis gloriã & amplissi
mam uirtutum congestionem: sibi celeberrime cõ
parauir. ℂ Vigesimũsecũdũ præceptũ est circa ꝓ- C
nomina: quoniã ꝓnomina & proprietatẽ quandã
nominũ subintelligunt. & promptitudinẽ magnã
important: & demostrationẽ rerũ & animorũ . Et
huiusmodi adiectiua esse cõstat: quæ per se in mul-
tis ac uariis dicendi generibus locũ habent. Ex qui-
bus equidẽ pronominibus quanq̃ multas in dicen
do cõmodas rationes elicere possemus tamen ali-
quas uideo præter cæteras diligentius esse notan-
das. Vna enim hæc ratio considerãda est: ꝙ istis ge
nitius quinq; pronominũ mei: tui: sui: nostri: & ue
stri minime uti debeamus : nisi cũ expressum sub-
stantiuũ habere non uideanẜ : qui profecto huius-
modi genitiui absq; substãtiuo expresse posito tũc
regũtur ab huiuscemodi adiectiuis: qui aut copio-
sam quandam abundantiam important: aut prom
ptum amorẽ uel odium significant : aut efficacẽ ali
quã cupiditatẽ demonstrant: ut in hoc patet exem
plo. Cum Manfredus Sociẽsis fidei amore plenus
mei studiosissimus & tui amãtissimus: cuius digni
tatis ego sum magis auidus q̃ eius affines : ꝑ meas
tibi litteras cupiat se plurimũ cõmendari : ego au-
tem amore sui maiora facerẽ: hoc a te peto; ut ipsũ
Manfredum tu benignitatis gratia recipias exorã
dum: hoc tibi persuadens neminem te tui amãtio-
rem esse habiturum. Altera est consideranda mo-
nitio. Quod hæc quinq; deriuatiua ꝓnomina: me⁹
tuus suus noster & uester: quanq̃ per se constẽt es-
se adiectiua: alia tamen eis adiectiua idonee adden-
da sunt: quæ illorũ adiectiuorũ substantiua ita adiu
uent: ut eorũ substantiuorũ præstantiã aut dignita
tem aut amplitudinẽ aut naturã aut cõuenientiam
magis demonstrẽt: ac longe clariorẽ & magis ꝓ̃-
ptam orationis sententiam explicent. De quo hoc
te expediet exẽplũ. Optima enĩ mea erga te tuosq;
omnes beniuolentiæ cõiunctio ; & clarissimæ tuæ
tuorumq; uirtutes: ac etiam amplissima tua in me
meosq; benemerita efficiunt: ut officiosa nostra be-
neficiorum receptorũ memoria : imortalibus no-
stris in nos officiis mutuo correspõdere teneatur.
Ex quibus quidem duabus cõsiderationibus habes
quod ꝓnomina primitiua atq; deriuatiua ad mul-
tiplicandas orationes plurimũ ualent : & cõmode
rhetoricã exaugẽt elocutionẽ . De quo etiã sequẽs
tolle exemplũ . Eximia equidẽ illa tuæ liberalitatis
amplitudo: ex qua me plurimum exaggerasti: iure
ipso ame depostulare uideẜ; ut nõ solũ res oẽs me-
as; sed etiã me ipsum totũ pro omnibus tuis cõmo
dis & ornamentis exponere tenear. Præterea ex re
latiuis substantiæ & accidentis : nostras aut multi-
plicare aut continuare : aut uariare comodissime
orationes possumus: quæ licet orationes sine rela-
tiuo proferri simpliciter possent : adiuncto ta-
mẽ relatiuo lõge fiunt copiosiores longeq; aper-
tiores . Possemus enim sine relatiuis nude ac sim-
pliciter orationem in hũc explicare modum . Ego
propter magnum Ciceronis in me amorem : &
propter insignes eius uirtutes: atq; propter mul-
ta & magna in me : benemerita eum plurimum

diligo. Sed ex relatiuis ſubſtátiæ iterpoſitis ſic mul
tiplicari poteſt. Ego enim cũ propter magnũ Cice
ronis in me amorẽ: quẽ ſemper optimũ fuiſſe co-
gnoui: tum ꝓpter eius uirtutes: quas celeberrimas
equidẽ & inſignes eſſe conſpicio: tũ etiã eius erga
me benemerita: quæ ab ipſo multa qdẽ & magna
recepi: eum profecto mirifice diligo. Item ſine re-
latiuis accidentis nude ac ſimpliciter ſic dici poſſet.
Cum Marcus Cato pro ſalute ſuæ patriæ multa q-
dem egerit: non igitur imerito ipſum bonum ſem
per ciuem fuiſſe dicimus. Quæ oratio ex relatiuis
accidentis ſic multiplicatur. Cum talem. M. Cato
ratione reip. ſe ciuẽ ſemper præſtiterit: qualẽ bene-
meritæ reipub. poſſidere deſiderant: tantaq; bene-
merita in patriam ſuã contulerit: quanta rectus ci-
uis iure ipſo conferre debet: totq; pro cõi ſalute pe
ricula perpeſſus fuit: quot alius qui uis ſolitus eſſet
ſuſtinere: nõ igitur imerito oẽs Catonẽ ipſum bo-
num uirũ & optimũ iudicare poſſunt. Relatiua eti
am accidentis: ut ſunt talis: tantus: tot: & his ſimilia
multiplicãt orationes cũ poſt illas orationes ex hu
iuſcemodi relatiuis confectas: neceſſario ſequatur
illa cõiunctio infinitãs: ut uel ꝙ. aut eorũ correſpõ
dentia qualis: quantus: quot & ſimilia quæ coniun-
ctiones uel relatiua ſint alterius ſequẽtis orationis
pricipiũ: & ſint cauſa ꝙ aut una alia oratio: aut plu-
res etiã orationes ſubſequanť. ut in his patet exem
plis. Numa Põpilius Romanoꝝ rex officioſiſſim⁹
talẽ ſe reip. gubernatorẽ præſtitit: tantũ Romanæ
patriæ adiunxit. totq; Ro. ciuibus beneficia contu
lit: ꝙ uniuerſa Romanoꝝ patria imortales ſibi gra
tias referre tenetur. Itẽ. Gn. n. Põpeius tales a. M.
Cicerone patrocinii fructus recepit: tãtas ẽ ex ipſo
laudes conſecutus: totq; imortalib⁹ eius beneficiis
exaggeratus eſſe uidetur. ut niſi ipſe Pompeius be
neficioꝝ imemor haberi: uelit: ꝑpetua debeat ipſũ
Cic. beniuolẽtia cõplecti: & pari ſibi meritorũ uiciſ
ſitudine reſpondere. Simili etiã modo de relatiuis
ſubſtãtiæ exẽpla ſumere poſſes: quæ propter breui
tatẽ nolo enarrare: & potuiſſe; tot tibi dediſſe præ
A cepta: quot conſpicis cõſiderationes. ¶ Vigeſimũ
tertiũ ergo præceptũ ſimiliter circa pronomina ſu
me: uidelicet. Quod hoc relatiuũ qui quæ quod nõ
cõſtruať imediate cũ ſuo antecedente: ſed inter rela
tiuũ & ſuũ antecedẽs uerbũ interponať aliquod. ut
Homines diligo qui paci & ſtudio uacãt. aliter qui
paci & ocio ſtudẽt Cicero eloquẽtiſſimus fuit. qui
cæteris in dicẽdo præſtitit. Platonẽ oẽs in primis
laudãt: qui rerũ diuinarũ cognitionẽ ante alios ape
ruit. Nõnunq̃ etiã ornatus cauſa relatiuum ſuo an
tecedẽti præponitur. ut quos in urbe tumultus ex
citaſti: multarũ ſeditionũ principiũ & cauſa extite-
rũt. Similiter interdũ a relatiuo incipimus oratio-
nem nullo antecedẽte expreſſo. ut Quæ tua huma
nitas eſt: maiorẽ beneficiorũ rationem q̃ iniuriarũ
habebis. Quæ tua modeſtia eſt ferenda: æquo ani-
mo contumeliam hanc iudicabis. Nec ſolum in ca-
ſu recto: ſed in ablatiuo etiã hac dicendi ratione nõ-
nunq̃ uiri eloquẽtiſſimi uſi ſunt. ut: qua animi pru-
dentia ſemp extitiſti nunq̃ dubitať. omnia te pru-
denter conſuloq; facturum. Hoc autem relatiuũ Is
ea id imediate poſt ſuum antecedẽs collocer. ut. P.
Africanus is qui Carthaginẽ magna ſperantem: le
ges Romanorũ coegit accipere: omnes ſummos
bellorũ duces laude gloriaq; anteceſſit. ¶ Vigeſi- B
mũquartũ præceptũ circa uerba erit neceſſarium
Animaduerti enim q̃plurimũ in cõpoſitione dilu-
cidandi ſtili hoc præceptũ eſſe diligenter obſeruan
dum: ut fini orationis noſtræ uerbũ aliquod perſo
nale uel iperſonale: ſiue finitũ: ſiue ifinitũ: aut actio
nem aut paſſionẽ ſignificans ſit collocãdũ. Nã quẽ
admodũ qui uias faciẽs cũ multũ ambulauerit: di-
uerſarũ uideat ubi itineris finẽ & q̃ſi laboris ſui ter-
minũ eſſe intelligit plurimũ recreať. ita etiã ex uer-
bis in fine orationis terminatis: cũ ſententia illius
totius orationis antetactæ apertius explicef: ſit ut
legentis animus meliori quidem intelligẽtia acqe-
ſcat. E ſi illud uerbum longũ fuerit aut plurimũ re
ſonans cõcinniorẽ profecto ſi in fine orationis ter
minať. quã ſi in media aut alia orationis ipſius par-
te collocatur. ſonoritatẽ præſtabit. de quibus exẽ-
pla per ordinẽ uidere pulchrũ iudicabis. quibus ſci
licet modis: quibuſq; rationibus ipſa uerba ſiue ſin-
gula: ſiue plura in fine orationis collocẽtur. Exem-
plũ ubi unũ uerbũ finitũ actionẽ ſignificans unicæ
o rationi inſeruiens in fine orationis terminatur.
ut Ego eni homines clar s uirtutibus præditos tã-
topere diligo: ut nulla res tã maxima eſſe poſſit q̃
nõ ego pro illis libenter ꝑficerim. Exẽplũ ubi uer-
bum finitũ in fine poſitũ: duabus inſeruit dictioni-
bus. ut cauſam profecto meã iam facile ipetraſſem
ſi amor: ſi gratitudo in quibuſdã hominibus extitiſ
ſet. Exẽplũ ubi duabus orationibus uerbũ inſeruit:
ut ego quidẽ id ſemp egi: ut & me tibi amiciſſimũ
extitiſſe. & tuis omnibus me nunq̃ defuiſſe intelli-
geres. Eodẽ quoq; modo uerbũ in fine poſitũ: tri-
bus quattuor: uel pluribus ſiue dictionib⁹: ſiue ora
tionibus poſſet acommodari. De pluribus dictio-
nibus exemplum tolle. nos cum prudentiæ: cũ iu-
ſticiæ: cum temperantiæ inuigilauerimus: uitam
equidem officioſam faciliter perducemus. De plu-
ribus orationibus hoc ſit tibi exemplum. Miror
enim plurimum cur mihi aduerſeris: cum ego ſem
per tibi plurimum inſeruire: affinibus ſeduſo faue-
re: atq; amicis tuis uæhementiſſime opitulari ſtu-
duerim. Exemplum ubi duo uerba finita: quorum
quodlibet unicæ orationi iſeruiat in fine orationis
cõtigua terminantur. Ego enim rationes omnes:
ex quib⁹ pro maximis tuis in me officiis merito ti-
bi gratificari poſſim: exquiro. Exemplum ubi tria
uerba finita: quorum ſingulum ſingulæ orationi
inſeruiat in fine orationis terminatur. ut Quoniã
ea quidem ratione ad ſtudium ſciẽtiarũ acceſſimus
ut bonarum artium uirtutem conſequamur: dan-
da eſt igiť opa diligẽs: ne ex ipſis ſtudiis niſi poſtq̃
uirtutẽ illam quã aſſequi deſideramus: adepti fueri
mus: recedamus. Exemplũ ubi uerba finita tria nu
mero unicæ orationi inſeruiẽtia in fine orõnis col-
locanť: quæ ſentẽtiã cõfirmatiorẽ efficiant. ut Ego
quidẽ tantope te diligo: colo: magnifico: qd totam
causam

causam tuam libentissime suscepi: curaui: perfeci. Potest etiã ante uerbũ finitũ unum uel plura uerba infinita collocari: ut supra ex aliquibus habes exẽplis. Et tria nũc tibi subnectere curabo: ut omnes enim homines qui recte uiuere uolunt: deũ in primis colere debent. & diuina præcepta seruare tenẽtur. Itẽ. Singularia eni tua in me officia merito effi ciũt: ut habeã memoriã tuæ dignitatis: quam diligenter obseruari studeo: Item. Marcũ enim Ciceronem ex magna eius facultate tantũ facere posse: q̃ meam causam eius unius opera & diligẽtia me assequi posse confido. Simili etiã ratione per omnia uerba passionẽ significãtia in fine orationis cõmode sunt collocanda. De quibus pauca propter conformitatẽ actiuorũ tibi exempla trado. ut Illi ꝑfecto uiri ab oĩbus facillime diligunt: quorũ uirtutes clarissime conspiciunt. Itẽ. Litteræ a te mihi sæpenumero mittunt: ex qbus oẽs tuæ uitæ rõnes optime declarantur. Itẽ. A nobis sæpissime noua intelliguntur: quæ cũ de bono statu significentur: maxima ꝑfecto cũ uoluptate audiunt. Verba itẽ neutralia: deponẽtia: cõmunia: ipersonalia: tã actiuæq̃ passiuæ uocis: & plura alia uerba in fine orationis posita: elegãtiã reddere solẽt. Exẽplũ de neutrali uerbo. Est eni uirorũ bonorũ atq̃ prudentũ: ut oĩbus faueant & inseruiãt nemini nocẽant: & officiosis rebus inuigilent. Exẽplũ de deponenti. ut Tãetsi ob summas occupationes meas: uel frequẽti familiaritate nostra: uel litterarũ uisitatione minime utor. Tuorũ tamẽ beneficiorũ recordor quorũ nullis quidẽ tẽporibus obliuiscor. Exẽplũ de cõi ut Præstãtissimas bonarũ artiũ disciplinas assidua studẽdi exercitatiõe cõplectaris: maximope te hortor: quoniã hæ sunt ex qbus homines plurimũ uenerãtur. Exẽplũ de uerbo ipersonali actiuæ uocis. Ea me opinione atq̃ uiuẽdi ratione spero fore: ut nunq̃ me pœniteat. Exẽplũ de uerbo ipsonali passiuæ uocis. Mihi quidẽ cũ nihil ꝑscribas a nobis alienũ esse factũ in oĩbus æstimatur: & tuũ remissum scribendi officiũ plurimũ coarguitur: & uehementer etiã accusat. Itẽ. Ab amicis eqdẽ tuis itur quotidie uenitur: uigilat atq̃ contendit: ut quo desideras perueniatur: Exẽplũ ubi uerba benefit: malefit: satisfit in fine ornãdæ orõnis cõmode terminant: ut Tu uide quã magni inter nos intersit atq̃ referat: ubi eni affinibus tuis atq̃ amicis pro suis in te officiis malefit: a nobis beniuolis nostris plurimũ benefit. atq̃ semp cumulatissime satisfit. ❡ Xxv.

C ꝑceptũ est: Quod sicut uerba finita in fine orationis posita: egregiã quãdã habere resonantiã & grãtã afferre solere intelligentiæ terminatione cõstat: sic infinita etiã uerba cũ sint in fine præsertim orationis cõmode collocata: legẽtiũ aures admodũ oblectãt: & aptam ꝑfecto sententiarũ & aiorũ explicatione repræsentant. Animaduertas igitur qua rõne: quoue ordine ipsa infinita personalia aut impsonalia: siue singula: siue bina: siue trina: uel contigua: uel intermedia in fine orationis collocẽtur: de qbus hæc pauca quæ sequunt exẽpla dabo. Et primo fit exẽplũ de uerbo infinito in fine posito: uni

cæ orationi inseruiẽti. ut si uiri boni uolumus esse: nõ debemus aliquid cõmittere: quod aliis hominibus nostra culpa possit obesse. Exemplũ ubi duab⁹ inseruit orationibus: ut cũ hæc præsens uita humana q̃ breuissima constet: & alia quã anima sequitur sit futura sempiterna: sic animæ nostræ consultũ iri desideramus. utili⁹ est nobis a deo q̃ hoĩbus adamari. Exẽplũ ubi duo uerba infinita in fine posita duabus orationibus inseruiũt: ut Cũ tu semper diligẽtissimus extiteris: nõ solũ salutẽ meã: sed etiã omnium meorũ incolumitatẽ uelle quærere mihi ego etiam uideor: ullũ non modo officium: sed ullam etiã in tuos diligẽtiã sine maxima culpa posse præterire. Exẽplũ ubi tria uerba infinita in fine orationis cõtigue posita unicæ orationi inseruiũt: ut Cũ nihil hominibus optatius euenire debeat q̃ diuinã sibi gratiam uelle, posse cõparare: certe ut eã homines sibi adipiscerentur omnia uellent studere agere debere. Exemplum ubi plura uerba infinita ab uno uerbo finito dependent: ut In superioribus te litteris admonui: quid te agere oporteret: quid cõstituere: quid curare: quidue in omni ratione deliberare. Exemplum ubi uerbum infinitum fore ab antiquo uerbo suo fuis quod nunc non est in usu: quod semper cõsequens signat. s. futurum esse: ut & nullo modo tempus præsens significare solet: in fine orationis cõmode collocat: ut Marcus eni Ci. qui maximus a te officiis se exornatum esse profitetur: amplissimas tibi gratias agit: desideratq̃ aliquãdo fore: ut cumulatissime tibi satisfaciat. id. n. aget libentissime: quoniam ipsum gratissimum esse cognoui: hoc igitur exploratũ habeas uelim: Ciceronem semper tuũ esse fore. Participia præterea gerundia: & supina in fine itẽ orationis aptissime poni possunt. Sed de his exẽpla uidere poteris infra in præcepto: ubi dicemus de participio. ❡ Vigesimũsextũ ꝑceptũ: Quod ante uerbũ uel partici- A
piũ in fine orationis collocatũ ꝑsæpe aliqua dictio longa ponatur: quæ plixa dictio præter egregiã illã sonoritatẽ quã affert uerbũ uel participiũ positũ in fine: efficit etiã orationis stilũ magis extẽsum magisq̃ opimum: quæ dictiones ex omnib⁹ partibus grãmaticæ orationis deduci possunt: de qua ratione pauca tibi exẽpla ꝑponam: reliqua tu facillime cõsiderabis. Exẽplũ ubi adiectiuũ superlatiuũ nomen ante uerbũ in fine orationis terminatũ contingue locat. ut Si bonarũ artiũ disciplinis operã accuratissimã adhibueris: fruct⁹ ex ipsis q̃amplissimos cõsequeris. Exemplũ ubi aduerbiũ suplatiuũ iuxta uerbũ i fine orõnis ponit. ut Nullũ. n. agẽdi aut cogitãdi locũ prætermittẽs res tuas diligẽtissime curaui. Exẽplũ ubi participiũ ante uerbũ cõtigue locatur: ut Quintũ enim fabiũ ita pro dignitate tua uidi laborantẽ: ut eũ uirũ equidẽ diligentem existimem. Exẽplũ de gerũdio ante uerbũ collocato: ut Cũ bonarũ artiũ disciplinas necessarias esse ad bene beateq̃ uiuendũ existimẽ: ea igitur ratione uirtutibus a nobis inuigilandũ est: ut dum ipsis recte fruamur aduersæ fortunæ minus succũbẽdum sit. Exẽplũ de supino iuxta uerbũ posito: ut ego enim

hac semp opinióe ductus fui:ut in uero īgenio ue
raq; doctrina plurimū dignitatis & emolumēti cō
B stitutū putē. ℂ Xxvii. pceptū ē circa hoc uerbū Sū
es est:qđ ita uerbū cōmodissimū esse cōstat & ne
cessariū:ut in oībus eius modis:tpibus:numeris &
psonis tantas afferat opportunitates ad multas &
uarias orōnes in dicēdo ptractādas : ut oīum pene
uerborū pater & adminiculū merito iudicari pos
sit. Nā ꝑterea tpa uerboꝶ passiuoꝶ : deponentiū:
cōium & neutroꝶ defectiuoꝶ:tū etiā infinita:par
ticipia:gerūdia:& supīa ipso uerbo q̄ sæpissime tā
tum īdigēt:ut aliquādo uim suā cōmode qdem ex
primere non possent:nisi uerbū ipsum Sum es est
eis ipsis adminiculet : & in oī orationis parte suū
pstaret adiuuamentū. Et ommittendo exēpla in q
bus dictio est aliquādo ptinentiā īportat:aliquādo
officiū significat:& aliquādo ꝓprietatē demōstrat.
Exēplū ponamus ubi dictio est post participiū in
fine orōnis cōmode locari solet:ut Marcus.n. Bru
tus in causa nr̄a ita diligens est:ꝙ oēs pfecto rōnes
quæ nobis pdesse possunt studiosissime ptractans
est. Itē tātā enī operā Quintus Hortēsius eloquē
tiæ studiis adhibiturus est:ꝙ orator qdē celeberri
mus ꝓpediē futurus est. Exēplū ubi dictio post ge
rundiū collocat̄.ut Hoc a nobis diligēter obseruā
dū est:ut bonaꝶ artiū studiū officiosissime a nobis
ptractādū est aut studēdi officiū enitēdū ē. Exēplū
ubi dictio est post supinū ponit̄: ut Quod a te mi
hi mādatū est studiosissime qdē pfectū est. Itē hoc
enī est facile dictu:sed nō facile factu est. Notaui ēt
qd post ifinitiuū esse apte collocant̄ ꝑncipia oīum
tēporū:quæ & elegantē habent cōsonātiā:& gratā
intelligētiæ terminationē relinquunt : ut hæc quæ
sequunt̄ exēpla declarāt : ut Accuratissima illa qdē
agendi cura quā uidimus Curionem pro te esse su
stinentem : satis nos admonere uidetur ut ipsum
Cu. in rebus tuis iudicemus esse diligētem. Item.
Quid mihi de rebus tuis curandum mandasti uel
tibi persuadeas id me libenter esse facturū. Et mul
C ta ad hunc modū similia exempla. ℂ Xxviii. præ
ceptum. Quanq̄ in rhetorica orōne struenda hoc
sit præceptū præter cætera diligenter obseruandū
ut in fine orōnis uerbum aliquod collocet̄ : quod
orationē splendidā:pstantem: ac plurimū resonan
tem efficiat. persæpe tamen cōtingit:ut uerba illa
quæ in oratione concurrunt collocanda:aut breuia
sint:aut parū efficacia:aut quasi muta : aut parū re
sonantia:aut fuerint adiectiuum aliquod & substā
tiuum cōmode iterseсātia:& aliæ multæ dictiones
quæ uel longiores uel cōcinniores esse constent:in
fine orōnis lōge aptius uideant̄ terminari:nō erit
incōmodum si alias commodiores dictiones in fi
ne orationis collocemus:quas eqdem dictiones ex
oībus partibus grāmatice ꝛ orōnis uerbis & interie
ctionibus exceptis:ut in sequētibus descriptis exē
plis uidere potes:apte quidē sumere poteris. Exē
plum de nomine proprio in fine ornandæ oratio
nis terminato:ut Litteras tuas ad me detulit Anto
nius quas tuo nomine mihi assignandas sibi con
signauerat. M. Tullius. Exemplum de appellatiuo
ut præclarissimas equidē uirtutes adamarunt sem
per præstantissimi uiri & officiosi hoies. Exemplū
de appellatiuis in tus & in tio terminatis quæ egre
giam locutionis suauitatē efficiunt: ut tanta qdem
erat Gasparini Barsizii pgamen. in legendo elocu
tionis sonoritas:& in cōmutādo humanitas: ut ne
minē unq̄ offendere potuisset. illa eius dicēdi ac cō
uersandi cōmunicatio: quoniā ex eius pronūciatio
melle dulcior fluebat oratio. Exemplū de noie pri
mitiuo i fine posito. Tua eqdē erga me officia per
petuo cōmemoratu digna id efficiunt: ut non mi
nus te diligā ac si mihi ꝓprius esses frater. Exēplū
de deriuatiuo. Maximope te semp adamabo: quo
niam amore me semp obseruasti fraterno. Exēplū
de cōparatiuo in fine posito. Non potuissem in te
bus tuis fieri diligētior: pro qbus eqdem tantā ad
hibui curam:ut nulla a me potuisset adhiberi ma
ior. Exemplū de suplatiuo:oībus in reb⁹ sedulo me
tibi compies paratissimū quoniā in omnibus etiā
meis cognoui te mihi semp obsequētissimū. Itē.
Pompei⁹ uir in oībus rebus subtiliter consideran
dis fuit prudētissimus. Item. Munus hoc recepi a
te suauissimū. Exemplū ubi oratio in nomen aliqđ
egregium & īsigne terminatur: ut Quæ ad me scri
bis sunt egregia: & hoc opere precium laudatur.
Similiter laudatur si oratio dictionem habeat uni
uersalem negatiuam in fine:ut nullus & nemo uel
affirmatiuam:ut omnis & quilibet. Exemplum de
negatiua. Quem te magis diligā habeo nemīnē.
Exemplū de affirmatiua. Quæ uir bonus facit lau
dant omnes. Exēplū de ptitiuo nomine in fine po
sito:ut hoꝶ quæ mihi ꝓposuisti uellem neutrum:
sed tamen si elaborādū sit in alterutro: ut nobis oī
no suscipiendū sit alterū: placet magis superius:cū
præsertim necessario eoꝶ a nobis īgrediendum sit
alteri. Exēplū de ꝓnomine primitiuo in fine orō
nis posito:ut qualis erga te semper extiterim ego:
facilius longe potes iudicare tu:q̄ tibi psuadere po
terit is ille : qui optime nostræ conuentioni pluri
mum studet esse detractum. Exēplū de ꝓnomine
deriuatiuo. Quoniā tibi promptissimus atq; om
nibus in rebus obsequētissimus animus fuerit me
us:hoc relinquam animo iudicandū tuo. Exemplū
de participio in fine orationis terminato:ut Sum
propediem ad te uenturus q̄plura tecum ad utri
usq; nostrum cōmoditatem pertinentia commen
taturus. Exemplū de gerundio in fine posito. De
tuis rebus a me nullum profecto tempus præter
mittitur & agendi & cogitandi. Exemplū de supi
no:ut Quantopere te diligam esset profecto per
difficile dictu. De quoꝶ participioꝶ gerūdiorū &
supinorū rōne infra in præcepto de participiis di
cemus latius. Videnda nunc sunt nōnulla de aduer
biis exempla in fine ornādæ orōnis collocatis. Et
primo de aduerbio tēporis. Scio te mihi amicissi
mū fuisse semp. Itē. Ex amplissimis tuis uirtutib⁹
magnū te uirū existimaui semp. Itē. Nunq̄ potui
quicq̄ agere: quin tu mihi fueris contrarius semp.
Exēplū de aduerbio loci. Optime cognouisti me
nō solū amicū tibi extitisse itus & foris: sed etiā me
tibi defuisse

tibi defuisse nusquam:aut quicq̃ me tibi denegasse
nũq̃. Exẽplũ de aduerbio optãdi. Annibal Roma-
nũ iperiũ plurimũ defatigauit.q̃ Italiã nunq̃ atti-
gisset utinã. Exẽplũ de aduerbio negãdi. Multa.n.
mala nup cõflata & agitata fuisse dr̃ : sed plurimũ
gaudeo hoꝶ teattigisse nihil. Exẽplũ de aduerbio
affirmãdi. Ita res est ut nobis narrasti ꝑfecto. Exẽ-
plũ de aduerbio dubitãdi. Quæ nobis futura dice-
bas fortasse nobis euenire possent fortuitu. Exem
plũ de aduerbio iurãdi. Nõ faciã mediusfidi⁹:neq;
dicã:hercle:quæ mihi ꝓbabiliter nõ uidebunt̃. Exẽ
plum de aduerbio qualitatis. Tua in me beneme
rita nõ solũ retribuã singulatim:sed etiã tibi satisfa
ciã cumulatim ac multifariã. Itẽ. Quoniã eo fato
natus sum:& talẽ meã fortunã esse intelligo:ut ne
mo mihi qcq̃ cõsulat:nisi quod in magnũ suũ emo
lumentũ redundare arbitror:cõstitui igitur mecũ
uelle deiceps uiuere meatũ. Itẽ. Tuas litteras legi
libẽter:& audiui tabellariũ diligẽter: qui statũ tuũ
mihi narrat ꝑpolite atq; suauiter:& cõmunes etiã
casus q̃ ferres fortiter & moderate. Exẽplũ de ad-
uerbio ordinis. Multa sum per litteras meas tibi si
gnificaturus deiceps & te semp amaturus magna
in te beneficia collaturus præterea. unde meã in te
uolũtatẽ quæ optima est beneficioꝶ loco suscipiẽs
iterea. Exẽplũ de aduerbio remissiuo. Cũ tãtæ mi-
hi nõ suppeditẽt facultates tibi satisfaciã paulatim
& qua rõne id melius fieri possit pedetẽtim. Exẽ-
plũ de aduerbio intẽsiuo. Exopto q̃ plurimũ:ut ad
me uenias penitus qđ opus est oĩno. Exẽplũ de ad
uerbio similitudinis. Sicuti optima fide te admo-
nui:uelim facias ita. Inter cætera autẽ aduerbia cõ
paratiua & suplatiua in fine orõnis posita cõcinnu
faciũt sonũ. Exemplũ de aduerbio cõparatiuo. ut
Quod rogas ut negociũ tuũ curare uelĩ diligẽtius
hoc tibi ꝑsuadeas uelĩ: nulla qdẽ rõne agi potuisse
studiosius:nec curari amãtius: q̃ est actũ : nec ꝑfici
accurati⁹. Exẽplũ de aduerbio suplatiuo. Video.n.
te uitã agere prudẽtissime:cũ oĩa quæ ad bene uiuẽ
dũ ꝑtineãt ꝑscrutaris accuratissime:atq; ꝓsequeris
diligẽtissime. Itẽ. Quæ mihi mãdasti cõfeci oĩa cu
mulatissime. Nunc ponẽda sunt ꝑpositionũ exem
pla. Et primo de ꝑpositiõe ante. ut Ex hoc maximo
tuo in me beneficio te plurimũ diligo : qđ ex am-
plissimis tuis etiã uirtutib⁹ fecerã multo ante. Exẽ
plũ de ꝑpositiõe citra. Scribo frequent̃ amicis nr̃is
qđ nõ fecerã multos annos citra. Exẽplũ de ꝑposi-
tione cõtra. Tãto.n. oĩum hoĩum cõsensu Cicero
Romanoꝶ cõsul creatus fuit:ut in ipso magistra-
tu creãdo neminẽ habuerit cõtra. Exẽplũ de ꝑposi
tione ultra. Recepi duas a te epistolas & tres rõnes
nec ultra. Exẽplũ de ꝑpositiõe corã. Sed hæc multa
explicaturus sum aptius illo corã. Exẽplũ de præ-
positione clam. Quæ agere constitui ita ꝓbabilia
esse cõstãt:ut nihil facturus clã. Exẽplũ de ꝑpositio
ne palã. Oĩa ꝑfecto quæ officiose recteq; fiunt:pos
sunt oĩbus significari palã. Postremo pauca uide
de cõiunctione exẽpla. Et primo de cõiũctione ap
probatiua in fine ornandæ orõnis terminata. ut
Quod mihi mãdasti diligẽter ꝑficiã:nã ita merui-
sti qdẽ. Exẽplũ de cõiunctiõe collectiua:rõnali:uel
illatiua. Quid faciã ergo:deceptus sum igit̃. Reli-
quũ est itaq;:ut deiceps accuratissime mecũ cõside-
rẽ:qbus credã:& a qbus cauere debeã. Exẽplũ de cõ
iũctiõe dubitatiua. Studebisne. ocio marcesne. Exẽ
plum de coniunctione diminutiua. Quod si tu ad
me accedere non potes : lr̃as mihi tuas quæ de his
rebus quas scire desidero me admoneãt uelim mit
tas saltẽ. Fui ꝓlixior in hac q̃ cõstituerã ꝑceptione:
sed multitudo exemploꝶ:& qdẽ domesticoꝶ cir-
ca oẽs grãmaticæ orationis partes incidẽtiũ:huius
cemodi in causa fuerũt ꝓlixitatis. ℂ Xxix. ꝑceptũ. A
Quod uerbo subiũctiuo interdũ pro indicatiuo uta
mur. ut Illud a te uelim:pro uolo. Et iste ẽ frequẽs
& ellegans apud oratores mos. Illud si feceris pro
facies. Similiter futuro infiniti uerbi in iri desinẽ-
tis interdũ pro ꝑsenti eiusdẽ utimur. ut factũ iri:
pro fieri:& hæc est ellectissima præceptio:nemini
dubiũ est. ℂ Xxx. ꝑceptũ est circa multiplicãdũ ex B
uerbis orationẽ. Nã quanq̃ uerba siue in principio
siue in medio siue in fine orationis collocata : tan-
tam in dicendo opportunitatẽ habeãt ut ex unico
uerbo oratio perfici possit & illustrari:tamen mul
to magis ex pluribus multiplicatis uerbis & auge
tur & maxime resultat oratio. Cũ igitur aliquãdo
uehementẽ aliquẽ mentis cõceptũ explicare cupi
mus:aut rem magis clarã & magis apertã demon-
strare uolumus:multiplicatis uerbis id efficere po-
terimus. Exẽplũ ubi sentẽtia ex uerbis simpliciter
explicat̃. ut Quoniã litterarũ uirtutes tales esse cõ
stant:ut totus mũdus ex ipsis gubernet̃:te hortor
atq; rogo: ut ad eas tibi cõparandas cures : ut uirũ
ex ipsis te præstantissimũ reddas. Quæ quidẽ sen-
tẽtia sic ex uerbis multiplicari põt. Quoniã littera
rũ uirtutes tales esse constat:atq; huiuscemodi sem
per extiterũt:ut ex ipsis uniuersus terraꝶ orbis gu
bernet̃:adiuuet̃:& cõseruet̃: nõ solũ te plurimũ ad
hortor atq; moneo:uerũetiã pro summa nostra fa
miliaritatis cõiũctione maximope te rogo:exoro:
obtestor : atq; uehemẽtissime cõtẽdo:ut pro ipsis
litteraꝶ ornamẽtis cumulatissime tibi cõparãdis:
tantope cures labores:isudes : iuigiles atq; incum-
bas:ut uirũ ex ipsis te reddas ꝑstãtissimũ. Itẽ aliud
exẽplũ. De nostra rep. bonã equidẽ spem cõcipio
nã qua rõne res oẽs agerent̃:audiui:itellexi:iterfui
uidi:cognoui. Itaq; a nobis sedulo excogitat̃:teno-
tur: ꝓuidet̃:deliberat̃:agitur & nihil prætermittit̃
ut cõmunis salus detrimenti nihil patiat̃ atq; diu-
tissime cõseruet̃. ℂ Tricesimũprimũ ꝑceptum est C
circa ꝑticipia:gerũdia & supina in cõpositione ora
tionis artificiose tractãda:quæ quidẽ participia ge
rũdia & supina ea rõne a uerbis deducunt̃ : ut tam
ipsoꝶ uerboꝶ q̃ etiã nominũ adiectiuoꝶ uim:effi
caciã & rõnem magnã cõplectant̃. Possumus ergo
nostrũ dicẽdi stilũ ex participiis in oĩbus eoꝶ tpi-
bus atq; casibus:& in principio & in medio ac in fi
ne orationis collocatis ornare:eleganterq; cõtexe-
re:atq; negocioꝶ sententias:quæ ex prolixa nimis
dicendi rõne sæpenumero cõtractant̃:ex ipsis par
ticipiis complecti:tum etiam ex gerundiis atq; su-

pinis in omni corũ terminatione orationem rhetoricam possumus aptissime componere. De quibus omnibus ex ordine exẽpla subsequũtur. Exemplũ de participio p̄sentis tp̄is. Cõplectẽs ego amplissima tua in me benemerita: beniuolẽti memoria sum quottidie p̄scrutãs: qua rõne parib⁹ tibi officiis correspõdere possim: nec est tamẽ in p̄sentia ptãs mei sedulo de te cogitãtis: & tua in me beneficia continua cũ recordatione repetentis: ut qđ ego in te fieri desiderẽ: ex sentẽtia p̄ficere ualeã. Exẽplũ de participio præteriti tẽporis. Imitatus ego libẽter illoꝝ priscoꝝ uitã: qui uiri habiti sunt officiosi: secutus sum libẽter mores Ciceronis: studia bonarũ artiũ sedulo imitãtis. Nã p̄fecto Ciceroni omnib⁹ studiis a pueritia dedito ita oẽs cõmodissimæ elocutionis diuitiæ: & officiosissimæ bene uiuendi rationes successerunt. ut oẽs homines tantã cũ eloquentiã consecutũ esse conspiciãt: q̄ eũ cumulatũ equidẽ oratorẽ faciliter cõprobãt. Exẽplũ de participio futuri tp̄is in rus: in principio in medio & in fine orationis posito. Dubitatur⁹ sum tãdiu de negocio nr̄o: q̄diu recepero litteras. M. Bruti: mihi significaturi qđ de re ipsa factũ fuerit: cui Bruto p̄ nobis maximopere labotãti causam ipsam meã cu spe cõmisi: & cõmendaui: ut sperem ipsum causam hãc nostrã diligẽter curaturũ: & dignitatẽ nr̄am tãdẽ cõseruaturũ. Exẽplũ de participio futuri tp̄is in dus. Vituperãda res ut scribis tibi delata ẽ: quæ nullo quidẽ pacto ex sententia tua fuerit attingẽda: q̄ Dionysiũ quem multis uitiorũ criminibus iquinatum esse dicis: meis officiis cõplectẽdũ susceperim: cuius rei causam recte itelligas uelĩ: nã cũ mihi acerbissimis molestiis affecto: ac etiã maioribus afficiẽdo: maximo mihi Dionysius ipse adiumẽto fuerit: iustũ esse iudicaui ut mutuis ei officiis responderẽ: Itaq̄ ipsum Dionysium ea quidẽ ratione mea fide recepi defendẽdum. Iniquũ enim nimis extitisset: si meã debitã sibi operã denegassem. Exẽplũ de gerũdio in di. Quod ad re scripsi: illud exercẽdi poti⁹ q̄ ostẽtãdi ingenii causa feci: & amãdi tui occasione mihi p̄positũ est: ut nihil quod tibi cõducere existimẽ difficile mihi uideri possit: & utinã ea esset: mihi agẽdi oblata facultas: ut aut cõsolãdi aut iuuãdi rationem aliquã possiderẽ: q̄ si hoc esset nullũ profecto locũ ornandi prætermitterem. Exẽplũ de gerũdio in do. Qui reip. gubernationẽ suscipiunt facilitatẽ in audiendo: humanitatẽ in agẽdo: p̄rõptitudinẽ in satisfaciẽdo seruare debẽt. neq̄ enĩ reip. deficere deberent: dicẽdo: cõsulendo: argumẽtãdo: persuadendo: cõmouendo: iuuãdo: nec si opus fuerit mortẽ effugere debẽt in periculis cõmorando. Exẽplũ de gerũdio in dum. Cũ ea quidẽ rõne nati sumus ut aliquid semper dignũ uiro a nobis tractãdum sit: nõ est ergo nobis neglıgẽdũ sed diligẽter potius procurandũ: ut officiosum semper aliq̄d sit agendum: nec tamen contra naturã est pugnãdũ: sed in recto quidẽ proposito semper est permanẽdum: & ut sapientis mos est tẽporibus est assentiẽdũ. Exẽplũ de supino in tum terminato in oratione rhetorica cõmode tractãdo. Cum sepenumero a me quæsitũ esset quid apud maiores nostros sapientes uiros usitatũ fuisset: intelligebã ab ipsis reip. in primis esse satisfactum: sed postq̄ ab ipsis ex nimia eoꝝ arrogantia & intollerabili potentia itum est ad arma: ab ipsis postea desitũ est remp. recte gubernare. optime igitur ab illis urbibus actũ est. & sapientissime constitutũ: quæ tales ciues habere uolũt ut alius aliũ potentia superare non possit. Exemplũ de supino in tu. Magna fuit dicesptatio inter. Q. Ciceronẽ &. M. Tulliũ eius fratrẽ. Vtrũ eloquentia eo pacto a natura hominibus esset infita: ut dicendi præceptione opus nõ esset. an ars de dicendo aliqua dari possit. Q. enim Cicero dicebat eloquentiã ea ratione a natura esse hominibus datã: ut ipsi homines naturaliter se exercẽtes: quicquid uellẽt persuadere possent. Marcus autẽ rationes ostẽdebat ex quibus cõmodissimũ esse extabat dicendi artem fuisse inuentam maxime necessariã & optimam esse factu: q̄ homines ipsam discerẽt ac pertractarent: quoniam omnia sunt ex arte ipsa faciliora dictu & elegãtiora quidẽ istructu.

¶ Tricesimũsecundũ præceptum est: quonam pacto participia orationes amplificant & rerũ sententiã breuiter complectuntur. Participia enim tum multas in dicendo nobis afferũt cõmoditates: tũ etiã sunt optime accõmodata: ut oratoria dicendi ratio admodum augeatur: & rerum sententiæ quæ amplã uerborũ copiã expeterent: breuibus quidẽ uerbis ex ipsis participiis intercedentibus cõpræhẽdant: sicut hoc loco & nuda exẽpla: & etiã ex participiis amplificata cõspicis. Exẽplũ ubi sñia ex participiis breuiter cõpræhẽdit. Scipio Africanus Romanus consul creatus: urbẽ Romam a Barbaris oppressam in pristinam libertatẽ uendicauit. Hæc quidẽ oratio ex participiis sic multiplicatur: & nihilominus orationes ex eisdem participiis breuiter comprætendunt. Pub. Scipio Africanus amore reip. cõseruandæ uehementer icitatus. una omniũ senatorũ uoce atq̄ cõsensu cõsul creatus: Annibalẽ italiam crudeliter deuastãtẽ p̄fugauit. Carthaginẽ nimis p̄niciose ciuitatẽ euertit. Numãtiã Romanos molestissime defatigantẽ superauit: & Romã acerbissima belloꝝ calamitate cõpressam: a turpissima barbaroꝝ obsidione liberauit: & in pristinã libertatis dignitatẽ uendicauit. Exemplum ubi eadẽ oratio ex multis participiis augmentat. Martialis Valerius uir equidem uigilans: itelligens: prouidens: atq̄ sapiẽs: amicis cõsulẽs: succurrẽs: fauẽs: gratificãs: & benefaciẽs: cuius fides: uirtus: & amicicia iãdiu mihi aiaduersa: p̄specta: cognita: ac explorata est: cũ ad te profectus & tibi corã iudicio tuo eius ratiões sit declaraturus: ordinaturus: acturus: atq̄ cõmẽtaturus: te rogo ut eũ recipias tua benignitate amãter adhortãdũ: iuuãdũ: ac defendendũ. Exẽplum ubi gerũdia atq̄ supina rhetoricam elocutionem exaugent. Quoniam a præceptoribus nobis est data rõ studendi: cogitandi: intelligẽdi: discẽdi: scribendi: agendi commentandi. Est igitur nobis diligẽter animaduertendum: curandum: atq̄ peragendum: ut consulendo: consolando: atq̄ iuuãdo

cumulate

cumulate ipsis nostris admonitoribus satisfaciamus: ut qui hoc a nobis sic actũ: ac usitatũ esse intelligãt:
id optimũ cognitu factu atq; usitatu esse diiudicẽt. ℂ Tricesimũtertiũ pceptũ est circa aduerbia: quæ ut B
te minime fugit in dicendo sunt idonea: & quodãmodo necessaria: ad amplificandũ orationis stilũ ad-
modũ accõmodata. Nam queadmodũ adiectiua nomina sunt eorũ substãtiuis: ita cõmoda: & eis famu
lantia: & ipsorũ substantiuorũ uim naturã ac proprietatẽ explicant & aperiunt. Ita etiam aduerbia sunt
optime interpretantia: qualẽ efficaciã: qualẽ facultatẽ: qualẽ substantiã. qualemq; uæhementiã uel uer-
ba uel participia secum apportent. Si igitur uerbis ac participiis cuiuscunq; tẽporis constent in nostra
oratione rhetorica tractatis: idonea quidẽ aduerbia siue positiua siue cõparatiua siue superlatiua adiun-
xerimus: orationẽ profecto nostrã cõmodissimã efficiemus: & ipsius orationis sententiã reddemus ex
plicatiorẽ. Vt hoc tibi monstrabit exẽplũ. Marcus enim Cicero usq; ab adolescentia accurate quidẽ ad-
uertens quæ res homines potissimũ præstantissimos efficere soleret: & ut magno animo insignitus plu
rimũ sperans Romanã remp. aliquando se recte gubernaturũ. pernoctauit egregias bonarũ artiũ disci
plinas: eas illas potissimũ cõstare quæ ciuitates atq; prouincias optime gubernarẽt. Statuit ergo sentẽ
tias illas ab eo esse penitus obseruandas atq; summopere celebrãdas qui cũ studio esset accuratius in-
uigilans q̃ cæteri: tanta sibi scientiarũ ornamẽta cumulatissime nactus est: q; ipse summus orator copio
sissime factus. Romanã rempub. præstantissime gubernauit: & multa librorũ uolumina cæteris futu-
ris hominibus erudiẽdis cõmodissime descripsit: & nomẽ suũ imortalitati diuinitus comẽdauit. ℂ Tri C
cesimũquartũ præceptũ est singulare. Quod sæpe loco aduerbii ponimus adiectiuũ cum substantiuo in
ablatiuo casu: dũmodo aliquã magnã animi uel alterius rei uæhementiã adiectiuũ cũ substantiuo ipor-
tet: & imediate ante uerbũ uel participiũ collocetur: quæ quidẽ præceptio orationẽ efficit splendidã: &
sententiã reddit efficacẽ. Vt in hoc itueberis exemplo. Marcus enim Cicero usq; ab adolescentia ad egre
gias bonarũ artiũ disciplinas exardescenti animo cõspirans: maxime sperans amplissimas se exinde cõ-
moditates accuratissimo suo ingenio consecuturũ: ita erat ipsis scientiarũ studiis assidua diligentia dedi
tus: q; ipse tam summa studiorũ ornamenta fuit cõtinua exercitatione consecutus: ut cæteros oẽs orato
res celeberrimos uirtute superauit. ℂ Tricesimũquintũ pceptũ. Quod aliquando ppter nimiũ animi D
affectũ & uæhementiã duplicamus: & eleganter qdẽ hoc aduerbiũ etiã ut te etiã atq; etiã rogo. De aduer
biis autẽ cũ & tum: quonã pacto cũ generalitatẽ significat: & tum specialitatẽ iportat: & qua ratione in
elocutione rhetorica sint tractanda quanq̃ ordinatius hoc in loco de eis tractandũ esset: uidimus supra
in septimo in ordine pcepto. ℂ Tricesimũsextũ pceptũ. Quod aduerbia positiua cõparatiua & super E
latiua rhetoricã elocutionẽ plurimũ exaugent. ut in hoc exẽplo patet: Caute etiã prudenter: cõmode li
beraliter: atq; magnifice in dignitate prætoria te semper habuisti: neq; etiã accuratius aut uirilius uel
cõmodius a te fieri potuisset q̃ est actũ de iusticia. quã peritissime: rectissime: atq; magnificentissime gu
bernasti. Quo aũt pacto aduerbia orationes multiplicent: quoniã illud sine coniunctionum in primis:
& relatiuorũ adiumento efficere non possunt: infra in præcepto dicam de cõiunctionibus quod de mul
tiplicatione erit. ℂ Tricesimũseptimũ præceptũ circa coniunctiones sequit̃. Nã coniunctiones multis F
de causis in nostro dicendi genere accidunt necessariæ. In primis enim coniungunt dictiones nominũ:
uerborũ: participiorũ: pronuminũ: præpositionũ: & aduerbiorũ. Coniungunt etiã orationes atq; sentẽ
tias. Valent insuper plurimũ ad ornandum atq; amplificandũ orationis stilũ. Et quanq̃ coniunctiones
omnes in concinna dicendi cõpositione locũ habent: quia tamen copulatiuæ: disiunctiuæ: & aduersati-
uæ coniunctiones in oratione oratoria crebrius: ac aptius q̃ cætere pertractantur: aliquid ergo de ipsis
potissimum uidetur esse cõmemorandũ. Vnde copulatiuæ coniunctiones: atq; disiunctiuæ sæpenume
ro in oratione rhetorica interseruntur: quo uenustatẽ etiã: atq; uæhementiã nõ paruã iportant: ut apud
omnia oratorum uolumina refertissime demonstratur. De quo hoc tibi exẽplum erit index. Cum me-
cum diligenter animaduertã mi Iohannes: & quantã bonorũ opportunitatẽ: liberaliũ artiũ scientiæ ho
minibus afferre consueuerũt: & quanta sit celeberrimi ingenii tui suauitas. illud mihi occurrebat: ut ad
ipsas litterarũ uirtutes te uæhemẽter adhortarer: in quas sic accuratissime incumberes & multas & ma
gnas emolumentorũ opportunitates tibi compares. Nã siue oblectationem: siue admirationẽ siue ani-
mi requiẽ desideres: aut honorẽ: aut laudẽ: aut gloriã experas: uel diuitiarũ copias: uel bonorũ oppor-
tunitates: uel rerũ facultates adoptas: hæc omnia profecto sententiarũ emolumenta suppeditare con-
sueuerunt. Rectã ergo percõmodã uiuendi rationẽ imitaberis: si ipsa studiorũ ornamenta uigilantissi-
ma diligentia prosequeris. Nunc de aduersatiuis coniunctionibus noster erit sermo. Nam coniunctio-
nes aduersatiuæ hæ constare uidentur: licet: q̃uis quanq̃: & si: tametsi: etiãsi: & iametsi: de quibus. M. Ci-
cero nunq̃ usus est hac dictione licet pro coniunctione: quoniã dictio est ambigua quæ uerbũ etiam si-
gnificat. Hæc tamen ista dictio licet ab ipso Cicerone usurpata est pro uerbo significante licitum est: ut
in hoc exẽplo. Quoniã exactis iam bellorũ calamitatibus: optata pace nobis frui licet: mihi ergo dein-
ceps per litteras te cũ iocari licet. Raro etiã uel rarissime potius apud eundẽ Ciceronẽ hæc dictio q̃uis
reperta est. Aliæ uero uidelicet quanq̃: etsi: tametsi: etiamsi: & iametsi: sunt in ipsius Ciceronis uolumini
bus frequentissimæ. De quibus hoc tibi exẽplũ adduco. Etsi quas oratoria facultas opportunitatis acces
siones parere ualeat mi Ruperte: nõ solum explicare. sed etiã uix tibi connumerare possem: quia tamẽ
ea me semper tãtopere delectauit ut magnã illi facultati operã adhibuerim: & non paruam etiã ex ipsa

erunt a nobis in coniungendis multiplicādisq; ora-
tionibus plurimū considerandæ. Exēplū ubi senten
tia sine præpositionibus simpliciter explicatur. Cū
p̄tor urbanus creatus sum: tuā mihi p̄sentiā necessa
riam esse duco: ut ipsam p̄turam melius gubernare
possim. Quæ sic ex p̄positionibus multiplicaẗ sen-
tentia. Cū propter eximiā reip. negociorū magni-
tudinem ad urbē accessissem atq; in senatum me cō
tulissem: ibi a senatoribus contra uoluntatē meā: &
præter opinionē p̄tor urbanus creatus sum. in quo
equidē gubernādæ p̄turæ magistratu prudētiā mi-
F hi tuā necessariā esse puto. ℭ Xlii. p̄ceptū sit circa
interiectiones. quæ tametsi crebrius apud poetas q̄
apud oratores contractētur: aliquādo tamē cū aut
aliquā læticiā magnā: aut cū molestiā: aut admirati-
onem: aut īdignationē: aut spē: aut timorē: aut ali-
quas huiusmodi animi passiones significare uolu-
mus. eas etiā in nostra dicendi rōne possumus tra-
ctare. hoc. s. modo. Proh bone Ihesu clementiā tuā
īploramus rātas heu tāq; acerbissimas atq; intolera
biles bellorū & penuriæ calamitates semper ita pro
spiciemur. Vah q̄ infelici cæli cōstellatione nati su-
mus: si tā grauibus molestiis semper excruciari de-
beamus. Sed heu benignissime deus tua deniq; cle-
mētia cōfisi uniuersam tuæ misericordiæ bonitatē
summis p̄cibus obsecramus ut a rātorū nos malorꝝ
incōmodis liberes: & in tranqlla nos status cōditio
A ne stabilias. ℭ Xliii. præceptū. Quod īterdū post
cū orationis sensum qui perfectus est grauius aliqd
addatur: q affirmādo exornet: & auditorib⁹ rē gra-
tiā efficiat. ut in hoc exēplo. Vir fortis omnia pro
rep. adibit pericula: & id quidē ipigre. Cō mouētur
eni auditorū animi uehæmetius q̄ si dixisset. uir for
tis oia pro repu. ipigre adibit pericula: quanq̄ uarie
tatis causa hoc dicēdi genere interdū orator utetur.
Illud aūt placet ut cū in dicēdo eo prouecti erimus:
ut rebus de quibus loquimur satis a nobis factū sit:
& aliquo egregio sensu oratio sit cōclusa: q nō ulte-
rius p̄uehamur: ne gratia illa quā bene dicēdo nacti
sumus: amplificatione nimis graui amittaẗ. In qđ
uitiū plæriq; incidunt inscitia potius quadā aut ne-
B gligentia: q̄ rerū dicēdarum inopia. ℭ Xlv. præce-
ptū. Quod sicut in mediocri figura magis cōuenit
rē prius rudē atq; iornatā efferre dehic uerbis idone
is & grauioribus illā exornare: ita in graui figura si
ue in laude siue in uituperatione uersetur oratio: ab
ornatu initiū sumat. Exēplū primū: ut Pompeius fa
cile omniū Romanorū: tum armis: tū consilio prin
ceps magnus facile Pompeius fuit. Exemplū secun
di. Vt Oīum īperatorū in rebus pacis ac belli: mari
C terraq; gestis gl'ia. G. Cæsar antecessit. ℭ Xlvi. præ
ceptum. Quod in re læta uerbis tristibus: aut in tri-
sti uerbis lætis minime utamur. uitiosum eni est cū
in re funerea: similitudinibus aut exemplis quibus
in uoluptatibus aut in delitiis utimur. nostros effe-
ctus amplificamus. Velut si quis in deploratione fi
lii exēplum afferat parentum: quoniā ex nuptiis fi-
liorꝝ cæterisq; rebus secundis maximā conceperūt
uoluptatē. nā contrariorꝝ cōparatione acerbior do
lor insurgit. Cauendū est etiam: ne in re tristi nimis
lasciuiat oratio: aut in re læta inculta sit & horrida.
Nam ut in rebus duris ille uerborū exquisitus appa
ratus fugiendus est: ita in secundis ac fælicibus ob-
seruatio diligens est habenda. Satius eni est pertur-
bata potius prout doloris īpetus suadet quā limata
nimis atq; expolita cōpositione uti. Non equidem
natura ipsa patitur: ut cū graui aliquo mærore p̄mi
mur: uerborū cōpositioni uacare possit animus. Vi
tatur insup ista ab oratoribus accurata uerborū cō-
positio: quādo eloquētiā auditoribus suspectā esse
intelligimus. tunc eni p̄cepta cōpositionis negligē-
da sunt. q pro Lelia Domiti⁹. Afer de īdustria fecit
non terminādo orationē in uerbū dum īqt. Apud
iudicē periclitatur Lelia. Fugienda quidē est tenera
nimis ac delicata modulandi uoluptas nōnunq̄. Si
uero nostra oratio ad aliquā concitationē animorꝝ
quæ sit uæhemēs inclinabit cōmodissime in uerbū
aliquod finieẗ. magis eni auditorꝝ animis si in uer-
bum finitur: oratio affigitur. Caput aūt oīum quæ
ad elocutiones p̄cepta attinēt id uisum est: ut oia ad
rerū de quibus loqmur dignitatē accōmodata sint.
recte itaq; Mecœnatis illa minime laudatur cōposi
tio cum inquit. Sole & aurora rubēt plurima. Nam
uerba rebus: nō res uerbis accommodare solemus.
ℭ Xlvii. p̄ceptum. Quod interdum post orationē D
inchoatā priusq̄ ad uerbū principale perueniaẗ: in-
terponatur oratio īperfecta uim habens parenthe-
sis. Vt in hoc exēplo. Oēs qui ambitioni & gloriæ
student (id q ignorat nemo) opinione magis q̄ re
ducunẗ: & his similia: ut Ego uero is sum (ita me de
us saluū uelit si uere & nō ficte loquor) is iquā sum
qui sacras litteras omni scripturarū generi lōge an-
teponā. Itē. Legalē tibi sapientiā a teneris (ut aiūt)
unguiculis cui freqūēs insudasti summopere dedi-
casti. Itē qd. n. tristius (ut eos cōmemorē qui patri-
as suas colūt) qd miserabili⁹ q̄ domi suæ agere: & ita
agere: ut iocundiorē aliquādo q̄ uitā mortē optes!

De Numero.


Nunc superesset ut rationē numerorꝝ di
ceremus: & hoc tibi. ℭ Xlviii. cōstituo E
in ordine p̄ceptū: quæ qdē de numeris
ratio apud Isocratē tanto studio uel in
uēta uel aucta reperiẗ. ut nullā ex oibus elocutionis
partibus huic anteponat. Sed cum huiuscemodi di-
sciplinæ p̄cepta uaria sint: nec latini autores: ut Cice
ro: Quintilianus: & Martialis in hoc græcorum do
ctrinam semper secuti fuerint: & magna sit inter eos
contentio: in hoc fimbrias non dilatabo meas. Sed
illud scias uelim: q in hac p̄ceptione illud obserua-
re studemus: ut si in monosyllabam terminatur ora
tio: q raro fit ubi perfectus sensus ab oratore serua-
tur: considerandum est utrum ea longa sit: an bre-
uis. Si longa est: eā præire trochæus debet: qui dua-
bus syllabis constat: longa. s. ac breui. ut in hoc Cic.
exēplo. Legū in remp. prima uox. Quod si talis mo
nasyllaba dictio breuis fuerit: tūc recte Iambus qui
est pes ex prima breui & ultima longa constans: an-
te illā collocatur. Sic ergo quando breuē breuis syl-
laba: aut longā longa antecedit: iure idirep̄hendiẗ.
Vt si dicas. Ista res mea est. Cum autē bissyllabū in

finem dictionis collocatur: cauendum eſt ne quattuor breues in fine ſyllabæ ponantur. In ꝙ uitium incidit qui ait. perdidi bona mea. Et plures aliæ a pluribus in materia numerorum ponuntur doctrinæ. Sed certe referenda eſt ratio numerorum: tum ad uarios animorum affectus: tum etiam ad dignitatem & modum ſententiarum. Nam quæ iracunda eſt oratio breuioribus: quæ uero læta ac iocunda lõgioribus numeris gaudet. nonnihil etiam perſonarum dignitas cauſarumq; ac tempoꝝ uarietas momenti affert. Sed quoniam ab hac obſeruatione ſæpius ac de induſtria recedendum eſt: uel grauitatis cauſa: uel ut uarietate aliqua temperetur oratio ſplẽdor ille numerorum intermittendus eſt. Caput eni omnium præceptorum illud uiſum eſt: ut rebus de quibus dicendum eſt: ars quidem numeris ſeruiat & non res arti: a qua ratione qui diſcedet omnis ſanæ elocutionis dignitatem perturbabit.

De modo punctandi.

F PRæceptũ quadrageſimũnonũ circa modũ pũctãdi orationes tibi trado. Sũt aũt generales punctandi ſpecies apud modernos octo: uidelicet uirgula recta ut ſic loco cuius more priſcorum exiguo puncto utimur: ſic. Virgula iacens quæ ſic eſt Virgula cõnexa (quæ ſic fit) Planus qui ſic eſt Semipunctus qui ſic fit. Interrogatiuus qui ſic pingitur? Comma ꝙ ſic facimus ſcdm imitatores priſcorum oratorum: Periodus qui ſic eſt? Virgula recta loco cuius nunc punctum exiguum facimus fit inter ſubſtãtiua uel adiectiua: uel inter uerba modi finiti uel infiniti uel inter præpoſitiones quando nulla eſt copula. Ita tamen quod unum non ueniat ad terminationem alterius. Fit etiam quando oratio incipit a diſtinctione: quæ per ſe non poteſt aſſignari ſequente ſuppoſito & uerbo principali. tunc enim ante ſupoſitum principalis uerbi ponitur uirgula recta uel punctus exiguus. Iacens uero uirgula ſemper debet in fine lineæ collocari: ubi dictio non ſit cõpleta. Vnum illud animaduertendum eſt ne ſyllaba unq̃ diuidatur in fine lineæ. ita ꝙ altera pars ſyllabæ eiuſdem ſit in principio ſequentis. Nam ſicut ſyllaba uno ſpiritu eſt indiſtanter proferenda. ita etiam indiuiſibiliter eſt ponenda. Virgula autem connexa poni debet & in principio & in fine orationis quando ponitur inter partes orationis principales per parentheſim. Comma uero fit poſt orationem quæ de ſe pfecta eſſe poteſt: cæterum alia ſibi annectitur imperfecta diſtincta: incipiens a relatiuo modo quo ſuum antecedes non immediate præcedat quoniam nihil tunc poni debet. præterea ſi ſequatur dum uel donec uel cum coniunctiuo & ſic de aliis quæ impediunt uerbum. Interrogatiuus duobus poteſt fieri modis altero poteſt imperfectam orationem cum puncto exiguo ſic: altero poſt perfectã ſic? Planus uero punctus fit in fine orationis perfectæ. tametſi ſcribentis animus ad ſequentem ulterioremq; ſententiam pendeat. Semipunctus autem fieri ſolet quotiens proprium uiri uel mulieris nomen ignoraꝝ. uelut in ſuperſcriptionibus prælatorũ ſæpenumero contingit. Periodus uero in fine totius orationis fieri debet: quando nil aliud in ea materia ſequitur. Sed eſt notandum ꝙ ſi in eadem epiſtola diuerſe ſcribuntur materiæ in fine cuiuſlibet earum ſeruanda eſt periodus. Omnium horum exempla oratione in ſequenti ſubiiciuntur. Quoniam improborum indies magis inualeſcit nequicia (nec mireris quia principes fauent ſceleri) hinc nihil mirum eſt innocentes calcari. cum potentes tranſeant impuniti. Quis enim poteſt eſſe modus facinori languente iuſticia inflagrante nequicia? in uirtutis locum ſententia cõſtituta? Non itaq; ambigendum eſt uirtutis ſtudioſum & ſpectabilem uirum dominum Abbam noſtrum ſummo dolore confici.

De Coloribus rhetoricæ orationis.

QVinquageſimum & ultimum in ordine A
præceptum: circa uerborum exornationes ſiue colores rhetoricos tibi tradere conſtitui: qui quidem colores ſunt pene infinitia Cicero libro .iiii. rhetoricorum & a pluribus illuſtribus autoribus traditi & enumerati. quod longum eſſet ac faſtidioſum aliqua comprænhendere norma. Idcirco aliquos ex eis numero ſcilicet. xxv. uel circiter: per elegantia quædam carmina tibi in præſentia uolo commemorare. Quæ quidem carmina in hunc ſequuntur modum.

Principiis repete uocem: repetitio fiet B
Tu mihi lex: mihi rex: mihi lux: mihi dux: mihi iu-
Te colo: te cupio: te diligo: te peto chriſte. (dex:
Si circa finem: conuerſio fiet ibidem C
Tu ſolus deus es bonus es: ſapiens es: pius es:
Qui terram portas: mare portas: ſidera portas:
Quem mare terra plus nequeunt portare uel aer
Si facis utrunq; fiat complexio uere D
Qui ſunt qui pugnant audacter? Andagauenſes
Qui ſunt qui ſperant uictores? Andagauenſes.
Egregios igitur liuor negat Andagauenſes
Miſce per caſus uocem traductio fiet. E
Si nihil in uita iocundus eſt tibi uita.
Indecorem uitam perages uirtute relicta.
Si dicas contraria tunc contentio fiet F
In luctu rides inter conuiuia luges
Mane petis lectum dimittis ueſpere tectum
Sæpius exclames ſic exclamatio fiet. G
O quibus: o quantis: o qualibet eſt uiduata
Si quæras aliquid ſtatimq; tibi rationem H
Subiungas: ſuper hoc ratiocinatio fertur
Diues auarus eget: quare? quia competit uſus
Tangere parta timet: cur? ne minuatur aceruus.
Aſſignes de quo quid ſit: quid oporteat: aut qd I
Debeat inſequi ſentẽtia dicitur illud
Cui ſatis eſt quod habet ſatis illum conſtat habere.
Cui nihil eſt quod habet nihil illum conſtat habere.
Ergo facit uirtus non copia ſufficientem
Et non paupertas ſed hiatus mentis egentem.
Hoc tibi contra ſit quod per contraria firmas K

An me tuas

An metuas ægrum: quem ſanum deſpiciebas!
An ſoli credas quem cum ſocio ſuperabas!
Articulus fiet ſi ſit dictinctio uocum L
Solus:inermis:inops:inglorius inde rediſti
Ferro:peſte:fame:conſumptus es & periiſti
Conſimili cadere facit concordia uocum M
Fac tibi fortunam feſtina frangere lunam
Et contra fatum faciet te cura beatum.
Agnominatio fit ſenſus uariuſq; ſimul uox. N
Curia curarum genitrix nutrixq; malorum
Iniuſtis iuſtos inhoneſtis æquat honeſtos.
Quære rei cauſam:cauſam rei meditare O
Subiice poſt q; non ita ſit ſubiectio fiet.
Quæ tibi cauſa:nunquid tibi flagra dabantur
Nunquid forte fames:tu fercula ſemper habebas
An labor:at laudo ſomnoq; uacare ſolebas
De uoce in uocem deſcende gradatio fiet P
Hic quancunq; uidet:cupit:& quancunq; cupiuit:
Allicit:allectam uitiat:prodit uitiatam
Diffinitio fit proprie monſtrare quid eſt res Q
Prodigus ut largo:ſic parcus diſtat auaro
Prodigus eſt animi uitio retinenda profundens
Largus qui ſumptum facit ex ratione libenter
Parcus qui retinet quicquid non poſtulat uſus
Qui retinet cupide quod res depoſcit auarus.
Continues dicta dicendis tranſitio fiet. R
Audiſtis qualem ſe præſtitit ille parenti:
Nunc qualis ipſe fuit parens audite uiciſſim
Vt dignus nec patre queat nec prole uideri.
Corrige quod prius dictum eſt correctio fiet S
Ex quo dicor amans:immo ueracius amens
Sum nimis oblitus indecoris:immo decoris.
Occupat hic cum quid tranſire parat neq; tranſit T
Prætereo cædes:periuria:furta rapinas:
Tædia forte darem ſi uobis iſta referrem.
Diſiunctum ſic quæq; ſuum fert clauſula uerbum V
Romanus populus Gallos ſub Cæſare uicit
Sub dice Pompeio mythridatica regna ſubegit
Annibalis uiros Scipionis nomine fregit.
Præcedens ſimul atq; ſequens oratio:ſolo X
Clauditur uerbo coniunctum ſic habet eſſe.
Aut ætas formæ decus atterat:aut ualetudo.
Non interponas uerbum:ponas prius aut poſt Y
Adiunctum facies.uerſus quod ſequens manifeſtat:
Morbo uel ſenio formæ decus euacuarat
Extinguit ſpeciem ſeu moribus ſiue ſenectus.
Conduplicatio fit oratio conduplicata Z
Tu ne patrem gladio crudelis nate necaſti
Tu ne patrem!nunquid mors patris mors eſt tua!nunquid:
Commutatio fit uerbis ſententia uerſa aa
Nulla tacenda loqui:uel nulla loquenda tacere
Quis ſapiens iubeat:quidue iubens ſapiat.
Quære nec elige quid potius dubitatio fiet bb
Tu quis es!ignoro quo te quoq; nomine dicam!
Neſcio ſi dicam ſpurciſſime non erit æquum
Si ſcelus appellam nomine:deformior an ſis
Nequior ignoro nunc hoc mihi nunc hoc placet illud!
Concipe conceptum cæla præciſio fiet. F
Te non eſt æquum certamen ponere mecum
Nunquid ego recolo:ſed tu:ſed dicere nolo.

Non dubium est uir illustris: quin plures in dicẽdi stilo præpositiones deduci possent: q̃ hoc loco a me descriptæ sunt: sed ego eas dumtaxat denotaui: ex quibus omnes tuas dicendi rationes ex idonea ornata cõcinna atq; commoda elocutionis compositione contexere possis. Et pluratibi descripsissem exempla: nisi optime mihi persuasissem: q cum tu unius exemplirationem & formam diligenter exceperis: reliqua facile animo percipere & exercitatione pertractare possis. Accipe accipe igitur pro tua clæmentia princeps illustrissime: quæ illustriũ sunt autorum monitiones & præcepta & qua diligentia: qua exercitatione: quo labore: quibus deniq; uigiliis Albertus tuus tui semper obsequẽtissimus: in huiuscemodi deductione & ordinatione præceptorum: rem tibi ut faceret gratissimam intentus fuerit: & summopere insudauerit pro tua accuratissima prudentia fac cognoscas.

Synonyma Exordiorum per clarissimos oratores edita incipiunt.

CVm superiori tractatu princeps illustrissime tibi breuiter absoluissem: qua ratione: qua forma: & quo ordĩe cõmoda idonea & resonãs cõtexi possit orõ: nũc nũc mihi in mẽtẽ uenit: nõ esse incõmodũ aliquas etiã tibi uariationes & sniarũ synonyma: quæ ab ĩsignib⁹ oratoribus data sunt demõstrare. Quæ uel ad cõiũgendas ptes rhetoricæ orationis & argumentationis plurimũ ualerent: uel ad eas satis exaggerandas corroborandas admodũ conducerent ac expedirẽt. Quas quidẽ uariationes ut cõmodius & cõdecentius eas inuenire possis: cõuenire mihi uisum est: sub ipsis partibus rhetoricæ orationis: quæ sunt exordium: narratio: diuisio: confirmatio: confutatio: conclusio. Ciceronem in primis aliosq; complures uiros sane celeberrimos: & rerũ tractandarũ admodũ utiles imitãdo ordinare: ut facilius cum illis uti uelles tibi succederẽt & occurrerẽt. Tibi ego in primis eas exordiẽdi rationes & uariationes quæ circa amorem sunt & beniuolentiã describere curabo: quibus intercedentibus innumerabiles pene alias tuipse extimatione faciliter inuenire poteris.

Circa amorem & beniuolẽtiam: Et ubi quẽ ex officio uel uirtute laudamus Exordia.

DEus in primis proposito nostro fauere uelit. Amen. Amor enim noster uir illustris: scholastica apud gymnasia iter nos intus: me monuit: ut huius operis ordinationem ad te inscriberem: efficiteq; ut me totum tãquam te ipsum possidere possis. Vellem itaq; fortuna tulisset: ut mutua esset inter nos beniuolentiæ coniunctio. Nostram consuetudinis familiaritatẽ sempiternam esse cupio. Vetusta nr̃a nostrorumq; maiorũ necessitudo facit: ut alter altero familiariter uti possit: utq; una certemus qua rõne alter alterũ beneficiis supare possit. Nihil. n. mihi inusitatũ declaras: cũ tuã mihi amoris caritatẽ demonstras. Diuino qdẽ cõsilio factũ est: ut me tibi beniuolẽtia cõiungerem. Cælesti arbitror auspicio esse cõfectũ ut tui me familiaritati adiicerẽ. Vetus est mihi amicicia cũ Catone. Nulla est sanctior amicicia q̃ ea quæ mihi est cũ Catone. Mihi enim optime psuasi me tibi carissimũ esse. Hac enim ducor opinione mea a te plurimũ adamari. Quod mihi tuã causam cõmendas: facis eqdẽ quod rectã decet amiciciã. Quod me mones ut negociũ tuũ curare debeã. id agis qd optima nostra amicicia depostulat. Quod a me petis ut rationibus tuis inseruiã: facis qd nostræ summæ beniuolentiæ coniunctionis interest. Nõ cesso dies ac noctes ut ne quid de nostra cõiunctione remissum factũ esse putes. Agã. n. sedulo: ne optimã meam erga te uoluntatem aliqua ex parte refrigeratam esse susceperis. Nulla. n. locoꝝ longinqtas & distantia posset amorẽ nostrũ imutare. Nulla tẽporis iterpellatio amiciciã nostrã imutatã reddere posset. Nulla consuetudinis intermissio nr̃am amoris familiaritatẽ iterrũpere posset. Lambertũ de quo mihi scribis etiãsi ab eo læsus essem amore tuo ornandum suscipiã. Fabiũ quẽ mihi cõmendas: tãetsi paruis ab eo sim affectus iniuriis: tamẽ q ita uis ei plurimũ ĩseruiam. Salustiũ de quo egisti mecũ quanq̃ me sibi aduersariũ cõstituerã: tamen a te rogatus meis officiis exaggregandũ suscipiã. Amor. n. nr̃ quẽ a pueritia susceptũ nõ solũ seruaui: sed etiã auxi facit ut te familiarit monere hortariq; possim. Amabilissima amoris nostri necessitas usq; a teneris annis constituta mihi audaciã dat: ut tibi amãter pcipere ualeã. Habeo eni mi Cicero te indies cariorem. Familiaritas eni tua mihi est idies acceptior. Nemo est pfecto quẽ maioꝛ q̃ te beniuolẽtia cõplectar. Tuã erga me beniuolentiã apte exptus sum. Tuã erga me gratificandi uolũtatẽ recte cognitã habeo. Tuũ eni erga me amorẽ optime exploratũ teneo. Cõmemoratõ tua nostræ antiquæ beniuolentiæ maximã mihi lætitiã attulit. Quæ de priscæ nostræ beniuolẽtiæ coniunctione mihi renouasti fuerunt mihi admodũ iocundissima. Memoria tua nostræ uetustæ familiaritatis summa me uoluptate recreauit. Tua quidem amicicia idies maiori me afficit iucũditate. Quoniã uoluntatẽ tuã bonã semper esse pspexi: tuã mihi familiaritatẽ coniungere desidero. Sententia tua quã ego simplicẽ & apertã semp fuisse cognoui: facit ut plurimũ adoprẽ una tecũ amore cõiungi. Cũ opinionẽ tuã dexterã & ingenuã expertus sum: tuæ cõsuetudini libenter adhæreo. Quasi diuinarẽ aliquãdo nos futuros magna beniuolentia cõiunctos: tibi libẽter inseruire cupiebã. Quasi uaticinarer summã nostrã futurã esse cõiunctionis necessitatẽ ego me tibi totũ accõmodabã. Marium nostrum omni uirtute præditũ usq; ab adolescentia maximopere dilexi. Mariũ omnibus officiis refertũ maxima semp sum beniuolentia complexus. Necessitas quæ cum nostris superioribus affinibus magna semper cõstituta fuit: facit ut tibi fauere debeã. Amor. n. noster ab in eunte ætate inter nos amantissime cõstitutus: monet ut tibi liberaliter inseruiã. Familiaritas iam diu iter nos officiis cõfirmata potissima causa est ut nullo loco tibi desim. Idem tuus mecũ amicorum consensus merito depostulat: ut oẽs res meas tecũ cõmunes esse patiar. Consimile sententiarũ iudiciũ

tantam uim habet:ut idē tibi de me quod de te præ
stare possis. Præsumsi ego pro summa tua erga me
humanitate:& mea in te obseruantia: ut a te oīa fa
miliariter petere possim. Induxi enī mihi pro tua
singulari in me benignitate:& perpetua tua animi
inductione: omnia tua mecum dicerem esse cōmu
nia. Persuasi enī mihi ꝑ maxima tua in me caritate:
& optima mea erga te fide:ut rebus tuis nō minus:
q̄ meis familiariter uti ualeā. Iucundior est mihi di
ligentia tua quā uoluntariam intelligo. Gratior est
mihi tua familiaritas: quæ mihi officiosissima est.
Acceptior est mihi tua liberalitas:quā spontaneā eē
uideo. Diligētia qua sine meis admonitionib⁹ usus
es maximā mihi spem affert:ut causam meā obtine
re posse cōfidā. Studiū tuū quod sine ulla mea roga
tionis significatione sponte tua in negociū meū de
clarasti:facit ut causæ meæ optime cōfidā. Verū enī
te mihi amicū præstitisti:cum multorū tibi odium
ac maliuolentiā pro mea dignitate sustinēda susce
pisti. Quod honoris mei studiosissim⁹ extiteris: cō
tentiones:maledicta: atq; in terminatiōes quas pro
me passus fuisti satis apertissime ꝑfitenē. Quo me
semp amore cōplexus fueris ex hoc facile intelligo:
ꝙ expostulationes: inimicicias: atq; malā hominū
gratiā ꝑ mea fama conseruāda sustinuisti. Diligen
tia qdē Ciceronis maximū nobis fructū attulit. Ac
curata Ciceronis prudentia magnā cōmuni saluti
utilitatē cōparauit. Nō potuisses sapiētius facere q̄
ægisti. Causa enim nr̄a nō potuisset cōmodius tran
sigi q̄ cōfecta est. Quæ perfecisti accuratiori quidē
ratiōe curari nō potuissent. Quæ fecisti omni pror
sus repræhensione carere uidētur. Omnis enim uis
optimi amoris mihi est cū Sulpicio constituta. Faci
le enim ꝑspicere potes q̄ mihi carus sis. Potes enim
facile itelligere quātū te mihi gratissimū habeā. Fa
cile intelligo me a te plurimi fieri. Optime mihi ex
ploratum est te mihi plurimum attribuere. Existi
masne ita me inurbanū ut te mutuo non diligerem
Adeo me ingratum arbitraris ut paribus tibi offi
ciis non respōderem? Adeo me inhumanū esse iudi
cas ut tandē diligētiæ retributionē tibi non præsta
rē? Tanta est mea erga te amoris magnitudo: ut in
te amādo tibi neminē anteponā. Sūmo enim amo
re te complector. Vide quāti sit Catonis liberalitas.
Vide q̄ sit Cato officiosissimus. Vide qua magnifi
ligant. Ipsarum igitur diuisionum inuẽtiones pro-
sequar: tametsi forte paucas putabis. Dicam igitur
de quattuor rebus uidelicet de prudentia: de iusti-
cia: de fortitudine: de temperantia nostri illustrissi-
mi principis. Duae enim res sunt quae me ad te amã
dum impellunt. Tria enim esse constãt quae me ad-
monent ut te mihi carissimum habeam. Haec om-
nia me plurimum adhortantur ut tuis rationibus
inseruiam. Duabus tuis epistolis respondebo. Tri-
bus tuis sententiis non assentio. Quattuor opinio-
nibus tuis acquiesco. Sed breuiorem duae me res fa
ciunt. Verum tres causae ne longior sim me com-
monent. Sed conditiones quattuor ne scribere po-
tuerim me retardarunt. Sed duo particulatim a te
peto. Sed tria te nominatim rogo. Ostendam igi-
tur oratoriam facultatem esse plurimũ utilem ho-
norificam atq̃ necessariam. Probaturus igitur. M.
C. ex eius eloquentia magnam suae reipub. commo
ditatem attulisse: amplissimam omnibus poetis di
cendi opportunitatem reliquisse: & immortales si-
bi laudes ac nominis gloriam comparasse. Multis
de causis uellem pluribus ex rebus exoptarem. His
omnibus rationibus quae tibi dicam cuperem.
Tunc ego uaria mecum pertractaui. Tunc ego di-
uersis cogitationibus animo distrahebar. Tũc ego
multa excogitare coactus sum. Multa enim sunt in
tuis epistolis irridenda. Plura enim sunt inania a
te dicta. Complura quidem sunt in tuis rationibus
reprahendenda. In hac causa multa mihi ueniunt
in mentem. in hoc enim negocio multa cogor exco
gitare. in his enim rebus multa mecum animum
exagitant. in hac enim controuersia uaria mihi co-
gitanti succedunt. Hominum senatorum uolunta-
tes multiplices esse conspicio. omnium doctorum
diuersas sententias esse uideo. Cicero hoc longa

oratione pertractauit. Cicero hoc acri contentione
disputauit. In nostra beniuolentia obseruāda ratio
nes q̃plures intercedunt. in nostra familiaritate cō-
plectenda per multæ sunt conditiones. Harū enim
causarū nulla mihi uidetur esse consentanea. Harū
triū sententiarū nullā approbo. Horū enim duorū
negociorū alterum ut faciam necesse est. In hac no-
stra cōtrouersia est quoddā tertiū. In re nostra alia
est consilii deliberatio suscipienda. Quorū nemini
credere possum. Quorū neminē fidum nobis ami-
cum esse uideo. Horū uter mihi sit acceptior nō di-
scerno. Horꝝ utrū potius uelim mihi icertū est. Ho-
rum qs magis sit exosus satis aperte cōstat. Horum
cuius uitia maiora sint clarissime intelligimus. Ho-
rum quē maiori odio ꝓsequamur liqdo patet. Ho-
rū enim quis uirtute sit præditus. & quis uitiis uolu
tatus satis intelligi potest. Horū cuius consiliū sit of
ficiosum & cuius sit perniciosum clarissimū est. Ho
rū cui recta fides sit adhibēda & cui nō sit credendū
non dubiū est. Horū quem magis sequi & quē eflu-
gere debeamus nobis est notissimū. Horū autē quo
uti & quo carere nobis liceat nostri cōsilii est. Quo-
rum alterum laude maxima prosequimur: alterum
summa ignominia insectamur. Quorū altero plu-
rimum gaudemus: altero uæhementer cōtristamur.
Quorū ab altero diligimur: ab alio acriter odio ha-
bemus. Horꝝ unus uituperādus est: alter uero sum-
mis laudibus extollendus. Horꝝ unius uirtutes desi
derandæ sunt: alterius uero scelera sunt effugienda.
Hi ꝑfecto digni sunt quorꝝ alteri cōsulatū: alteri tri
bunatū plebis cōmittas. Hi qdē nullomodo ualent.
quorū alteri balnea. alteri criminosorꝝ custodia pro
mittaſ. Quorꝝ nullius uideo in studendo diligētiā.
Quorū nulli adhærere possum. Quorū alterutri ad
hærendū sit: officiosis potius q̃ inertibus me adiun-
gam. Quorꝝ si alterū sequi debeamus: pacē potius
q̃ bella sequamur. Quorū utriusq; uirtutē admodū
semper amaui. Quorum utroq; utor sæpenumero.
Vtrūq; meū esse duxi ut quid agere deberes mone-
rē: & qd cōstitueres sustinerē. Vtrūq; meū existimo
ut te unice diligā & mutuis tibi beneficiis correspō
deā. Dicā igiſ summatim. scribā ꝑticulatim: narra-
bo cōpendiose: litteris ut res expostulat ordine re-
spondebo. Orōni tuæ ut eā reqrit ꝑticulatī cōscibā.
Disputatiōi tuæ ut argumētorꝝ rō deposcit opinio
nē meā declarabo. Nos.n.cū ꝓp isignes uirtutes tu
as: tū ꝓpter eximiū tuū erga nos amorē: tū etiā ꝓp
maxima tua in nos officia te mirifice diligim⁹. Qui
partim ꝓ honore cōparādo. partim ꝓ uirtute cele-
brāda: parti etiā ꝓ ignominia euitāda hoc refutare
nō debēt. Qui ꝑfcō inimici parti ībecillitate: parti
ignauia ꝑti timore nos tētare nō audēt. De qb⁹ mlꝰ
ta ad nos ipsos: mlta ad rēp. mlta ēt ad cæteros oēs
ꝑtinēt. Planū igiſ uobis faciā in hoc maleficio mul-
tos fuisse inimicos: multos corruptores: multos no
cētes: multosq; cōsentientes. Qui uel ex odio: uel ex
inuidia: uel ex ignorātia: uel ex arrogātia: uel ex ꝓca
citate: uel ex iniquitate semper nobis detrahere nitū
tur. Homines.n. uolūtate inuitanſ: alias beneficiis:
alias amore: alias iniuriis: alias suspitiōe: alias hono
re: alias ætate: alias fortuna. Aut eni sit imperator:
aut rex: aut dux: aut princeps: aut dominus: aut cu-
iuscunq; generis existat sapientia indiget. Ad studi-
um enim bonarū artiū complectendum præter uo
luntatē nihil tibi deesse uideo: neq; ætatem: neq; in-
genium: neq; facultates: neq; præceptores: neq; ali-
as ullas res. Apud alios uirtus litterarum excolitur:
apud alios copia diuitiarꝝ adamatur: apud alios bel
lorum disciplina exercetur. Quarum equidē scien-
tiarum inuentio industria: ratio: sapientia: consiliū:
eruditio: honor: dignitas: præstantia: laus: fama:
gloria te ad eas celebrandas uæhementissime incita
re debent. Explicaturus igitur sum quales in tuo ne
gocio fuerunt fideles: quales perfidi: quales studio-
si: quales negligentes: quales amici: quales aduersa-
rii. Siue enim pacem seruare uelimus: siue bellum
exercere desideramus: siue res alias curare studea-
mus uirtute utēdum est. Quod si effecerimus & ho
norem comperabimus & cōmoditatem conseque-
mur: & uoluntati nostræ satisfaciemus. Ostendam
igitur uobis quantam commoditatem: quantā ob-
lectationem: quantāq; tranquilitatē ex pace sumus
consecuturi. In medium igitur adducam quanta in
commoda: quanta pericula: quantos errores: quan-
tas destructiones: quantasq; malorum calamitates
nobis bella sedulo inferre possunt. Cognoscetis igi
tur qui boni ciues fuerunt: qui negligentes: qui sor-
didi: & qui sediciosi. Si remp. adamam⁹: si ciuiū salu
tem curā habemus: si honorē desideramus: si com-
moditatem appetimus: si rē nobis gratissimā cupi-
mus: si diligētē gloriā adoptamus: in hoc plurimū
elaborare debemus. Nisi Clodii nocētē uitā mōstra
uero: nisi apertissime delicti maleficia declarauero:
nisi testes ꝓbatissimos adduxero nisi apertissimū ma-
leficiū patere fecero. oium maximā me subiturꝰ pæ
nā subiicio. Clarissime igitur intelligetis Luciū Ca-
tilinā multis nocuisse: multis detraxisse multis inui
disse: multis fidē ꝓstitā fregisse. Quo in genere mul
ta audiui: multa intellexi: multa uidi: multa cōpræ-
hēdi: multa cognoui: multa palpaui: quæ uobis de-
clarabo. Percipies igitur quæ sint in urbe gesta: quæ
sint foris administrata: & quod senatusconsultū sit
constitutū obseruandum. Primo de pace dicturus
sum. deinde de studiis. deinceps de moribus. conti-
nuo de rep. tum de priuata cōmoditate ciuium. po
stea de religiōe. postmodum de immortalitate ani-
marum una cum salute omnium nostrum.

De confirmatione.

POstea uero q̃ intentionem nostram ex-
plicauerimus: non tam iucūdum erit au
ditoribus q̃ nostris rationibus permaxi-
me cōmodū: ut aliquibus modis & argu
mentationibus ꝓpositiones nr̄as cōfirmare studea
mus. Idcirco aliquas inueniēdarꝝ cōfirmationū uias
in mediū adducā: ex qbus quæ nobis cōducere uide-
bunſ: eas usui nostro poterimus accōmodare. Nul-
la unq̃ ex parte hæsitaui quāta me semꝑ beniuolen-
tia cōplexus fueris. Tua erga me amoris coniūctio
testibus non indiguit. Amor enim noster cōfirma-
tur indies uæhemētius. Nostra ꝑfecto unitatis col-
ligatio

ligatio maius indies recipit incremẽtum. Societas
eñi nostra tã optimis beniuolentiæ fundamẽtis sta
bilita est: ut nunq̃ labefactari posset. Hoc uelĩ tecũ
habeas neminẽ esse qui maiori a me q̃ tu beniuolen
tia cõplectaᷣ. Ad amplissimã enim tuoꝵ in me offi
ciorũ magnitudinẽ: multæ aliæ bonoꝵ accessiones
accesserũt. Ad eã enim nostræ antiquæ familiarita-
tis cõiunctionẽ accessit singularis quædã tua caritas
qua me meosq; omnes cõplexus es. Non enim faci
le diiudicatur uerus amor. nisi aliquod tanq̃ ex auro
experimẽtum uisum fuerit. Nõ enim recte cogno-
sci posset uera beniuolentia nisi rerũ experiẽtia fue
rit cõprobata. Hoc enim ut faciã nostri amoris ue-
tustas depostulat. Hoc enim ut curem tua erga me
officia demerentur. Facis enĩ rẽ amiciciæ nostræ cõ
dignã. Facis enim alienum nihil a nostra beniuolẽ-
tia. Est enim Sẽpronius ex meis intimis amicis. Est
equidẽ Terentius in lauta mei amoris parte collo-
catus. Res enĩ maiori amore a te curari non potuis-
set. Maiorem enĩ beniuolentiã in agenda causa mea
mihi præstare non potuisses. Hoc enĩ animo in me
esse debes. Hac profecto uoluntate me debes com-
plecti. Hæc enim res maximo mihi erit emolumen
to. Res enim ista rationibus meis maximopere est
conducibilis. Hoc enim ad rationes meas constabili
endas uehementer pertinere uidetur. Nihil enĩ mi
hi acceptius ex oĩbus humanis rebus exoptassem.
Rem enim gratiorẽ euenire nõ desiderassem. Hoc
enim fieri melius q̃ dici uolo. Hoc enim re ipsa po-
tius q̃ uerbis fieri cupio. Nullus enim erit deliberã-
di locus ac opinione utilior. Nemo enim esse pote-
rit hoc homine nobis opportunior. Nullũ erit con
siliũ hac deliberatione cõmodius. Nihil certe repe-
ritur hoc negocio cõducibiliꝰ. Nã ea cogitasti quæ
maximopere conducunt. Nam ea fecisti quæ uehe-
mentissime cõprobari debent. Nam ea transegisti
quæ rationibus nostris se accõmodãt. Omnia ꝓfe-
cto curare uolo quæ te uelle existimabo. Oĩa sum li-
benter suscepturus quæ tu mihi iponas. Omnia cer
te agere desidero quæ tibi cõducere arbitrabor. Hoc
ꝓfecto uelim existimes me nõ minori cura uelle tu
is laudibus q̃ meis fauere. Hoc equidẽ tibi uelim p-
suadeas honorem tuum non minus mihi q̃ tibi ipsi
carissimum esse. Perpetuũ enim me tui defensorẽ
es habiturus. Facillimum equidem me tuæ laudis
amplificatorem semper habebis. Quis enim in ne-
gociis magis est curiosus q̃ Cicero? Quis est enim
in tractandis rebus minus impiger q̃ Cicero. Non
enim solum litteris: sed etiã fasciculis te iplebo. Nõ
equidem tantum epistolis: sed etiã libellis te incita-
rem. Facilius est enim mihi tuis litteris respondere
q̃ te litteris meis prouocare. Ego quidẽ leuius tibi
respondere possum: q̃ litteris te meis incitare. Non
enim tam grauiter laboro ut tuis respondeam litte
ris q̃ defatiger ex meis te litteris uisitare. Nullam
equidem moram pati possem cum me tibi accõmo
dare debeo. Nulla ꝓfecto intercedit negligentia cũ
tuæ res operã meã desiderant. Summam equidem
pro rebus tuis curam adhibuimus. Nihil enim pro
tua causa a nobis prætermissum est. Omnia quidẽ
pro rationibus tuis officia præstitimus quæ ab of-
ficiosissimis præstari potuissent. Et iam in re funda
mentũ inieci maximũ. Et iam in negocio spem bo-
nam consecutus sum. Honorem enim tuũ & uerbis
& rebus quibuscunq; potui libẽter exornaui. Digni
tatem enim tuam & orationẽ & opere omni quan-
tum in me fuerit tuebor. Totas equidẽ rationes tu-
as uiribus omnibus suscipiam defendendas. Nã Al
bertus tantopere pro te laborauit ut nihil præter-
miserit. Nam Cicero ita causam tuã egit ut maiori
quidem studio agere nõ potuerit. Quanto studio
Fanius res tuas curauerit: testis est assidua eius uigi
lantia. Equidem nihil quod ad te pertineat præter-
misi. Omnes enim sum rationes cõplexus: quæ in
tuã cõmoditatẽ redundare uidebantur. Omnia qui
dem perfeci. quæ dignitatem tuam exornare & fa-
cultates exaugere ualent. Omnia diligentissime cu
raui quæ rationibus tuis accõmodari possent. Cõ-
plura profecto fuerũt semper tua in me studia labo
ris diligentiæ actionis uigilantiæ. Immortalia qui-
dem tua erga me semper extiterũt uirtutem benefi
cia consilii admonitionis doctrinæ amoris adhorta
tionis uolũtatis desiderii. Hæc enim tuæ dignitati:
tum etiam nostræ beniuolentiæ me debere diiudi-
co. Hoc enim cum tuorum uirtutibus: tum etiã tu-
is officiis attribuo. Dies enim atq; noctes tua in me
officia ante oculos uersanᷣ. Continuo enim memo
ria imortalia tua in me beneficia cõplector. Tua. n.
in me benemerita nunq̃ mihi a memoria discedũt.
Quæ tua in me merita cõtulisti nunq̃ ex animo di-
labuntur. Hæc enim res nullam habet dubitationẽ.
Hoc enim negociũ nullam habet difficultatẽ. Hæc
enim causa nullum pene laborem desiderat. Nihil
est quod studio & diligentia fieri non posset. Nihil
est quod non posset beniuolentia confici. Nihil enĩ
quod uerus amor non iubeat efficere. Nihil enim
profecto quod dedita opera perfici non possit. Est
enim consilium nostrum ab omnibus approbãdũ.
Quod a nobis decretum est rectum esse putamus.
Quæ a nobis gesta sunt omni uitio carere uiden-
tur. Ego enim mei consilii maiorem indies fructũ
& uoluptatem cupio. Meum enim consilium quot-
tidie magis est mihi conducibile. Incredibile est. n.
quantopere tibi cupiam satisfacere. Vix enim crede
re posses quantum cupiã unum me tibi q̃ gratissi-
mum demonstrare. Cupio enim nullã timoris cu-
rã nobis isidere. Desidero plurimũ nullã dubitatio-
nis molestiam remanere. Omnia profecto sunt ti-
bi sustinenda ut laudem & gloriam tibi compares.
Nihil enim est quod non laude & gloria libentissi-
me facere debeamus. Nihil est profecto tam diffici
le quod non tibi pro honore & fama facillimum
uideri debeat. Ita enim natus es ut hoc efficere debe
as. Ita enim doctus es ut hoc assumere debeas. Sed
illum tuum animum fac adhibeas quo te esse opor
tet. Sed cũ te præbeas: quem tuæ uirtutes esse uo-
lunt. Nullã profecto partẽ inuenies quæ nõ sit co-
fracta. Nullum enim mẽbrũ conspicies: qđ non sit
debilitatũ. Nullũ equidẽ locũ uidebis qui non sit cõ
quassatus. Tanta enim est tuarum uirtutum exi-

stimatio ut hoc facere debeas. Tāta eni est tuæ pro-
bitatis spes ut agere uelle debeas. Illa est quidē iocū
da laus quæ a uiris laudatis proficiscitur. Ea est equi
dem firmissima laus quæ ab his celebrat̄ qui in ma-
xima laude uixerunt. Is enim uerus honos uideri so
let: qui non ex uerbis sed ex rebus ipsis nascitur. Ea
quidē uera gloria uideri solet: quæ ex salute reip. fie
ri solet. Cicero ea natus est conditione: ut nihil nisi
quod rectum est curet. Cicero ea est ratione cōstitu
tus ut honestum semp exquirat. Cicero is semp uir
fuit ut ab officio nunq̄ deduci potuerit. His eni con
siliis præstat Cicero quæ plurimū humano generi
prosunt. His enim facultatibus abūdat Cicero quæ
sunt oībus conducibiles. Nullā posses disciplinā cō-
sequi ex qua maiorē nominis existimationē tibi cō-
parare posses. Nihil equidē ex omnibus humanis
rebus curare posses quod uirtute p̄clarius haberet.
Nihil enim est ꝑfecto quod humano generi magis
conducat. Nihil eni est de quo maiorē homines cō-
moditatem consequantur. Recte quidē facere plu-
rimum ualet ad beate uiuēdū. Officiose uiuere opti
mum ducemus ad fæliciter uiuendum. Si uirtus ali
quando locum est habitura tu eris in supremis. Si
uirtus ullā unq̄ est receptura facultatē p̄stantissimū
dignitatis locum obtinebis. Aduentus eni tuus cla-
rus erit oībus. Sūmo eni desiderio ab oībus expecta
ri. Tua eni ad nos profectio amplissimā tibi laudē
cōparabit. Oēs eni uiri prudētes hoc factū probāt.
Omnes profecto qui de rebus recte sentiūt hoc lau-
dant. Omnes equidē cōditiones quas scripsisti pro
babiles existunt. Omnes causæ quas cōmemoras iu
stissimæ sunt. Quæ mihi narrasti ita ut dicis consta
re uidentur. Quæ mihi per tabellarios & nuncios si
gnificasti ita esse cōstant. Fateor enim opinionem
tuā esse ueram. Concedo equidē institutionem tuā
esse laudabilem. Hæc enim si ita sunt cætera erunt fa
ciliora. Quod si hæc uera sunt: de reliqs optime spe
randum est. Hæc si ita p̄dicantur cætera meliora se-
quentur. Volo enim hoc te scire nullius auctoritatē
apud me tātum ualere quantum tuam. Hoc uelim
ratum habeas me nullius amore magis q̄ tuo mo-
ueri posse. Nō enim minus te uelle q̄ posse mihi ex
ploratum est. Non equidē minus libenter hoc face-
re desideras q̄ ego depostulem. Ego enim singulis
uerbis tuis singula testimonia tribuam. Ego enim
unicuiq; orationi tuæ auctoritatē maximā adhibe-
bo. Hoc enim mihi ut uero testi uelim credas. Hoc
profecto Ciceroni ut summo oratori credere mini
me dubitare debes. Testis est optimus meus in Ca
tonē labor. Testis est enim mea in Catonē uigilan-
tia. Omnes enim qui ista nouerūt testes habemus.
Omnes enim qui hæc tractare solent pro nobis te-
stabunt̄. Omnes profecto qui hæc profitentur fir-
mā fidē præstare poterunt. Omnis enim mea spes
in te posita est. Omnē enim meā in te spem colloca
ui. Omnem profecto spē causæ meæ gubernādæ in
te uno firmaui. Oīs eni spes huius negocii perficiē-
di in te collocata est. Neminē alium q̄ te mihi patro
num esse uolo. Nāq; illud nō dubito quin etiā ꝑ me
libēter sis facturus. Nō equidē unq̄ ueritus sum qn

tu semper rationibꝰ meis recte cōsulere uelles. Nō
enim dubitaui quin tu mihi libenter fauere uelles.
Nihil enim tantum est quod a te confici posse non
cōfidā. Nulla enim res tam dificilis esse potest. quæ
tibi nō fuerit futura q̄ facillima. Scio eni quantū pō
deris oratio tua sit habitura. Scio enim quantum fa
cultatis tua p̄sentia sit p̄stitura. Scio eni quantū cō-
moditatis tua cōmēdatio sit allatura. Te quidē ma-
ximū hominē futurū esse existimo. Te profecto ui-
rum fore præstātissimū iudicio oium iudico. te qui
dem summū in ciuitate uirū ex omni expectatione
maxime spero. In eum quidē locum res deducta est
ut nisi deus nobis subuenerit maximis incōmodis
afficiamur. In talē enim statum negocia compulsa
sunt: ut nisi diuina clementia nobis opē præstiterit:
acerbissimas simus calamitates perpessuri. In eum
eni casum me fortuna cōpulit. In id profecto infor
tunium me sors intrusit. In eā qdem tēpestatē me
fatū iniecit. Illud eni est maxime in tuis rationibus
illudendū. Illud eni quod scribis merito uidetur ir-
ridendū. Illud est enim tuis epistolis plurimū ludi-
ficandū. Hoc enim credulitate non culpa contractū
est. Hoc quidē errore non uitio accidit. Hoc ꝑfecto
nimia facilitate non fraude factum est. Verecundia
quæ in periculis repudianda est Cæsari male consu
luit. Timor enim infamiæ quæ in difficillimis rebꝰ
moderanda est multorum hominum causa mortis
fuit. Homo enim natus ad desidiam excolendam.
Hominis uita tota languoribus est referta. Homi-
nis enim uita ad nihil aliud nata q̄ ad fruges consu-
mendas. Hoc eni sic habeto. Hoc tibi p̄suadeas uelī.
Hoc scito eiusmodi. Hoc eni existimes uelim. Hoc
uelim ita habeas exploratū. Hoc eni memoriæ mā-
da. De quo sic uelim existimes. Spē habes firmissi-
mam. Tu autē hoc tibi persuade. Illud hoc tibi affir
mo. Crede enim hoc mi Cicero. Illud quidem scio.
Tantum dico. Illud enim non dubito. Hoc tam ue-
re dicā. Hoc dicā ut sentio. Illud eni aperte audeo
profiteri. Illud profecto confirmare possum. Ego
enim uideo hæc plane fore. ego conspicio hæc esse
futura. ego sic coniecto. ego qdē hoc auguror. Ego
hoc tibi polliceor. hoc cōfirmo. hoc profiteor. Ni-
hil est quod curē diligētius. Mihi enim maximæ cu
ræ est. Est enim plurimum mihi cordi. Hoc eni cla-
rum est: certum est: exploratum est: manifestū est: li
quidum est: expeditum est. In oculis enim positum
est. In mediū adductū est. Oībus palam est. Oībus
planum est. Hoc unicuiq; apparet. Hoc cuilibet pla
num extat. Nulla enim de hoc est dubitatio. Non
equidē dubium est. Nulla est de hac re controuer-
sia. Tantum dico. Tantum scribo. Tātum affirmo.
Non enim me fallit. præterit: fugit: clam est. Non
enim sum ignarus: expers: de hoc imprudēs. Satis
enim itelligo. Optime quidē cerno. Diligēter aiad-
uerto. Clarissime perspicio. Sic enim res habet. Sic
causam esse constat. Sic eni uideo. Sic enim res ha-
betur. Sic eni dicitur. Sic equidē fertur. Sic enim ui
detur. Vt debeo: ut par est: ut ius postulat: ut uirtu
tes tuæ demeritæ sunt: ut mea beniuolētia reqrit: ut
tua in me merita depostulāt. Vt negociū reqrit. Vt
causa

causa desiderat. ut ratio deposcit. ut casus exigit. ut conditio nobis expedit. ut fortuna adhortat. ut accessio administrabit. ut sors cadet. Neq; iniuria eni. Neq; enim sine causa. Neq; enim imerito. Neq; eni mirū est. Opus est enim. necesse ē equidē. necessitas enim postulat. expediens enim est. oportet equidē. Res equidē tua agitur. tuū enim est onus. tuū est officiū. Video enim quid mea intersit. Nō eni me fugit qud mihi cōueniat. Nō enim me præterit quid mihi conducat. Hæc mea fuerat coniectura. Fateor enim hoc meum fuisse p̄sagium. Hoc enim semper fore existimabam. Morem profecto tibi semp gessero. Tibi enim semper obsequentissimus fuero. Sū eni tibi semper obtēperabilis. A præceptis eni tuis nunq̄ discedam. Nullam unq̄ admonitionē tuā recusabo. Si tuum mihi officiū præstare constitueris. Si tuum mihi auxilium præstiteris. Si te mihi accōmodaueris. Hoc enim ualde ꝓrsus placet. Hoc eni me plurimum delectat. Hoc enim mihi admodum est gratissimū. Hoc enim mihi accidit multo iucundissimum. Hoc eni est mihi in optatis reponendū. Non enim dubito te dare operā. Non equidē dubito te curare: te instare: te inuigilare. Circūspice oēs rationes meæ causæ: considera oia mēbra nostri status. Speculare omnes uires nostræ facultatis Nihil est uirtute formosius; nihil amabili⁹: nihil pulchri⁹ nihil p̄stabili⁹. Nihil est probitate p̄stantius. Nihil est tua mihi institutione gratius. Nihil est profecto tua mihi uoluntate iucundius. Nihil est quidē tua mihi familiaritate suauius. Adhuc sum in ea sententia. Institutam opinionem adhuc obseruo. Ego eni is sum qui antea esse solebam. Adhuc sum in deliberata: sententia constitutus. Alia enim opinio indies magis confirmatur. Mea enim uoluntas omnibus in rebus constans semper permanebit. Me quidē in honesto proposito eundē semper esse uidebis. Necesse est enim ut horū unū sequaẗ. Oportet equidē ut istoꝶ alterū subeamus. Potes enim hoc cōmodissime facere. Est enim in tua potestate. In hoc p̄ficiēdo idoneā habes facultatē. Quoniā rō ita cōparata est. Quoniā ita diuinitus datū est. Postq̄ ita fortuna iubet. Postq̄ ita sors cecidit. In hac profecto re ego interfui. In hoc ego negocio fui. Quibus omnibus in accidentibus me scias interfuisse. Vt testatur Cicero. Vt hæc omnia apud Ciceronem. Hæc omnia ut inquit Cicero. Hæc oia Ciceronis sententiam esse uidemus. Vt apud Ciceronem constare uidetur. Hæc omnia promissa fuisse audiui. Hæc omnia confirmata esse cognoui. Certa uidi hæc omnia. Hæc ego eiusmodi esse statuo. Equidem hoc arbitror. Tantum enim uideor intelligere. Vt pauloante dixi: commemoraui: proposui: præscripsi. Vt paulo antea me dictum est: præscriptum: commemoratū est. Cuius rei modo mentionem feci. Sed illud idē quod in initio ubi scripsi. Illud equidem affirmare possum. Neq; enim hoc est tacendum: prætermittēdum: obliterādum. Neq; hoc in extremis permittetur. Huc accedit cōmemoranda quædā beneficiorum p̄stātia. Potestatē habes. Autoritatē sustines. Facultatē possides. Tibi enim autoritas data est. Facultas concessa Idonea oblata cōmoditas. Rē profecto es idoneam consecutus. Hoc enim in te est. Facillime potes. Plurimum uales. Non est usq̄. Non enim constat in rebus humanis. Nusq̄ profecto reperitur. Cato enim multa pertractauit. Multa expertus est. Multarum rerum usum habet. Multorū negociorū experimētum tenet. Hæc enim mihi spes ē Hæc eni mihi sperare licet. Hæc enim futura coniecto. Res equidē molesta: iniqua: idigna: pene intolerabilis. Turpe eni esse existimo. Est eni plurimū inconueniēs. Puto eni ab illo esse abhorrendū. Paulus est uirtutibus iferior. potestate imbecillior. Autoritate minor. Vsu rerū indoctior. Epistola enim non erubescit. Litteræ quidem nullius conspectum uerentur. Non enim scriptura quenq̄ expauescit.

De confutatione.



Onfutationes p̄terea maximopere sunt ad dicendum necessariæ. Nam cum nostrorum argumentoꝶ rōnes auditoribus p̄suaserimus: nondū sibi auditores satisfactū esse cēsebunt nisi ea quæ nobis obiiciunẗ aut tacite obiici possent: ꝓbabilius rōnibus refelleri mus. Quod cū ita sit: non mihi uisum est incōmode factū si de his refutandoꝶ locorum rationibus consequenter ex ordine interseramus. Ego enim in te amando beniuolentiæ obtineo principatū. Tu eni sic a me diligeris: ut nemo alius magis. Sed moriar nisi te amore superem. Sed peream si te beniuolentia non uincam. Non pene minus te diligo q̄ pater tuus semper amauerat. Caue existimes neminē te mihi cariorē. Caue credas neminē ardentiori me beniuolentia q̄ te cōplecti. Si intellexero quid uoles uoluntatē meā te desiderio adiungā. Si mihi p̄suadere potero quid desideres: faciā sponte mea quod cupis. Non. n. me ipedient inimiciciæ dū tibi prosim. Neq; ullus me dolor perturbabit qn me tibi accōmodem. Neq; ullus me labor deterrebit quin totū me tibi præbeā. Neq; ulle me occupationes detardabunt quin tibi satisfaciam. Fac habeas rationē nostræ beniuolentiæ. Fac nostri amoris sis diligentissime memor. Quid nostræ beniuolentiæ cōiunctioni p̄termissum fuit! Quid nostræ familiaritatis societati adiungi potuisset! Non timebo oia subire pericula dum tibi prosim. Si una esse poterimus aioꝶ tamē coniunctione fruemur. Si mecum esse non poteris ego tamen assidua te cogitatione complectar. Si p̄sentiā nostrā colere nō ualebimus: licebit tamē mutuā nostrā inter recordationem celebrare posse. Pro salute patriæ cur nō oēs exponimus facultates! Pro cōi salute cur nō oia bona profundimus! Maioribus eni meis te benemeritis exornabo: q̄ tibi in mentē uenire posset. Dirigā enim omnia pro te diligentissime. Nihil eni a me p̄termittitur quod ad te pertinere existimē. Velim enim a me expectes quæ ab amicissimo expectanda sunt. Omnia uelim a me & familiariter expostules & optima spe expectes. Id eni agā in rebus tuis ut nullā sis meā negligentiā accusaturus. Cū plus pro te fecero q̄ potuero: minus tamen profecero q̄ debuero. Cū longe maiora ꝓ tuis ornamētis conatus fuero q̄ mea facultas præ

ſtare poterit: multo minora fuero conſecutus: q̄ im
mortalia tua in me merita depoſtulēt. Si mihi pro
te moriendū eēt: nulli tamē parti tuorū in me offi-
ciorum uiderer ſatiſfeciſſe. Si mihi pro cōmodis tu
is: uita eſſet effundēda: nō tamē uiderer tuorū in me
meritorꝫ magnitudinē aſſecutus. Ego ut par eſt ad
tuā uoluntatē me confirmo. Ego ut tua in me cura
depoſtulat me tibi totum accōmodabo. A Cicero-
nis uolūtate honeſta per ampliſſima eius in me me
rita diſſentire non poſſum. Per Ciceronis familiari
tatem atqꝫ amorem non licet mihi ab eo diſſentire.
Nulli cuiq̄ concedo ut tui ſtudioſior ſit quam ego.
Neqꝫ in hoc me uincere poteſt qui tuæ dignitatis ſit
cupidior q̄ ego. Neqꝫ ullū unq̄ tempus itermiſi te
iuuandi. Neqꝫ ullū unq̄ ꝓ te laborē defugi. Neqꝫ ul-
lam unq̄ rem pro te ommiſi neqꝫ ommittā curare.
Neqꝫ tamē Catoni defuturus ſum. Neqꝫ tamen Ca
tonis cauſam derelinquam. Iniuriam a te mihi fieri
puto cum a te roger. Rem mihi ingratā facis cū ali-
quid precibus contendis. Magna me afficis iniuria
cum rogando officium meum poſtulas. Ego pluſq̄
feci facere non potuiſſem. Ego maiori ſtudio rem
curare non potuiſſem. Ego maiores uires q̄ oſtendi
præſtare non ualerē. Te q̄primum incōmodis libe-
raſſem. Te illico incolumē reddidiſſem. Ne punctū
quidem temporis in moleſtiis fuiſſes. In hac cauſā
magis elaboraui q̄ oſtendam. In his rebus maiora
ſum acturus quam demonſtrem. Hoc enim in ne-
gocio ſum plura præſtiturus quam pollicear. Non
enim perſcribere poſſum quantum mihi erat gratū
ſi Catonem quietum reddideris. Non poſſum uer-
bis explicare quam erit mihi iucundum ſi Cato-
nem preciosum præſtiteris. Nullo ſatis poſſem
dicendi genere declarare: quam mihi erit accep-
tum ſi Catonem moleſtiis liberaueris. Ignoſce mi
hi Gaſparinum excuſantem. Patiaris me Gaſpari-
num defendentem. Quid eni eſt cur non bonorū fa
miliaritatem deſiderem? Quid obſtare uidetur cur
non iuſtorum mihi conſortium adoptem? Oblitū
me putas amoris caritatis humanitatis tuæ. Imme
morem me exiſtimas tui erga me officii laboris dili
gentiæ uigiliarum periculorum. Ingratum me ar-
bitraris liberalitatis benignitatis beneficiorum er-
ga me tuorum. Quod ſi uita mihi contingeret me
tibi amiciſſimum demonſtrabo. Quod ſi uita mihi
ſuperſtes fuerit: me tibi beneficiorum memorem
præſtabo. Niſi ob tuam erga me beniuolentiam ti-
bi cumulatiſſime ſatiſfecero hominem me eſſe non
arbitrabor. Niſi pro immortalibus tuis in me meri
tis parem tibi gratiam retribuero: uirū me bonum
nō exiſtimabo. Niſi tua erga me officia paribus me
ritis cōprobauero ipſe me hominem non iudicabo
Non enim mihi ullo modo ſatiſfacio cum non repe
riam quibus rebus tibi gratias referā. Cum ea quæ
tibi deſiderem reipſa conſequi non poſſum. Cum
nullam partem tuorum erga me meritorum in re-
ferenda gratia conſequi ualeam. Nunquam enim
mihi acquieſcam niſi prius quæ a me uelis ex ſen-
tentia perficiam. Ego tanti te facio: ut quicquid
egeris ſtatim probaturus ſim. Pro ſummo meo in
te amore quæ tibi placere uidebūtur rectiſſime ue-
ra exiſtimabo. Nihil enim cōmittere poſſes quod
mihi poſſit diſplicere. Plus eni a te mihi ꝓuiſum eſt
q̄ poſtulauerā. Magis eni mihi opitulatus es q̄ ſpe-
raueram. Maiora quidem in me benemerita contu-
liſti q̄ a te contenderā. Non enim Ioſiam optime de
me meritum derelinquere. Non enim paterer Ioſi-
am meæ uirtutis amplificatorem impune ab iniqs
oppugnari. Non enim poſſem ſufferre ut iniqui Io
ſiam mei admodum amatorem impune laceſſerēt.
Non enim mei eſſet officii qui ſufferre deberem qꝫ
inuidi Gaſparino mei amātiſſimo detraherēt. Neqꝫ
ullum tantum eſſe poſſet quod ego non putem im-
pēdere poſſe. Neqꝫ ulla tam magna iactura eſt: quā
ego nō exiſtimem accidere poſſe. Neqꝫ eſt ulla tam
magna calamitas: quam ego non mihi perſuadeam
poſſe contingere. Malo enim meis uitæ rationibus
delectari q̄ alienis uiciis gubernari. Malo enim eſſe
mihi ſimilis q̄ alienis. Quæ facio quottidie magis
me delectant q̄ aliena. Me quidem non ex fortuna:
ſed ex uirtute pendere uidiſti. Nō enim diuitias ſed
uirtutes ſum ſecutus. Non equidē homines copiis
opulētos ſed uirtutibus celeberrimis excolui. Illud
cogita ne rem magis periculoſam exiſtimes q̄ ſit ne
ceſſe. Illud uide ne ſine periculo timere uidearis. Il-
lud ꝓuideas ne timendo magis timere cogaris. Sed
ea tu inſignitus ex ſapientia: quæ maiora prouidere
poſſet. Verum tu pro ſingulari induſtria tua hæc cō
modius tranſigere poteris. Sed tu hoc facilius mul-
to pro tua ſingulari prudētia iudicabis. Sed hæc tu
melius ex re temperare conſtitues. Reliqua ſunt in
teipſo & optima quidem. Quæ omnia acciderunt
Cicero dixit futura. Qui autem caſus euenerunt Ci
cero multo ante prædixit. Quæ autē ſunt cōſecuta:
Cicero præuidit. Quod ſi hoc tibi conſilium nō pla
cebit: aliud mittemus. Quod ſi hæc tibi ratio non ſa
tis uidebitur conſentanea: alias quæremus commo
diores. Non dubito quin tu plus prouideas q̄ ego
admoneam. Nec diffido quin tu melius rem pertra
ctes: q̄ ego tibi declarem. Propone tibi quid clari ho
mines facere ſolebant. Cogita quam uitæ rationem
ſapientes obſeruarunt. Exemplum fac tibi ſumas ui
tam officioſorum uirorum. Tempora autem qua-
lia futura ſint quis ſcit? Rerum autem conditiones
quem finem habituræ ſint incertum eſt. Quæ autē
fortunæ acceſſiones ſint conſecuturæ quis uatici-
nari poteſt? Quæ acciderunt fuerunt uera tam re q̄
ſuſpicione. Quæ nuper euenerunt non tam uera
q̄ uiolētia fuerunt. Nam intelligo iſtis rationibus
te nihil proficere. Non uides rebus iſtis nihil te
prodeſſe poſſe. Non animaduertis iſtis moleſtiis
nihil aſſequi poſſe. Quod ſi nō poſſum aliquid per-
ficere ſuadendo ego iam & præcibus a te cōtendo.
Quod ſi monitionibus meis obtemperare nolue-
ris: præcibus fac ſaltem obſequaris. Qui ſi amantiſ-
ſimis perſuaſionibus meis non flecteris: ſummis ta-
men ſupplicationibus fac mouearis. Faciam per me
ipſum & uires meas experiar. Negocium egomet
ſuſcipiam & conabor quod poſſum. Aggrediar ego
ipſa rem iſtam & nitar quid conſequi poſſim. Neqꝫ
colas

colas res ĩmundas inanes atq; uolatiles. Neq; nimis
cures incerta humilia breuia fugitiua instabilia ca-
duca. Neq; nimiũ desideres ea quæ sunt hominibus
incõmoda nocua & ignominiosa. Sed adhortatio-
ne nõ puto te indigere. Sed mea tibi admonitione
nequaq̃ opus existimo. Sed ut arbitror præceptis
meis nõ egebis. Sed in hac re nullam tuam accipio
excusationẽ. Sed in hoc negocio nulla tua apud me
ualebit excusatio. Sed in hac cã tua apud me excusa-
tio nulla est fidem habitura. Quãtum me possis ad-
iuuare facile intelligo. Quanto mihi præsidio esse
possis clarissime perspicio. Quãtum enim rationi-
bus meis ꝓdesse ualeas clarissime mihi cõstat. Quid
rebus meis consulere possis est mihi liq̃dissimum.
Neq; enim dubito quantum mea cã uelis. Neq; enĩ
uereor quantopere mihi prodesse desideras. Neq;
enim moueor hæsitatione quantopere mihi faue-
re cupias. Ego quem potius debeam inuocare q̃ eũ
qui causas meas uincere solet? Ego cui me potius cõ
mendem q̃ ei quo salutem recipere cõsueui? Ego cu
ius auxilium potius requiram quam eius cuius ope
& præsidio meus status incolumis conseruatᷓ? Nec
dubito quin cum multis benigne feceris: mihi etiã
tibi amicissimo fauere uelis. Neq; enim uereor ne
cum ignotis liberalissimus sis: mihi etiam tui aman
tissimo te accommodare uelis. Neq; enim hæsito:
quin cũ inimicis tuis officiosum te præstiteris: mi-
hi etiã gratiosissimus futurus sis. Mihi autẽ in hac
causa nihil aliud opus est. nisi ut autoritatem tuam
interponas. Mihi autem ut hoc impetrem nihil de-
ficit: nisi ut sententiam tuam adiungas. Mihi autem
ut quæ uelim cõsequar aliud nihil deest nisi ut te mi
hi facillimum præstes. Id erit firmum: si Arpini uo
luntas intercessit. Id stabilitum fore arbitramur: si
Arpinus officium nobis suum præstiterit. Sed q̃d
eam causam tantopere tibi commendam: quam tu
communem tecum existimas? Sed quid ego de ea re
tam uæhementer tecum contendam quam ad te ip
sum pertinere arbitraris? Sed quid ego de his nego
ciis tantopere te obtundam quæ tecum sedulo tra-
ctas? Spem tamen habeo tempora aliquando futu
ra meliora. Spero tamen fortunam aliquando mi-
hi maiorem euenturam. Non enim mihi persuade
re possum ut fœliciorem aliquando status conditio
nem consecuturus sim. Non enim opinione: sed cer
tis signis hæc tibi significo. Non equidem aliorum
auditu: sed certis rationibus hæc tibi scribo. Non. n.
somniis: sed uera rerum experientia hæc tibi narro.
Neq; enim obscuris personis res agitur. Neq; enim
dubiis conditionibus cõtractatur. Quo aio hæc re-
cipias nõ nimis curo. Qua rõne hæc interpreteris
paruifacio. Si oẽs homines aliud mihi persuasissent
ego tamen hac eadem usus sententia fuissem quam
audisti. Huius ego constantiæ semper extiti atq; fo-
re cõfido: ut meæ cõstitutionis nunq̃ me peniteat.
Adhuc in eadam sum sentẽtia: ut quæ fecerim recta
mihi uideanᷓ. Libenter tibi me & facile purgarẽ. Li
benter tecum iracundiã euomerẽ. Putares fortasse
ut indignis eo iniuriis lacessitus non succesſerẽ? An
existimares ꝙ acerbissimis ego icõmodis affectus
nõ mouerer? An fortassis crederes: ꝙ ego tã isigni i
iuria ꝑcussus obdormirẽ? An hoc tibi ꝑsuadeas: ꝙ
ego tã calamitosis offensiõib⁹ cõpulsus iracũdia nõ
excandescerẽ? Hoc enim nullo quidẽ pacto ferendũ
est. Neq; enim est hoc ulla ratione tolerandũ. Quis
enim hoc ferre posset præter me? Cui eni hæc æquo
animo fieri possent nisi mihi? Omnia sunt quidem
toleranda patienter. Aequo animo sustinenda. Sa-
pienter perferẽda: prudenter temperãda: facili ani-
mo accipienda. An tibi fortasse aliq̃d desit quod nõ
sentias? An tibi forsitan aliquid laudandum erit q̃d
non probes? An tibi fortassis aliquid moliendũ fue
rit quod non ualeas? An tibi fortasse aliquid susti-
nendum sit quod non queas? Sed est unus portus
ad salutem. s. bonarũ artium disciplinæ. Sed est una
spes consolationis litterarum studia. Sed est unum
remedium trãquillitatis scientiarũ celebritas. Quæ
omnia prosequerer si melius q̃ tu uiderem. Quæ
omnia commemorarem nisi tu clarius q̃ ego intelli
geres. Quæ omnia explicarem si ego apertius q̃ tu
cognoscerem. Sed uereor ne iam mihi superesse uer
ba putes. Sed dubito ne dicẽdo prolixum me nimis
esse dicas. Sed timeo ne meã dicendi rationẽ longã
nimis accuses. Sed uereor ne multa a me dicta super
uacua esse dicas. Nulla est tanta doloris magnitudo
quæ non tẽporis prolixitate mollificetur. Nulla. n.
fuit uua tã agrestis quæ nõ aliquando mollitudinẽ
suscipiat. Nullũ. n. malũ potest esse perpetuũ. Nũq̃
enim id mihi attribuã quod non fuerim cõsecutus:
fateor enim ad tantũ me sapientiæ gradũ nõ acces-
sisse. Quereris tibi quicq̃ iponere nõ debere in sum
mis ꝑsertim occupationibus tuis. Laboris tibi q̃cq̃
committere non audeo in acerbissimis præsertim
molestiis quibus opprimeris. Nõ deberem te uirũ
summa autoritate præditum defatigare: præserti
cum sis uæhementissime defatigatus. Tu tamen si-
ue æquo animo hæc feras siue iniquo: non possum
rẽ mutare. Tu tamẽ siue gratũ hoc accipis siue mo-
lestũ nõ põt aliter ꝑfici. Tu tamẽ siue me excusas si-
ue accusas: non possum aliter facere. Neq; enim tu
melius si ꝑsens adesses rẽ curasses. Neq; eni accurati
us si affuisses rẽ egisses. Neq; enim tu cõmodius si
coram affuisses negociũ perfecisses. Non enim eam
cognosco aciẽ ingenii Clodii: ut ipse acutiora inue
niret q̃ Cicero. Non tantam intelligo Tironis con-
silii calliditatem: ut ipse plus ꝓuideat q̃ Cic. Hoc lo
co si uidear clarius respondere nemo miretur cũ id
necessitas postulet. Hoc loco si aperte disputo ne-
mini durum uideri debet: quoniã necessaria me cau
sa impellit. Non mihi in mentem uenit quibus uer-
bis tecũ colloquar. Nihil est impræsentia quod po-
tissimum tibi significem. Nõ mihi occurrit quo te
litterarũ genere uisitẽ. Non habeo quid scribã. Ni-
hil mihi in mẽtem uenire potest. Nihil mihi in mẽ-
tem succedit. Non possum cõminisci. Equidem scri
psi apertius q̃. Equidem fui breuior q̃. Equidem bre
uius cõplexus sum q̃. Scriberẽ plura nisi Longiori
uterer ratione si plura essent dicenda. Pluribus tecũ
agerem. Longior essem in dicendo nisi. Hæc breui-
us ad te scripsissem. Hæc breuioribus perstrinxi:

quia res hæc me non delectat. Hæc paucioribus egi
quia sine magno dolore apertius exprimere nõ po
teram. Hæ quidem litteræ sunt eiusmodi: ut eas nõ
audeã temere cõmittere cuiq̃. Siquẽ cui fidẽ habere
possim inuenero: dabo operam ut percrebris meis
litteris te uisitem. Si quenq̃ nactus fuero: cui recta
sit fides adhibenda: id efficiã ut crebræ meæ ad te lit
teræ deferanť. Neq; obliuione nostræ amiciciæ hoc
euenit. Neq; intermissione nostræ beniuolẽtiæ hoc
accidit. Neq; diminutione nostræ cõiunctionis hoc
contigit. Non ausus sum uæhementius a te conten
dere: ne summæ tuæ libertatis oblitus esse uidear.
Pluribus uerbis non audeo tecum agere: ne te am-
plissimæ tuæ beneficentiæ oblitus esse putẽ. Maio-
ri quidẽ studio quicq̃ a te petere non debeo: ne libe-
rali tuæ consuetudini uidear diffidere. Quod serius
quã expectabas rẽ effeceri id difficultate rei commis
sum est. Quod tardius q̃ uolebas tibi scripserim: id
nuntiorũ inopia nõ negligentia factum est. Quod
diutius q̃ credebas aduentum meum distulerim: id
occupationibus uelim attribuas: Siquis esset aditus
ad id quod speras rem aggrederer. Siquam uiam p
scrutari possem ad id quod petis omnia pertẽpta-
rem. Si facultate & gratia tantum possem. Si mihi
idonea potestas concederetur. Si opportunitatem
consequi possem. Non solũmodo in hac causa: sed
etiam in cæteris aliis. Neq; solum hoc in negocio:
uerũetiam in aliis omnibus. Neq; in his dũtaxat re
bus: sed multo etiam magis in cæteris: Adolescentẽ
inquies ac nobilem: at præstantem: at primarium.
Puerum dices ac doctum: at sapientem: at expertũ.
Iuuenem asseres: at amicum: at fidum: at necessari-
um. Neq; opus est ut ad res nudas accedas. Neq; bo
na uolũtas satis est: ubi res facultatẽ desiderat. Neq;
enim uerba satis ualent: ubi negocia præsidiũ requi
runt. Id uelim ut ignoscas quod inuita fortuna face
re non potueram. Id cupio mihi indulgeas: quod
negãte fortuna curare non ualueram. Neq; quicq̃
est qđ mireris si hoc nõ egeri3. Neq; est q; ulla tenea
ris admiratione: si rem hanc non curauerim. Sed ni
hil mihi ad satisfaciendũ præter bonam uoluntatẽ
redditum est. Sed nulla mihi facultas ad remunerã-
dum præter animum q̃gratissimum concessa est.
Sed nullum mihi officiorũ gratificandi genus præ
ter ardentissimũ desideriũ datum est. Nisi hanc fa-
cultatem aliquis casus eripuerit. Nisi hanc occasio-
nem aliquod infortunium perturbauerit. Nisi hãc
opportunitatem aliqua iniqua sors inmutauerit. Me
um in te animum multo officiosiorem atq; meliorẽ
cognosces cum mihi allata fuerit tibi commodior
satisfaciendi facultas. Quos beneficiorum fructus
tibi debeo cum opportunior dabitur potestas: ube
riores præstãtiores cumulatioresq; reperies. Ego
enim semper oĩbus in rebus quas ad te pertinere ar
bitrabor: cum exoptatam facultatem cõsequar: mi-
rificum me tibi cõmitem demonstrabo. Quod ego
clarissime demõstrassem: nisi inopinatus casus hoc
mihi eripuisset. Quod ego re ipsa probassem: nisi
fors aduersa officiũ meum interturbasset. Sed hoc
rato nescio quo contigisse arbitror: ut cum recte de

liberaueri incõmode mihi successerit. Sed nescio q̃
sorte euenerit: ut pari cõsilio disparẽ coger fortunã
cõsequi. Sed nescio qua cæli cõstitutiõe id cõtigerit
ut cũ officiose excitaueti: exitus exoriať igratissim⁹.
Quãtũ spes me fefellerit uideś. Quãta de spe ceciderim⁹ itelligiś. Quãtũ nos spes deluserit ꝑspiciś. Quã
tũ frustrati sum⁹ aptissime sentis. De statu reip. nul
lã⁹ bonã spem concipio. Nihil est quod bene sperare
possim desperandum quodãmodo esse uideo. Nul-
lam enim habeo certã spem salutis Catonis: explo-
ratã rationẽ status Catonis: exploratã fidem aduẽ-
tus Catonis. Quæ de bello gallico audiuim⁹ adhuc
sine capite sunt: adhuc sine certo autore proferunť:
adhuc sine certo nuntio significantur: adhuc solum-
modo ex rumore habuimus. Si mea in homines of-
ficia profundere ac perdere uidebor. Si mea in ho-
mines beneficia ingrata esse itellexero. Si mea apud
homines merita nihil esse ualitura cognouero. Nõ
committam ut quibusdã hominibus insanire uide-
ar. Non homines obtundam: si opera mea delecta-
bit. Non apud homines deliberabo: si mea diligen-
tia hominibus ingrata esse uidebitur. Clodius non
dum profectus est eo quod iam prope se delatum
existimat. Nondum id Clodius est consecutus qđ
iam prope perfecisse arbitratur. Nondum Clodius
illum rerum finem uidet: quem iam tenere sibi per
suadere uidetur. Sed omnia quæ putas commodi⁹
est pati: quã indignis parere. Sed mallem cuiusuis
seruitutem tollerare quam quorundam hominum
perfidorum uultum subire. Nescio quo cum homi
ne tibi negocium sit. Nescis æquidem cui tu homi-
ni contradicas. Non enim recte nosti quem oppu-
gnas. Ea quidem conditione natus sum ut facile de
tractores inueniam. Qui detractionibus delectan-
tur facile comperient qui parem sibi uicem referãt.
Qui malo dicendi genere delectantur: mutuã gra-
tiam recipient. Qui cæteros lacessere non desinunt
iisdem iniuriis sæpenumero afficiuntur. Sunt enim
permulti qui cum cæteros corripiunt non repræhẽ
sione carent. Pleriq; existunt profecto qui cæteros
lacessere non desinunt: ipsi admonitione plurimũ
indigent. Atq; hi qui cæteros increpant corrigendi
sunt. Complures æquidem cæteris detrahunt qui
sunt turpibus uiciis ac abominandis sceleribus co-
inquinati. Permulti reperiuntur qui seipsos non co
gnoscunt: & alienos damnant. Multi sunt qui suas
rationes non nouerunt: & alienos inepte curant. Et
nisi homines acerbissimis corũ in nos iniuriis nos
abalienassent: non profecto essemus immutati. Et
nisi quorundam oculi a nobis abhorruissent: hi esse
mus qui antea fueramus. Nisi homines intolerabi-
libus iniuriis nos lacessissent: in pristina profecto
sententia stetissemus. Nisi fuissemus ab his a quib⁹
minime opus fuerat derelicti: pristinam uolunta-
tem retinuissemus. Si fides ab his coleretur a qui-
bus obseruari deberet: nullo quidem labore defati-
garemur. Si illi de quibus sumus optime meriti eã-
dem nobis gratiam præstare uoluissent his ꝑfecto
molestiis non afficeremur. Si ab his adiuti essemus
a quib⁹ debuimus nõ tã moleste laboraremus: Nisi
ab his

ab his deiecti fuissemus: a quibus minime opus fuerat iã quæ desideramus fuissemus cõsecuti. Hæc eni fuissent facillima: si culpa quibusdã abfuisset. Hæc iã pfecta fuissent: si esset in his beneficiorum memoria: in quibus maxime esse deberet. Si aduersariũ rẽ non impedient: causam nostram obtinebimus. Nisi inimici nostri nobis fuerint impedimẽto rem impetrabimus. Nisi res per aduersarios fuerit impedita: facile ꝙ uolumus consequemur. Nisi inuidi rem perturbabunt ad id ꝙ optamus faciliter perueniemus. In causa nostra habebimus potentes inimicos in nostro negocio habemus auaros nobis infestos. In nostra dignitate habemus complures nobis contrarios. Sed nosti hominum iniquitatem. Sed intelligis quãta sit hominum perfidia atq; iniquitas. Sed iam didicisti quantæ sunt hominũ prædicationes. Sed te non fugit q̃ multiplices sunt hominũ uolũtates. Verum perspexisti quãtæ inter homines uersentur insidiæ. Quæ nobis impedimento fuerũt arbitror te suspicari. Quæ nobis nocuerunt credo te animaduertere. Quæ nobis difficultatem attulerũt te scire arbitror. Quæ rem nobis perturbarunt te non fugere existimo. Ignosce iracundiæ meæ quæ iusta est. Parce meis querelis quæ iuste quidem habentur. Da ueniam mihi de proditorum perfidia conquerenti. Patiaris me contra iniquos iure excandescentẽ. Offensio parua est: sed animi indignatio maxima. Amissio rerum exigua est: sed stomachi perturbatio acerrima. Iactura tenuis extitit: sed animi ardor summus. Adhuc tua patitur beniuolentia me liberaliter tecum expurgare. Adhuc patitur tua summa humanitas me ꝙ sentiam libere dicere. Adhuc patiatur tua maxima sapientia ꝙ mihi liber in medium adducere. Nunq̃ enim uideor tractasse causam difficiliorem. Nunq̃ profecto rem molestiorem sustinuisse uideor. Nunquam certe negocium inextricabilius me egisse constat. Dices fortasse quid me res ista consolatur in tãtis malis. Dices qd mihi ista opitulantur in tantis angustiis. Dices quid me ista sustentabunt in tãtis calamitatibus. Est omnino uix cõsolabilis dolor. Est penitus quasi intolerabilis molestia. Est omnio ferme irrecuperabilis iactura. Nõ possum reliqua scribere dolore impeditus. Nõ possum cætera dicere iracundia perturbatus. Non ualeo reliqua prosequi: molestia confectus. Quid eni me tibi scripsisse existimas? Quid meas litteras significare putas? Quid in meis litteris scriptum est ꝙ interpretatione indigeat? Quid est ꝙ meas litteras uexcaris? Ego hoc nunq̃ fuissem suspicatus. Nũquam posse accidere existimaui. Nunq̃ euenire cogitassem. Hoc enim nunquam mihi in mentem uenisset. Quid tu unicus quæ omnibus clarissima sunt non intelligis? Quid tu ex omnibus unus quæ iam contrita sunt nõ cognoscis? quæ tu solus aperta nõ uides? Quæ appius consecutus est: honorum uocabula sunt: non dignitatis insignia. Multi insignia sine uirtute assecuti sunt. Complures in dignitatibus dicti sunt præstantes: quorum nemo habitus est officiosus. Quid ego in ea causa inuigilem: in qua is cuius præcipua res agitur obdormiat? Quid eni in his rebus me ostentẽ: quibus hi ad quos potissimũ pertinet negligẽtes existũt. Iam ualde lautus factus est qui nihil curas mihi scribere. Iam factus es plurimũ delicatus qui nihil agis. Preciosus iã nimis effectus es qui nihil curas. Neq; aliã cõsiliorum rationẽ inibo: si te firmum esse uidero. Neq; etiam aliam de sumo deliberationẽ: si in eodem te proposito constitutũ esse cognouero. Finge eni te esse qui ego sum. Persuade mihi iam te me alterum esse. Fingere uicẽ meam sustinere. Indices tibi meam causam tuã esse. proponas tibi meas te rationes agere. Hoc meũ est opus. Hæc eni me tangunt. Hæc rationes meas uidentur attingere. Verũ fac esse omnia. Factura esse ut dicis. Verum hæc ita sint. An ego tibi nõ obtemperem? tibi morem non gerã? tibi nõ obsequar? tibi non me facillimum præstem? tibi quicq̃ denegem? Agam iam tecum familiariter. loquor iã tecũ aperte. non simulabo tecum quicq̃. Iam totum me tibi patefaciam. Quãtum in me est. Quãtum mihi cõceditur. Quantum idonea mihi potestas oblata fuerit. Quantum studio: diligentia: labore: uigilantia consequi potero id omne ad arbitrium tuum libẽtissime conferam. Quanq̃ ego omnia tua causa fieri desiderem. Et si omnia pro te facere uellem. Tametsi omnia amore tui libẽter susciperem. Tametsi ex commoditate tua nihil uellem subterfugere. Si fortuna optatis meis respondebit. uotis meis successerit. cogitationibus meis benigne respondere uoluerit: Si res caderet ut uelle & optarem. Si res ex sententia gereretur. Si mihi optata contingerent. Si quod opto mihi fæliciter cõtingerit. Si deus res nostras fortunabit. Negocia secunda reddiderit. desiderio nostro annuere uoluerit. Nos secundæ uoluerit intueri. Nisi res mihi male successerit. Spes mea decipiatur. Opinio mea sinistra fuerit. fortuna me fallat. Beneficiorum memor ero. mutuis beneficiis respondebo. Parem officiorum uicissitudinem reddã æqualem gratiam referam. Beneficia contulit. Officia reddidit. merita præstitit. Benemerita retribuit. Promerita retulit. Demerita persoluit. Mutuo uicissim. inuicem. alternis uicibus. alternatim. mutua uice. Remuneratio retributio. uicissitudo. Eadẽ gratia. par uoluntas. par studium. Ingratus beneficiorum. immemor. sordidus. Beneficium perdere officium amittere. meritũ effundere. Homini ingrato beneficium conferre. homini sordido benefacere. hominem ingratum beneficiis exornare. Mortuus est. Occisus est. excessit e uita. ex hoc seculo migrauit. Animã reddidit. animam effudit. animã efflauit. uita priuatus est. ex hac uita decessit. mortẽ obiit. diem suum obiit. Popilius furatus est. Popilius accepit unde nõ est licitum. Popilius res alienas usurpauit. Moriar nisi ꝙ sentiam exprimam. Moriar nisi effluam. Non possum abduci qui me effundã Deo uolente: deo comite: deo duce: deo nobis fauente: deo nobis annuente. fortuna suffragãte. Quem casum deus non permittat. Quod incommodum deus auferat. Quod superi prohibeant. Quod ut iniũ nunq̃ eueniat. Deum quæso ut tua consilia sint tibi salutaria. Superos exoro ut quod acturus sis: tibi nõ

obsit. Deum obsecro ut quicquid constituas: tibi be
ne succedat. Non tenebo te pluribus. Plura dicenda
non sunt. plura scribere non est necesse. plura non
sunt litteris committenda. pluribus te adhortari nõ
debeo. Non enĩ mihi placet de hac re plura scribere
Neq; ego superiora repetam. Singula prosequi nõ
est necesse. Sed plura dicemus alias. Sed hæc audies
ex aliis. Sed de his ex aliorũ litteris certior fies. Im
pedior uerecũdia pluribus tecũ agere. Scripsi ad te
pluribus. ut meum consilium intelligeres. Hæc plu
ribus egi ut quid sentirem dilucidius teneres. In
hoc fui longior: ut quæ mea esset sententia clarius
perspiceres. Hoc uerbosius complexus sum: ut insti
tutionem meam apertius cõprehenderes. In hoc
fui prolixior: ut de uolũtate mea certior fieres. Sed
plura q̃ statueram. hæc ad te pluribus uerbis scripsi
q̃ soleo. Sed hæc satis multa uel plura potius q̃ ex
pectabas. Illa quæ maiora sunt: breuius exponam.
Illa quæ ampliorem desiderant orationem breui cõ
prehendam. Hæc ex hac re præcipue tibi significa
ui ut intelligeres. Hæc ex illa conditione tibi deno
taui ut deliberares. Hæc ob eas tibi rationes aperui
ut præparares. Scis quid dico quid loquor. quid in
telligo. quid cogito. qd uolo. Difficile est loqui. Nõ
omnia sunt litteris committenda. Nihil temere scri
bendum est. Non dico sine causa. Noli putare hæc
me frustra dicere. Non enim incassum hæc comme
moro. Non scribo hæc temere. Hæc præterea scri
psi: quod causa necessitatis intercedit. Quod ut cla
rius intelligas: longioribus uerbis utar. Quod ut
apertius declarem: alterius rationes repetam neces
se est Quod ut euidentius explicem attende quæ se
quunt. Si res ipsa loqui posset. Si negocium posset
per seipsum quid sentiret declarare. Si ratio ipsa ui
res suas per seipsam exprimere posset. temporibus
obsequendum est. inseruiendum est. Fortunæ credẽ
dum est. Est enim fato optemperandum. Necessita
ti parendum est. Id egi temporibus obtemperans,
Id feci fortunæ credens. Id consensi fato assentiens.
Id prætermisi opportunitati obsequens. Non est
semper in eadem sententia permanendum. Nõ enĩ
semper eodem animo esse debemus. Non semper
unum consilium sequi debemus. Non semper una
opinione duci debemus. Subeunda est fortuna. tẽ
randum est. experiendum. Percuntandæ sunt uires
Vt tempus non admonebit. Vt dies nõ coget. ut
utilitas nobis persuadebit. Vt rationes negociorũ
nobis consulere uidebuntur. Omnia tibi prapone
re debes. Omnia tecum commẽtari debes. Omnia
sunt tibi animo & cogitatione pertractanda. excogi
tanda. prouidenda. Omnia sunt tecum animaduer
tenda. peruoluẽda. deliberanda. Non est hoc alienũ
a dignitate mea. Hoc existimo rationibus meis in
cõueniens. Hoc enim ad me attinere uideo. Existi
mo hoc causam meam parum attingere. Arbitror
hoc ab instituto nostro alienum esse. Credo hoc ra
tionibus nostris parum debere prodesse. Quæ uis
insit his uerbis non facile intelligo. Quam facultatẽ
importat hic sermo non satis mihi constat. Quam
substãtiã perstringat hæc oratio non mihi notum
est. hoc nihil significare facile perspicio. Hoc nullã
facultatem habere facile diiudico. Hoc friuolũ atq;
ieiunum liquido esse constat. Sed hæc minora sunt
q̃ dicantur. Verum hæc minorem uim habent q̃ exi
stimentur. Sed hæc nimius timẽda sunt q̃ homines
arbitrentur. Sed tibi consilium non deest. non defi
cit. deesse non potest. Neq; enĩ sum ita demẽs ita dis
sipiens. ita stolidus: ut non sciam quid agam. Nihil
faciam insolenter. Nihil agam sine causa. Nihil ten
tabo incõsulte. Nihil moliar ĩprudenter. Nihil ni
tar temerarie. Atq; hæc præter meã consuetudinẽ
dixi. Atq; hæc tam multa præter meam consuetam
agendi rationẽ scripsi. Atq; hæc tãta præter meos
pristinos mores effudi. Sed aliter q̃ ostendam facio
q̃ constitueram perficio. q̃ pollicitus fueram ago.
Quod si aliud tibi propositum esset: fac me certio
rem. Quod si alia duceris uoluntate. fac intelligam
Quod si animum alio conuerteris: fac me admoni
tum reddas. Quod si opinio pristina non placebit:
fac ut sentiã. Si nihil te perturbat. Si uacuus es mo
lestiis. Si ocioso es animo. Si tranquilla es uolunta
te. Si nulla efficeris molestia. Si es occupationibus
subleuatus. Mea postea mutata est ratio. deinde cõ
silium mutaui. postea meæ rationes immutatæ sũt
Aliam postea rem agere cœpi. Nunc alia ratio est.
Nunc alius est status rerum. Nunc alius est tempo
rum cursus. Nunc alia est uiuendi conditio. Nunc
est alia hominum opinio. Est una prouisio. Est una
cautio. Est unum remedium. Est quoddam tertium
Si libet si placet. si uidetur. si commodum est. si uo
lũtas est. si patitur animus. si uoluptati est. si tibi cõ
ducit. si fieri possit. si idoneum tibi uidetur. Nihil si
mulaui. nihil ficte dixi. nihil simulate. nihil tectum
excogitaui. Non agam astute. Non simulabo quicq̃
nihil ficte dicam. nihil fatue tentabo. nihil malicio
se moliar. Non enim te fugit. præterit. latet. es ne
scius. clam est. Neq; te hoc ignorare arbitror. Tenes
enim memoria. De quo memoriam accepisti. Vt
mihi uideor. uideris. uidetur. Vt coniecturam acci
pio. Vt arbitrari possum: ut possum existimare Ad
unum referare. Ad extremum differere. ad calcem
disputare. ad radicem ĩquirere. ad profundum pro
gredi. ad ultimum perscrutari. Disputemus fami
liariter. agamus pingui minerua: Neq; hoc est ob
scurum. neq; ullam habet hæsitationem. neq; in ma
gnam deliberationem cadit. Sed uelim desinas ar
ma sequi. Sed tu uelim desistas exercitum agere. Bel
la desitas. Inimicicias omittas. Simultates effugi
as. Discordias euites. a dissidiis abhorreas. Sed ueli
pacem colas. Paci cõsulas. Ociũ tibi adoptes. Ocio
te exponas. Quietem adames. Simul & illud cogita
re debes. Simul & hoc animaduertẽdum est. Simul
& ista sunt deliberãda. Quod mea tuaq; patit ætas.
Quod ab utroq; cõmode fieri posset. Sunt enĩ in
numerabilia generis eiusdem. sunt enim permulta
huiuscemodi consilia. Quod si reliqua scribantur.
Quod si omnia aperiantur. plane uaticinanẽ. taceã
tur. Quid ergo est? Quid quæris? Quid expectas?
Quid tum postea sequetur? Quæ oĩa collegi ut itel
ligeres. Coadunaui: ut scires. Tibi significaui ut co
gnosceres.

gnosceres: tibi descr ipsi ut certior fieres. te admonui ut cogitares. Hæc eo pertinet oratio ut. Hoc eo enim scripsi ut. duxi. aperui significaui. Cætera sunt signa communia. reliqua sunt argumenta uniuersalia. aliæ sunt omnes coniecturæ generales. Puto enim hoc te audiuisse. Existimo te hoc intellexisse. Arbitror hoc tibi nunciatum esse. Sed nosti mores hominum. hominum consuetudinem. hominum uoluntatem. Cur studio non inuigiles nescio. Cur studia non excolas non intelligo. Cur hoc non uelis assequi cautiam non uideo. Hoc est animi tui. ingenii tui. Virtutis tuæ. Sed de hoc tu uideris. Hoc tu prõ pro ingenio cõsidera. Tuæ partes in hoc erũt. Neq; enim uereor. hæsito. dubio. quin si. Nec illud equidem curo. Certe quæro. profecto cupio. quidem studeo. certe molior. Sed hoc sperare licet. Hoc enim optandum est. Hoc enim expectare decet. Hoc enim est tibi commune cum multis. Hoc enim est omnibus uniuersale. Commune quidem hoc uicium est. Vulgare uicium. peccatum uniuersale. Insitum omnibus. Neq; enim debes q communis fortuna dederit: recusare. neque enim fortunæ casibus obsistere. Plus tibi uirtus dedit q̃ fortuna abstulit. Plura tibi compasti q̃ amiseris. Amplius quidem nactus es q̃ perdideris. Quid si hoc melius? commodius? conducibilius? conuenientius? Si non alienum tua uirtute putabis. Si non indignum tua autoritate existimabis? si tuis rationibus non inconueniens esse ducas? si hoc tibi non incõmode arbitreris? Nemo est mihi Catone amicior. melior. familiarior. paratior. liberalior. Pace tua dixerim. pace tua loquor. pace omnium affirmabo. Ego quid possim nescio. Ego quid ualeam non cognosco. Ego quæ mea sit facultas nõ intelligo. Ego quid causæ possim non satis mihi cõstat. Ego quibus uiribus niti possim non conspicio. Sed tamen mihi non tantum assumo: attribuo: arrogõ ut. Neq; enim cum hoc faciebam eram amẽs: stultus: dissipiens. neq; enim cũ hæc tractabã: ignorabam quid agerem. neq; enim cum hæc tentabam insanire uidebar. Non enim est consiliũ meum accusandum. Nihil egi q iure possit repræhendi. Nihil enim uicii habet nostrum consilium deliberatũ. Si tibi hoc displicet non utar posthac deinceps prætermittam. Si tibi hoc doleat in posterum missum faceam. si tibi hoc inuidiosum est: in futurum non attingã. Posses hanc meã uoluntatẽ refutare. Posses hanc pro me prouinciã subterfugere. Posset tua dignitas hunc laborẽ recusare. Si negociũ cõmode uidebitur esse gerendũ. Si res utiliter agi poterit. Si rei opportunitas potestatẽ habebit. Neq; enim habes quo me accuses. Neq; quicq̃ a me cõmissum est q criminandũ esse uideatur. Quid si quæ dicta sunt: falsa sunt omnia? Quid si ostendam hæc omnia esse inania? Quid si hæc omnia ficta esse cõfirmem? Malorum ego sermonib⁹ nõ moueor. Insidorum ego maledictis fidem non adhibeo. Friuolis ego hominum rationibus non assentio. Sed hæc tibi exponere nisi coram nõ possum. sed hæc coram. Sed his rebus coram plura. Quando ego bonos conatus sum offendere? Vt ego nunq̃ bonis fui impedimẽto? Vt ego bonis aduersarius nunquã fui? Quorsum hoc? Quid hoc sibi uult? Quem ad finem hæc spectant? Hæc quæ dixi eo spectant. Immortalitas mihi uidetur anteq̃ rem hanc consequar. Hoc ita longum est ut optandum sit. Nunquam diem uidere uideor ut mihi hoc contingat. Sed iam satis iocati sumus. sed hæc extra iocum. sed alias iocabimur. sed ridicula missa faciamus. sed de hoc alias uidere licet. Temporibus obsequor. pareo necessitati. fruor dũ licet. Hoc attribuas occupationibus uelim. Hæc rei magnitudini assignes. Ignosce timori. Miserere tẽporum. Neq; tamẽ ulla res alia me tenet. Neq; tamen alio ĩpedior negocio. De cæteris reb⁹ affirmare possum. De reliquis negociis certi nihil habeo. De reliquis accessionibus certũ quicq̃ polliceri non possũ. Reliqua nihil ad te attinent. Cætera sunt eiusmodi. ut nihil ad rem tuam pertineãt. Reliqua nihil te tãgunt. Fortuna culpam sustinet. Hæc fortunæ tribuuntur. Hæc temporibus assignantur. Fortasse diceret quisquam. Forsitã quisquam sciscitaretur. Quæreret aliquis fortasse. Neq; habebatur quisq̃ honore superior. Sapientia præstantior. uirtute excellentior. Rebus gestis illustrior. autoritate ꝓclarior. Danda est opera. properandum est. Celeritate est opus Maturitatem res desiderat. Est enim animaduertẽdum. diligenter procurandum. uigilanter enitẽdũ. dies ac noctes elaborandum. uehementer insudandum. Nihil est quod rideamus. Sed ego non rideo quanquam tu rideas. Sed ego risum prouocare non possum: tametsi tu risu exilias. Sed ego lætari non possum: tametsi tu risu insanire uidearis. sed ego iocari nõ possum quãuis tu gaudio desipias. Actũ est si hæc uera sunt. Si hæc ita sunt nihil est quod cogitemus. si hæc ita constãt ut fertur non opus est ut deinceps frustra defatigemur. si hoc interuenerit actũ esse de spe nostra putemus. Frustra laboramus. Incassum excogitamus. Inuanum nitimur. Acta agimus. Præposteris utimur consiliis. Nihil est quod facere gestias. Nihil est quod curare moliaris. Nihil est qđ statuere conaris. Res eni aliter acta est ac putaueram. Non equidẽ eum finem sors dedit quem sperauerã. Lõge secus accessio successit q̃ expectaui. Sed hoc bonis plurimũ molestũ est. Sed hoc male accipitur a bonis. Sed hoc bonorum animũ uehementer offendere uidetur. Sed hoc bonorum oculi uidere non possunt. Nescio quo modo. quo pacto. qua ratione. qua causa. quo auspicio. quo cæli fato. Arpinus falso errore ductus ad periculum apertissimum accessit: Arpinus spe falsa perductus ad pestẽ ante oculos positã profectus est. Arpinus pudore uictus ad mortem omnibus suspectã irruit sponte sua. Nosti mei stomachi fastidium. Nosti mei animi indignationem. Nostiq̃ soleam ab indignis abhorrere. Vtilitatem Apii facile curare possum. Cõmodis Apii leuiter uacare possum. A diumẽtis Apii facile supersedere possum. Facile enim dictum est. hoc est facile existimatu. Hoc enim facilius est dictu q̃ factu. Hoc tibi non concedo. Hoc ita esse non sentio. Id enim iure negare possum. Neq; enim hoc est uerisimile neq; hoc uidetur esse probabile. neq;

hoc uerum esse constat. Tantum enim hoc est a ueritate alienum ut nihil sit alienius. Non enĩ possum ullo modo mihi persuadere. nulla quidem ratione in mentem mihi uenire potest. Hæc ratio leuis est. Hæc excusatio accipienda non est. Hæc causa tenuis est. Hæc sententia tenera est. Hæc cõclusio nulla est. Sed hac ratione nihil opus est hac disputatione nõ egemus. hoc negocium non est nobis necessarium. hunc sermonem idoneum non putamus. Vires deficiunt. Membra occidunt. Animus languet. Vires eneruantur. Facultates minuũtur. Illud me perturbat. sollicitat. incendit. exagitat. inflammat. Quid enim est ꝙ me persequantur. perturbẽt. impediãt. lacessant. molestent. inquietent? Quid enĩ est ꝙ mihi detrahunt. obesse studeant. mihi imcommodẽt? Quid enim est ꝙ iniuriis me afficiant? Quid enim est ꝙ contra uim sine ui fieri possit? contra potentiam sine potentia agi posset contra uires sine uirib⁹ conari quisq̃ possit? Vos dormitis in periculis. Vos nõ uidemini quæ iminent intelligere. Vos in periculis ocio marcessitis. Nihil curás. nihil reputás. oĩa faciens. omnia negligens. omnia puifaciens. deos hoiesq̃ despiciẽs. Quid multa? Quid plura? Quid reliqua? Quid cætera? Quid alia oĩa. Sed nosti Calidii tarditatẽ. Sed nõ te fugit quá sit Calidius, parũ efficax. Sed non es ignarus quá calidius sit frigidus.

De Conclusione.



Vm autem epistolas nostras uel orationes iam exordio. narratione: diuisiõe: cõfirmatione: ac cõfutatione absolutas dederimus: consequens ac necessarium sequi uidetur: ut eis conclusiones accõmodemus. Idcirco has modicas conclusionum inuentiones cæteris superioribus orationis partibus duxi adiungendas. Tu igitur me amabis: si hoc idem me in te facere existimas. Tu igitur mihi inseruies: si mutuam me tibi uicem præstiturum arbitraris. Si fieri possit uelim pristinũ erga me amorem conserues. Si effici poterit cupio ut solita nostræ beniuolentiæ coiunctio integra conseruetur. Fac igitur mutuo me diligas. Eadẽ igitur fac me beniuolentia complectaris. Parem igitur fac mihi uoluntatem præstes. Eo igitur inter nos simus animo quo semper fuimus. Simus igitur ea uoluntate q̃ merito esse debemus. Tu igitur sicut mihi pollicitus es persoluas. Quod promisisti uelim tua fide satisfacias. Quá mihi spẽ dedisti uelim re ipsa efficias. Fac igit̃ ꝙ es mihi pollicitus te ipsa expetat. Fac igitur ut mihi dixisti: ita opus appareat. Tu igit̃ uelim ut scribis me carissimum habeas. Tu igitur uelim ut polliceris: me in ære tuo reponas. Quoniam igitur in amiciciá tuá me cõmisi: me ergo exornare atq̃ exaugere debes. Quoniam igitur iusticiæ tuæ me dedi ergo rationibus meis iure ipso opitulari debes. A te igitur peto ut rationes meas cõmendatas habeas. A te igitur contendo ut statum meum complectaris. Adiuua me igit̃ tua uirtute. Suscipe me igitur totum tuis beneficiis exornandum. Ama me igitur tua solita beniuolentia. Defende igitur me tuo solito patrocinio. Te ergo oro ut me ita tueare: sicuti amicicia nostra depostulat. Te ergo obsecro ut meas rationes ita defendas sicuti nostra necessitudo requirit. Quare te oro ut causam meá agas. quare te obtestor ut me tibi in omnes partes defendendum putes. quare a te contendo ut me totum cõseruandũ recipias. A te igitur peto: postulo efflagito: contendo ut dignitati meæ suffrageris. honori meo opituleris. autoritate meæ inseruias. rationibus meis te accõmodes. Itaq̃ te etiá atq̃ etiam rogo. Itaq̃ te uehementissime obsecro. Itaq̃ a te maximopere contendo. Itaq̃ plurimum te obtestor. Beniuolentiam igitur & liberalitatem a te peto. Gratiam igitur & officiũ tuum a te desidero. Autoritatem igitur & uoluntatem tuá a te deposco. Est igit̃ in tua potestate id agere: ut quid maximopere desiderẽ: facilius ipetrare possim. Est igitur tuæ uoluntatis oĩa posse perficẽre quæ cupiam. Quare ut quid spero consequar: fac tuá operá interponas. quare ut quid summopere desidero facilius cõsequi possim: fac ut tuam diligẽtiam adhibeas. quare ut id ꝙ uehementissime cupio cõmodius ipetrẽ: fac tuũ liberalitatis officiũ intercedat. Rogo igitur ne fallas opinionẽ meá. Te igitur obsecro ne spem meá decipias. Te igitur oro ne spes mea frustra maneat. Magná igit̃ pro causa mea operam fac adhibeas. Summũ igitur pro meo negocio fac studium innuas: Væhementem igitur pro rationibus meis diligentiam fac adiungas. Si igitur ꝙ uolo statueris: te mei status amatorem existimabo. Si igit̃ ꝙ cupio feceris: te mihi amicissimũ iudicabo. Quare si me uirũ bonum existimas. Quá obrẽ si me uirũ gratũ esse credis. Quas obres si me tuis beneficiis dignũ esse iudicabis. Hæc igitur tibi erunt curæ quẽadmodũ cõfido. Ex oibus igitur rebus nihil ẽ ꝙ mihi gratius facere possis. Hoc igitur ut q̃plurimũ facias ualde rogo. Hæc igitur ut spero ꝑficies. Cætera alia ꝑter mittes cũ negociũ meũ opa tua idigebit. Nihil igit̃ aliud curabis cũ tibi causam meá curare cõtigerit. Non posses existimare q̃ mihi gratũ sit futurũ. Nõ facile credere posses q̃ mihi hoc erit acceptũ. Si igit̃ hoc meũ a te negociũ cõficiet: oĩa ꝑfecto uidebor cõsecutus. Si ergo hoc feceris: existimabo mihi ꝙ maximope desiderauerim cõtigisse. Ex oibus igit̃ tuis i me officiis hoc erit mihi oĩum ꝑgratissimũ. Gratissimũ igit̃ mihi feceris si in hac re mihi morẽ gesseris. Da igit̃ operá ut ratio meæ dignitatis habeat̃. Te igitur obsecro ut meæ erga te pietatis rõnem habere uelis. Quæcũq̃ igit̃ officia in Gasparinũ cõtuleris: ea oĩa me cepisse putabo. Quicq̃d igit̃ officii & honoris in Gasparinũ ꝑstiteris: id ipsum in rẽ meá cõtulisse existimabo. Hoc igitur si feceris: cõmuni cõmodo inseruies. Hoc igitur ut agas cõmunia nostræ beniuolẽtiæ iura depostulát. Quod ut effeceris rem utriq̃ nostrũ condignam persolueris. Pro me igitur laborabis tá quamsi tua res agatur. Fac igitur ita causam meá suscipias: ut si tuum negocium tractares. Non minori igit̃ cura rationes meas complectere: q̃ si propriam dignitatem curares. Quem ego diem si uidero satis fæliciter uiuere arbitrabor. Quam ego rem si perfectam esse conspexero: me fortunatum existimabo.

existimabo. Quam ego accessionem si tandem con
sequar optime mecũ actum esse putabo. Ego quæ
te uelle: quecq; ad te pertinere arbitrabor: omnia stu
diosissime diligenterq; curabo. Interea quæ te uelle
existimabo: agã libentissime. Ego tibi ac tuis neque
defum neq; defuturus sum. Quod quoniam tu ita
uis: tuo igitur amore perficiam. Quod quoniã ita
iubes. tua igitur causa curabo. Si quid igitur a me
petieris perficiam: ne tu frustra a me petiisse uidea-
ris. Si quid igitur a me uoles: adnitar ne postulatio
tua inanis habeatur. Siquid igitur a me desiderabis
curabo ne tua in me spes frustra esse uideatur. Ego
igitur memoria nostræ uetustæ amiciciæ monitus:
te semp amabo. Ego igitur tua uirtute perdoctus:
tibi semper fauebo. Ego itaq; tua in me obseruan-
tia & modestia memor tuas rationes libentissime
tuebor. Omnia igitur quæ pro te faciam mihi iucũ-
dissima uidebuntur. Quæ igitur pro te sustinebo:
erunt mihi dilectissima. Quæcunq; igitur mihi fa-
cultas erit: arbitrio tuo semper exponetur. Omnis
igitur mea potestas ex sententia tua semper dispo-
netur. Quod causam tuam mihi commendas: meã
puto te mihi commendare. Quod dignitatem tuã
a me curari uelis: meam simul curaturus sum. Etsi
nihil profecero rem tamen tentasse lætabor. Et q̃q̃
nihil impetrem. Fortunam tamẽ me expertũ fuis-
se gaudeo. Et si fortasse nihil fuero consecutus: pla-
cebit tamen rerum conditionem pscruptarum fuis
se. Tametsi frustra laboro: morem tamen mihi ges
sero dum hominũ uolũtates & mores expertus fue-
ro. Quæ oia animaduerteris: recta esse conspicies
Quæ omnia si ponderabis: ita ut dixi constare uide
bis. quæ omnia si memineris. me uera prædicare iu
dicabis. Quare si hocunum proposuero: finem di-
cendi faciam. quare si hoc aliud reddidero: conclu-
dãm quare si hoc unum dixero: scribendi modum
imponam. Et quoniam de hominum perfidia age-
re cupimus: illud contincio memento. & quoniam
de hominum perdictorum sceleribus mentionem
fecimus illud semper cogitare debes. Accepisti qui
bus rebus adductus cum Clodio bellũ susceperim:
Intellexisti qua causa commotus sim: ut Clodium
ppetuo oderim. Vides ergo quæ me causa mouet
ut Clodii inimicissimus esse debeam. Certior igit̃
factus es quæ iniuriæ me a Clodio abalienauerunt.
Ergo neglecta improborum societate: fac te bonis
adiungas. Ergo spreta uitiosorum familiaritate of
ficiosos complectere. Ergo abiecta imperitorũ cõ-
suetudine: doctos fac excolas. Noli igitur aliud mo
liri: nisi belli feruor prius efferuescat. Nõ igitur ali-
qd coneris: nisi prius belli rumor raucus factus sit.
Nõ igit̃ quicq̃ tẽtare nisi prius audiamus quemad
modũ negociũ sit cõfectum. Itaq; orbatus amplissi
mis adiumẽtis cogor debere dolore. Itaq; spoliat⁹
summis ornamentis astringor mœrore excruciari.
Itaq; nudatus maximis solatiis: abduci nõ possum
qn acerbissime cõquerar. Deniq; sollicitus nõ sum.
Deniq; molestiis liber sum. Deniq; nũc ex curis sub
ductus sum. Deniq; nũc sum laboribus subleuatus.
Proinde fac animum tãtũ habeas, quantum opus
est ad rem conseruandã. Proinde fac tanta sit in te
uirilitas quæ satis ualeat ut communis status con-
seruetur. Proinde fac tantum perseueres ut tui ani-
mi præstantia uniuersis ciuibus salutem pariat. Tu
fac animo forti magnoq; sis. Tu fac animum forte
habeas. Tu fac bono sis animo. Omnia igitur quæ
uis tuo studio consequere. quæ cupis tua industria
compabis. quæ desideras tua uirtute perficies. quæ
exoptas tua diligẽtia nactus eris. Cura igitur nihil
aliud nisi ut uirtutibus inuigiles. Itaq; a te uehemẽ
tissime contendo: ut uirtutes summo studio cõple-
ctaris. Te igitur obsecro ut omnibus uiribus ad sũ-
mæ dignitatis præstãtiã incumbas. Te igitur uehe
menter adhortor: ut omni cura studio ac uigilantia
ad immortalitatis existimationẽ insudes. Quapro
pter ad studia litterarum iudico te debere redire.
Quãobrẽ ad egregias bonarũ artiũ disciplinas ad-
hortor te conuertas. qua de re ad rectam uiuẽdi in-
stitutionẽ te referas moneo. Hanc igitur rem cõfi-
do maximam tibi laudem allaturam. Hoc igitur ne
gocium maximæ laudi tibi fore confido. Hanc igi-
tur disciplinã arbitror summam tibi dignitatis am
plitudinem præstiturã. Fac igitur ut principiis exi
tus correspondeat. Fac igitur ut primis ultima con
sentiant. Fac igitur ut anterioribus postrema con-
ueniant. Fac igitur ut tua uirtus opinioni hominũ
correspõdeat. Effice igitur ut quam spem apud om
nes concitasti. eam clarissimam demonstres. Fac igi
tur aliquid ex ingenio tuo desumas: q̃ homines de-
lectat. Aliquid igit̃ ex ĩdustria fac componas q̃ po-
steros adiuuare possit. Scribas igit̃ aliquid ex litte-
rarum uirtute: quod nomen tuum illustret. Nunc
autem operior ut ex tua studiorũ disciplina aliquã
magnam hominis existimationem reportes. Fac
igitur in agenda gloria te uincas. Fac igitur in ge-
rendis magistratibus solitas uirtutes tuas excellas.
Tu igitur ut instituisti prosequere. Sequere igitur
ut cœpisti. Inuigila ergo toto animo ut debes. In-
cumbe igitur toto pectore ut soles. Hæc res q̃ facul
tatẽ habitura sit: tu facilius cognoscere potes q̃ ego
scribere. Hoc negocium quid sibi uelit tu melius in
telligere potes q̃ ego te possũ admonere. Sed hoc
tu facilius pro tua singulari prudentia uidebis. Sed
hæc tu melius pro maxima sapientia tua existima-
bis. Verum hæc tu prouidẽtius accuratissima tua
intelligentia prouidebis. Sed in his rebus omnib⁹
quid ratio postulet. quid causa requirat. quid tem-
pora ferant tu prudẽtius cognoscere poteris. Hæc
igit̃ negocia ubi: quomodo: quando: & per quos
tractari debeant: nemo melius q̃ tu prouidere po-
test. Hæc ad te scripsi liberius fretus beniuolẽtia no
stra. Hæc tecũ egi apertius singulari amore nostro
confisus. Hæc tibi planius significaui spe amiciciæ
nostræ perdoctus. Hæc expressius nota tibi esse uo
lui mutua nostri amoris coniunctione commonit⁹
Hæc igitur tibi scripsi non ut uirum me tibi pru-
dentem ostenderem. sed ut singularem meum tibi
amorem declararem. Hæc igitur tibi significaui ut
nõ meũ consilium tuo anteponerẽ: sed ut optimã
meã tibi uoluntatẽ patefacerẽ. Hæc tibi nota esse

uolui non ut prudentiá ostenderem meá: sed ut ar-
dentissimú meū in te desiderū aperirē. Quicqd at-
tigi non feci ut ad hoc te magis incitarē qui diligen
tissimus es. sed ut quanto te amore cōplectar scire
posses, Quicquid tibi aperui nō eo feci ut tibi con-
sulerē qui nullius indigeas admonitione: sed ut quā
ti te facerem intelligeres. Longiori utar dicendi ra-
tione cū plus ocii nactus fuero. Cū cōmodiorē scri-
bendi facultatem habuero. Cum amplior mihi cō-
moditas suppeditabit. Cū maior mihi opportuni-
tas oblata fuerit. Plura scripsissem nisi tabellarius fe
stinasset. Longioribus te litteris uisitassem: si tabel-
larius operiri uoluisset. Nunc reliqua spes mea in te
posita est. Nunc me totum tuæ cōmēdo fidei. Nūc
in alio nemine q̄ in teipso sperare licet. Nūc omnis
mea spes in te solo dependet. Totum igitur me tibi
trado. Totum igitur me fidei tuæ cōmendabo. To
tum igitur fac me complectaris. Illud tādē te oro.
Illud denique te obsecro. Illud postremo a te conten-
do. Tu interea nō cessabis, uigilantissimus eris. Se-
dulo curabis. Omnia perficies. Velim igitur intelli
gas. exploratum habeas. tibi persuadeas. Quod si
hoc beneficium mihi effeceris. Quod si hoc benefi-
cio me exornaueris. Quod si hoc in me officium cō
tuleris. Quod si te mihi facillimū ostēderis. Quod
si hoc me onere subleuaueris. Quod si ex his mole-
stiis exemeris. Rem igitur mihi optatissimam pst-
teris. acceptam persolueris. feceris q̄ gratissimā. ad-
modum gratam effeceris. Faciam ergo q̄ me rogas
Faciam ergo q̄ petisti. Efficiam ergo q̄ te uelle exi-
stimabo. Itaque ut mones efficiam. ut præcipias agā.
ut adhortaris prosequar. Vt suades faciam. Vt con-
sulis pergam. Morem igitur tibi gessi. Tibi igitur
obtemperaui. Sum igitur tuæ obsecutus uoluntati
Tuo igit̄ me desiderio accōmodaui. Itaque sum ani-
mo paratus. Sū uolūtate promptus. Sum te & ope
re expeditus. Hoc denique animo sum. Hac tandem
sum uoluntate. hac demum sum opinione. hac sum
postremo cōstitutione. Verum ista curabimus. Ve
rum hoc transigemus. Cæterū de hoc tractabimus
Restat igitur ut coram sermonē habeamus. Extre-
mum illud est ut una deliberemus. Sūma illa sit ut
nos simul cōueniamus. Caput illud maneat ut no-
bis præsentibus una cōmunicemur. Reliqua tecum
aget tabellarius. Cætera per tabellarium cognosces
Alia omnia tibi nuncius significabit. Siqua restant:
ex aliorū sermonibus certior fies. Te igitur ut spe-
ro propediē uidebo. Cito igitur tecū futurus sum.
Quamprimū igitur te reuisam. Si igitur ad me nō
ueneris. Ego ad te q̄primū proficiscar. Nisi igitur
ad me q̄primū ueneris. ego te cōueniam. Si igitur
te breui ad me non cōtuleris: ego citius ad te aduola
bo. Velim igitur quid acturus sis me certiorem faci
as. Quid moliturus sis: mihi significes. Quid consi-
lii sis incepturus: mihi denūties. His igitur de rebus
quid deliberaturus sis: fac me doceas. De his igit̄ ne
gociis quid sis ordinaturus: fac sciam. Tu quid ege-
ris: id uelim deus approbet. Tu quid cōstitueris: ex-
opto ut tibi bene uertat. Tu quid feceris: cupio tibi
fæliciter euenire. Itaque rē ita gestā esse gaudeo. Itaque

negocium ita esse cōfectum ualde lætor. Itaque cau-
sam nostram talem finem consecutā esse lætus sum
Negociū adhuc sic habet: hoc est q̄ factū est. Quæ
igitur acta sunt tu uides. Quæ igitur cōstituta sunt
collige. Tenes igitur quonā pacto res gesta sit. His
igitur rebus certior factus: tenes quid tibi agendū
sit. Nunc quæ a me acta sunt clarissime satis intelli-
gis. Nunc quid egerim cognoscis. Nunc quid decre
uerim perspicis. Nūc quid cōstituerim uides. Nūc
quid acturus sim accipis. Habes igitur meum consi
lium. Habes ergo quid augerer. Intelligis igitur se-
tentiam meam. Cognoscis igitur quid sentiā. Pro-
spicis igitur quæ mea istitutio. Sed ut pauloante ti-
bi dixi. Sed ut ad te scripsi ante. Sed ut antea tibi si-
gnificaui. Cætera cognosces ab aliis. De cæteris re-
bus ex rumoribus certior fies. Quæ igitur sequun-
tur: alii tibi nunciabunt. Reliqua tibi Sempronius
explicabit. Sed ut redeamus ad illud unde diuerti-
mus. Sed ut redeā ad caput ipsum. Sed ut ad rem re
uertar. Aduerte nunc itidē rationes tuas. Vide nūc
pariter statum tuum. Cogita nunc ultro citroque ac-
cessiones utriusque partis. Etiam atque etiam illud co-
gita si tibi consilii ratio sit inetūda. Accuratissime igi-
tur te cum delibera: quæ consultando institutio sit
recipienda. Non cessabis igitur te cum peruoluere
quæ agendi ratio sit nobis obseruanda. Facies itaque
melius. Ages itaque commodius. Curabis itaque pru-
dentius. Deliberabis itaque sapiētius. Cōstitues itaque
probabilius. Hæc igitur sunt quæ tibi nota esse uo-
lui. Hæc igitur constant quæ te scire oportere sum
arbitratus. tenes igitur quæ te scire desiderabā. Om
nibus his de causis debes quod dixi obseruare. His
igitur de rebus oībus mihi debes obtēperare. His
igitur rationibus sententiæ meæ debes acquiescere.
Nunc quid tibi uidetur facies. Nunc tenes quid de-
bes constituere. nunc tuum factum considera. nunc
ex sententia tua quod uoles: constitues. Nunc tui cō
silii est quid tibi agendum sit. Nunc tu pro tua pru-
dentia quid bonum uidebitur pficies. Si igitur me
audies: mihi obtēperabis. Si igit̄ mihi auscultaue-
ris. morem gesseris. credere uolueris. fidē adhibue-
ris. Fac igit̄ constanti aīo persistas. Fac igit̄ in uolū-
tate pmaneas. Fac igit̄ ne quisq̄ ab officio te auferat
Vides igit̄ nihil esse nisi ineptias. Cognosces ergo
hæc omnia esse inania. ieiuna. uana. Nihil ualere. ui
nullā habere. Expecto igitur te q̄primum. Te igit̄
quottidie operior. Venies igitur mihi expectatus.
Non posses existimare quātopere te desiderem. Ex-
pecto igitur tuas litteras. Operior igitur ut tuæ mi
hi litteræ indies perferātur. Tuas igit̄ litteras sum-
ma cū auiditate desidero. Incredibile me tenet desi-
deriū uiuendi litteras tuas. Sūma igit̄ teneor uolu-
ptate tuas cōplectēdi litteras. Fac igitur sæpe mihi
scribas. Fac igit̄ ut tuis me litteris sæpenumero ui-
sites. Fac igitur ut crebræ tuæ ad me litteræ deferā-
tur. Fac igitur litteris mihi correspondeas. Fac igi-
tur ut sæpissime per tuas litteras mecū agas. Fac igi
tur ut tuis litteris intercedentibus: de statu tuo fiā
creberrime certior. Ignosce igitur celeritati littera-
rum. Parce festinationi epistolarum. Da ueniam
si litteras

si litteras tam celeriter excusauerim. Sed iam his finem impono. Finem igitur dicēdi facio. Ponam in extremo quod sentio. Valebis igitur fæliciter princeps illustrissime: iuxta illud quod dicimus. Tu ualeas fælix: ceu lōgo tempore phoenix. Et foueat tellus: uelut te pelle uitellus. Et Albertū de Eyb tui obsequētissimum ut semper fecisti tua gratia complectaris: atq; hæc pauca sententiarum synonyma ex illustribus autoribus Gasparino Barsisio pergamensi: & Stephano Flisco Soncinēsi excerpta: & per me sic ordinata: tibi fac sint quamgratissima.

Clausulæ familiares ex libris epistolarum. M.T.C. excerptæ: & primo ad magnitudinē amoris beniuolētiæ & familiaritatis siue officii & beneficii in aliquē nostri aut alterius in nos explicandā fæliciter incipiunt. Cum aliis ex ordine Rubricarū clausulis.


Vanq̄ superiora sententiarum synonyma illustrissime & humanissime priceps ad quascūq; conficiendarum epistolarū rationes satis esse uideantur: tamen noster ut dicendi stilus magis ac magis elucescat: & nostra reddatur epistola illustrior atq; prægnantior non absurdum esse putaui clausulas: & quidem elegantiores ex libris epistolarum. M.T.C. omnium sane oratorum: qui fuerunt principis excerpere: & in unū redigere: ac sub certis rubricis seu titulis: sub quibus cōmodius cadere uidētur collocare (Et hoc opus hic labor est) ut facilius cum illis nobis utendum erit: nobis succedere ualeant & occurrere. Imprimis itaq; clausulas & orationes quæ circa amorem sunt & beniuolentiam ut supra posita ostendit rubrica: absoluendas esse existimaui: quæ in hunc sequuntur modum. Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nūquam satisfacio. Tanta enim est magnitudo tuorū erga me meritorum: ut quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesti: ego quia non idem in tua causa officio: uitam mihi esse acerbam putem. Libro primo. Epistola prima. Nam cum in sermone quottidiano: tum in senatu palam sic egit causam tuam ut neque eloquentia maiore quisquam: nec grauitate: nec studio: nec contentione agere potuerit cum summa testificatione tuorum in se officiorum & amoris erga se tui. Libro primo. Epistola eadem. Eum non solum beneficio: sed amore etiam & perpetuo meo quodam iudicio diligebam. Epistola nona. Hic multum ualuit: tum uetus amicicia: quam tu ignoras mihi & . Q . fratri cum Cæsare fuisse: tum humanitas eius ac liberalitas breui tempore & litteris & officiis perspecta nobis & cognita: uehementer etiam respub. me mouit. Epistola eadem. Sic enim te existimare uelim neminem esse cuius officiis me tam esse deuinctum: non solum cōfitear: sed etiam gaudeam. Eadem. Existimes uelim neminem cuiquam neque cariorem neque iucundiorem unquam fuisse quam te mihi: idque me non modo ut tu sentias: sed ut omnes gētes etiam: ut posteritas omnis intelligat esse facturum. Epistola decima. Illud profecto cognosces mihi te neque cariorem esse quenquam. libro secundo. Epistola tertia. Graue est enim homini prudenti: aliter pudenti: petere aliquid magnum ab eo de quo se bene meritum putet: ne id quod petat exigere magis quam rogare: & in mercedis potius quam beneficii loco numerare uideatur. Sed quia tua in me uel nota omnibus: uel ipsa nouitate meorum temporum clarissima & maxima beneficia extiterunt. Est q; animi ingenui cui multum debeas: eidem plurimum uelle debere: non dubitaui id a te per litteras petere: quod mihi omnium esset maximum maximeq; necessarium. Neq; enim sum ueritus: ne sustinere tua in me beneficia uel innumerabilia non possem: cū præsertim confiderē nullā esse gratiam: quam non uel capere animus meus in accipiendo: uel in remunerando cumulandoq; illustrare posset. Epistola. vi. Te uero mirifice diligo: quē mihi fortuna dedit amplificatorē dignitatis meæ: ultorem nō modo inimicorū: sed etiā inuidorū meorū: ut eos partim scelerū suorū: partim etiā ineptiarū poeniteret. Epistola. ix. Sic enim tibi persuade carissimū te mihi esse cū propter multas suauitates: ingenii: officii: humanitatis tuæ: tū q; ex tuis litteris & ex multorum sermonibus intelligo oia quæ a me pfecta sunt in te tibi accidisse gratissima. quod cū ita sit perficiā profecto: ut longi tēporis usurā qua caruimus intermissa nostra consuetudine: & gratia: & crebritate: & magnitudine officiorū sartiā. libro. iii. Epistola prima. Meum studium erga te & officium tametsi multis rebus spero esse cognitum tibi: tamen in his maxime declarabo quibus plurimum significare potero tuā mihi existimationē & dignitatē carissimā esse. Epistola. iii. Et re uera confirmata amicicia: & perfecta fide commemoratio officiorum superuacua est: eā partē orationis prætermittā: tibi tamen agā (ut debeo) grātias. Epistola. iiii. Sed ut ad rē redeā: me tibi non amicū modo: uerūetiā amicissimū existimes uelim: & pfecto oibus meis officiis efficiā: ut ita esse uere possis iudicare. Epistola. vi. Sic habeto: nisi iam tunc oia negocia cū summa tua dignitate diligētissime confecissem: tāetsi nihil uidebatur ad meū pristinū erga te studiū addi posse: tamen hac mihi affinitate nuntiata: non maiore qdē studio: sed acrius: apertius: significantius dignitatē tuā defendissem. Epistola. xi. Primū hoc uelim existimes: animū mihi istū tuū uæhementer probari: & fraternā plenā humanitatis & pietatis uoluntatē libro quinto. Epistola secunda. Ego te mihi semper amicum esse uolui: me ut tibi amicissimum esse intelligeres laboraui. Maneo in uoluntate: & quoad noles tu permanebo: citiusq; amore tui fratrē tuū odisse desinam: q̄ illius odio quicquā de nostra beniuolentia detraham. Eadē. Ego si abs te summa officia desiderē: mirū nemini uideri debeat. Omnia enī a me in te profecta sunt: quæ ad tuū commodum: quæ ad honorem: quæ ad dignitatem pertinerent: pro his rebus nullam mihi abs te relictā esse gratiam: tu es optimus testis. epistola quinta. Quantum meum studium extiterit dignitatis tuæ: uel tuēdæ: uel etiam augendæ: non dubito quin ad te oēs tui scripserint. Non enim fuit aut mediocre aut ob

scurũ: aut eiusmodi quod silentio posset præteriri.
Nam & cũ consulibus & cũ multis cõsularibus tan-
ta cõtentione decretaui: quanta nunquã antea ulla
in causa: susceptque mihi perpetuam propugnatio-
nem pro omnibus ornamentis tuis: ueterique no-
stræ necessitudini iamdiu debitum: sed multa uarie
tate temporum interruptum officiũ cumulate red
didi. Neq; me hercule unq̃ mihi tui aut colendi aut
ornandi uoluntas defuit: sed quædam pestes homi
num laude aliena dolentium: & te nõnũq̃ a me alie-
narunt: me aliquando immutarunt tibi: sed extitit
optatum tempus mihi magisq; speratum: ut florẽ-
tissimus tuis rebus mea perspici posset: & memoria
nostræ uoluntatis: & amicitiæ fides. Sum enim cõ-
secutus: ut nõ modo domus tua: sed tota ciuitas me
tibi amicissimũ esse cognosceret epistola. viii. Quos
quidem ego ambos unice diligo: sed in Marco beni
uolentia impari: hoc sum magis Publio deditus: ꝙ
me quanq̃ a puericia sua semper: tamen hoc tempo
re maxime sicut alterum parentem & obseruat & di
ligit. Eadem. Etsi mihi nunq̃ dubium fuit quin tibi
essem carissimus: tamen quottidie id magis perspi
cio. Epistola. xix. Facile perspexi ex tuis litteris (qđ
semper studui) & me a te plurimi fieri: & te intelli-
gere q̃ mihi carus esses: quod quando uterq; nostrũ
consecutus est: reliquum est ut officiis certemus in-
ter nos: quibus æquo animo uel uincam te uel uin-
car abs te. Libro. vii. epistola. xxxii. Semper amaui
ut tu scis. M. Brutum propter eius summum inge
nium: suauissimos mores: singularem probitatem
atq; constantiam. tamen idibus Marciis tantum ac-
cessit ad amorem ut mirarer locum fuisse augendi
in eo: qđ mihi iãpridem cumulatum esse uidebatur
Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga
te habebam posse aliquid accedere: Tantum accessit
ut mihi nunc deniq; amare uidear antea dilexisse. li
bro. ix. Epistola. xiiii. Nam cum a satis multis (non
enim possum aliter dicere) & coli me uideam & dili
gi: nemo est illorum omnium mihi te iucundior.
Nam ꝙ me amas: quod idetiã pridẽ & cõstanter fa
cis: est id quidẽ magnũ atq; haud scio an maximum
sed tibi cõmune cum multis: ꝙ tu ipse tam amãdus
es: tam dulcis: tãq; in omni genere iucundus: id est
proprie tuum. Epistola. xv. Nam & si non facile di-
iudicatur amor uerus & fictus: nisi aliquod incidat
eiusmodi tempus: ut quasi aurum igne: sic beniuo-
lentia fidelis periculo aliquo perspici possit. Cæte-
ra sunt signa communia: sed ego uno utor argumẽ
to. quamobrem me ex animo uereq; arbitror dili-
gi: quia & nostra fortuna ea est & illorum: ut simulã
di causa non sit. Epistola. xxvi. Nõ possum eum nõ
diligere cuius beneficio id consecutus sum. Illud au
tem erat amoris mei quem a tua puericia susceptũ
non seruaui solum: sed etiam auxi monere te atq;
hortari: ut in rempu. omni cogitatione curaq; incũ
beres. libro. x. Epistola prima. Ego plance necessitu
dinem cõstitutam habui cum domo uestra ante ali-
quando q̃ tu natus esses: amorem autem erga te ab
ineunte puericia tua: confirmata iam ætate familia
ritatem: tum studio meo: tum iudicio tuo constitu-

tam. his de causis mirabiliter faueo dignitati tuæ:
quam mihi tecum statuo habere communẽ. Episto
la. iii. Hæc amore magis impulsus scribẽda ad te pu
taui: q̃ ꝙ te arbitrarer monitis & præceptis egere.
Sciebam enim te ex iisdem hæc haurire fontibus ex
quibus ipse hauseram: quare modum faciã. nunc tã
tum significandum putaui: ut potius amorem tibi
ostenderem meum q̃ ostentarem prudentiã. Eadẽ
nullum enim in te officium: ne minimum quidem
sine maxima culpa uideor posse prætermittere: in quo tuẽ-
do habeo causas plurimas: uel paternæ necessitudi-
nis uel meæ a puericia obseruantiæ: uel tui erga me
mutui amoris: quare mi Cicero quod mea tuaq; pa
titur ætas: persuade tibi te unum esse: in quo colen-
do æque paternam mihi constituerim sinceritatem.
Epistola. iiii. Nõ minus enĩ a te probari q̃ diligi sem
per malui: nec te magis in culpa defensorẽ mihi pa-
raui q̃ prædicatorẽ meritorũ meorũ esse uolui. Epi-
stola. vii. Ad eas enim causas q̃bus amore inter nos
sumus officiis uetustate coniuncti: patriæ caritas ac
cessit: eaq; effecit ut tuã uitã anteferrem meæ. Epi-
stola. x. Studia mea erga te. quibus certe nulla esse
maiora potuerunt: tibi tam grata esse q̃ ego puta-
rum fore minime miror uæhemẽterq; lætor: quæ qui
dem tu si recte istic eris: maiora & grauiora cogno-
sces. Epistola. xx. Te quidẽ mi Cicero idies me her-
cle habeo cariorẽ: solicitudinesq; meas quotidie ma
gis tua merita exacuunt nequid aut ex amore aut ex
iudicio tuo perdam: opto ut mihi liceat iã; præscri
pietate meorum officiorum: tua beneficia tibi face
re iucundiora. Epistola. xxiii. De meo studio erga sa
lutem & incolumitatem tuam credo te cognoscere
ex litteris tuorũ quibus me cumularissime satisfecis
se certe scio: nec his concedo quanq̃ sunt singulari
in te beniuolentia ut te saluũ malint q̃ ego. Illi mihi
necesse est cõcedant ut tibi plus q̃ ipsi hoc tẽpore p
desse possint: quod quidẽ nec destiti facere nec desi-
stã etiã in maxia re feci & fundamẽta ieci salutis tuæ
Tu fac bono aio magnoq; sis: meq; tibi nulla re de-
futurũ esse confidas. Epistola. xxix. Etsi omni tẽpo-
re summa studia officii mutuo iter nos certatim cõ
stiterunt: pro nostra inter nos familiaritate: & pro-
inde diligenter ab utroq; cõseruata sunt: tamen nõ
dubito in tanto & tam repentino motu reipu. quin
nonnulla de me falsis rumoribus a meis obtrectato
ribus me indigna ad te delata sint: quæ tuum ani-
mũ magnopere mouerunt pro tuo amore in rẽp.
ea te moderate accepisse: neq; temere credendum
iudicasse: a meis procuratoribus certior sum factus
quæ mihi ut debẽt gratissima sunt. Epistola. xxxiiii.
Si de tua in me uoluntate dubitarẽ: multis a te uer-
bis peterem ut dignitatem meã tuere: sed profecto
est ita ut mihi persuasi me tibi esse curæ. Epistola.
iiii. libro. xi. Quæ de te in senatu egerim: quæ in cõ
tione maxima dixerim: aliorum te litteris malo co
gnoscere. Illud tibi persuadeas uelim: me omnia
quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt:
quæ est per se amplissima: summo semper studio su-
scepturum & defensurũ: quod quanq̃ intelligo me
cũ multis esse facturũ: tamẽ appetã huius rei prici-
patum.

patum. Epistola .vi. Admirabilis est eñi quædã tui nominis caritas: amorq; in te singularis omnium ciuium: ita enim sperant atq; cõfidunt. Epistola. viii. Quod pro me non facio: id pro te facere amor meus in te tuaq; officia cogunt ut timeã. Epistola. xx. Hæc me tibi scribere non prudentia mea hortatur: sed amor in te & cupiditas ocii: ꝙ sine te consistere non potest. Eadẽ Te tamen mi Brute sic amo ut debeo. ꝙ illud quicquid esset nugarũ me scire uoluisti: signũ eñi magnũ amoris dedisti. Epistola. xxi. Quãtum memoria præterita repetere possum: nemo ẽ mihi te amicus antiquior: sed uetustas habet aliquid cõmune cũ multis: amor non habet. dilexi te quo die cognoui: meq; te diligi iudicaui. Epistola. xxviii. Equidẽ & ante hoc tempus te dilexi: & semper me a te diligi sensi: & cum abessem atq; in magnis periculis essem. & me absentem & meos præsentes a te cultos & defensos esse memini: & post meũ reditũ q̃ familiariter mecũ uixeris: quæq; ego de te & senserim & prædicarim: oẽs qui solent hæc animaduertere testes habemus. Grauissimũ uere iudiciũ de mea fide & de constãtia fecisti cũ post mortẽ Cæsaris totum te ad amiciciã meã contulisti: quod iudiciũ tuũ nisi summa mea beniuolentia erga te oĩbusq; meritis cõprobaro: ipse me hominẽ non putabo. Tu mi oppi conseruabis amorem tuũ (&si amore magis hoc quidẽ scribo quã quo te admonendum putem) meaq; oĩa tuebere. quæ tibi ne ignota essent Attico mandaui. A me aũt cũ paulũ ocii nacti erimus: uberiores litteras expectato. Da operam ut ualeas: hoc mihi gratius facere nihil potes. Epistola ultima. Puto eñi etiãsi tem minus probabis: tamẽ in ista solicitudine quicquid a me profectũ sit iucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuã dignitatẽq; cõmendas: facis tu quidẽ oĩum more: sed uelim sic existimes: me cũ amori quẽ inter nos mutuũ esse intelligã plurimũ tribuã: tũ de summo igenio: tũ de studiis tuis optimis & de spe amplissimæ dignitatis ita iudicare ut neminẽ tibi anteponã: cõparem paucos. libro. xii. Epistola. xvii. Ego nullũ locũ ꝑtermitto (nec enim debeo) nõ modo laudãdi tui: sed ne ornandi quidem: sed mea studia erga te & officia malo tibi ex tuorũ lr̃is q̃ ex meis esse nota. Epistola. xxiiii. Qūq̃ admodũ sumus iã defatigati: sed nulla lassitudo ĩpedire officiũ & fidẽ debet. Epistola. xxv. Nõ dubitabã equidẽ: uerũtamẽ multo mihi notiorem amorẽ tuũ effecit Cherippus. O hominẽ illũ quidẽ mihi semp aptũ: nunc etiã suauẽ: uultus mehercule tuos mihi expssit oẽs: nõ solũ animũ ac uerba pertulit. Epistola ultima. Sed & initio Romæ cũ te quoq; & tuos oẽs obseruabat: me coluit in primis: & nup cũ ea quæ uoluit de suis præmiis & cõmodis cõsecutus est: me habuit suorũ defensorũ & amicorũ fere principem. Libro. xiii. Epistola prima. Pomponiũ atticum sic amo ut alterum fratrem: nihil est illo mihi nec carius nec iucundius. Is non quo sit ex istis (est enim omni liberali doctrina politissimus) sed ualde diligit patronem: ualde Phædriũ: sic a me contendit hoc homo minime ambitiosus: minime in rogando molestus: ut nihil unq̃ magis: nec dubitat quin ego a te nutu hoc consequi possim. Epistola eadẽ: Agã iã tecũ familiariter ut est & studiis & officiis nostris mutuis: & sũma amicicia dignũ: & necessitudine etiã paterna libro. xv. Epistola. iiii. Liber iste quẽ mihi misisti: quãtã declarationẽ habet amoris tui. primũ ꝙ tibi facetũ uidetur quicquid ego dixi: quod aliis fortasse non idẽ: deinde ꝙ illa siue faceta sint: siue sic fiant narrante te uenustissima: quinetiã antequam ad me ueniatur risus oẽs pene consumitur. ꝙ si in his scribendis nihil aliud nisi ꝙ necesse fuit: de uno me tãdiu cognouisses: ferreus essem si te non amarẽ. Cũ uero ea quæ scriptura prosecutus es sine summo amore cogitare non potueris: non possum existimare plus quenquã a seipso: quã me a te amari: cui quidem ego amori (utinam cæteris rebus possem) amore certe respondebo. Epistola ultima. Reliquũ est: ut tuam profectionẽ amore prosequar: reditum spe expectẽ: absentem memoria colam: omne desideriũ accipiendis mittẽdisq; litteris leniã. Tu uelim tua in me studia: & officia multum tecum recordere: quæ cũ tibi liceat: mihi nefas sit obliuisci: non modo uirum bonum me existimabis: uerũetiã a me te amari plurimũ iudicabis. Recte uale & me ama. Epistola eadẽ ad finẽ. Hæc sunt princeps humanissime sententiarum synonyma siue clausulæ circa amorem & officiũ ex libris epistolarum. M. T. C. excerptæ & delectæ: quas multo tibi plures dedissem: nisi ueritus essem ꝙ nostri operis institutio (restat enim adhuc mare magnum & spaciosum: & illic reptilia quorũ nõ erit numerus) in longum nimis sese protẽdere posset. Igitur nũc item accipe: accipe igit̃ clausulas circa amorẽ & officium ut supra: ex libris epistolarũ clarissimi oratoris Gasparini pergamensis: & aliorũ nostra ætate eloquẽtia principum extractas: prout ex ordine intuebere quæ in hunc sequuntur modum.

Circa amorem & officium ut supra Gasparini pergamensis & aliorũ clausulæ sequuntur.

QVar q̃uunq̃ de tuo in me studio ac beniuolentia dubitauerim: tamen mirum est q̃ in te semper amor meus indies magis crescat: non putabam fieri posse: ut nostra beniuolentia cumulatior esse posset: sed effecisti ut nullo tempore uisus sim uere a te amari nisi hodierno. Cum enim nulla occasio olim interuenisset cur me ab aliquo errato deterreres: nunquam potui in læta materia certum experimentum amoris tui sumere: ꝙ autem nunc me admones: nec pateris me in amicicia peccare (&si omnes magis laudibus quam correctione delectemur: tamen non aliter repræhensio tua mihi est iucunda: quam ut interdum amara inter dulcia delectant) non quæro defensionem aliquam apud te: est enim hoc pertinaciæ uicium: ea uelle tueri quæ emendari oporteat. Ego quantum in me est operam dabo: ut cum aliquanto cariorem habeam: q̃ si nullum odium intercessisset. Sæpe amor intermissus: acrior consurgit q̃ continuatus. Cum enim cæteris in rebus semper optauerim alios uincere: certe in hoc uno etsi a te non uelim in amore superari: tamen parẽ te mihi esse ma-

xime cupio. Nihil enim mihi uidetur minus amāti
um esse: q̃ sui officii meminisse: & alieni obliuisci.
Sed hic sit finis: quantum me sis amaturus in te erit
spero ꝙ summa me beniuolentia prosequeris: ego
omnia pro te suscipiam quæ digna sunt nostra ami
cicia. Quod si cognouero te ulla in te propter uere
cundiā officio meo noluisse uti: minues eā opinio-
nē quā semper mihi: de tuo in me perpetuo amore
fecerā. Quod aūt cupis omni officio tuo uel in sena
tu uel in populo ꝓ me defungi: nulla me noua uo-
luptate afficis. Est enim nō solū tibi usitatū: sed etiā
quottidianū omnē curā suscipere quæ usui mearū
rerū accedat. Aliud non est quod a te magis uelim:
q̃ ut me sicut facis maxime diligas: persuadeasq; ti-
bi neminē uiuere cuius beniuolentiā & uirtutē ma-
ioris faciam. Te uero non solum diligo: sed etiā ad-
miror: ꝙ nullo me in te officio semper ut fratrem
amasti: nec unq̃ es passus fortunas meas ab aliis cō-
culcari qui oīa uolunt potētiæ suæ cōtra ius & æqui
tatē cōcedi. Nemo fuit qui aliter in hac tua causa so-
licitus esset ac in sua: & fortassis eo magis ꝙ ī causis
amicorum decet aliquanto nos attentiores esse q̃
in re nostra: gratias ergo quas debes: amicis tuis di-
ces: non quia illi animum tuū ignorent: sed ut tua
apud ipsos testatior prosit beniuolentia. Nihil ad
hanc tuā solicitudinē addi potuit: & effecisti ut & si
omnia aduersum cecidissent: tamen tibi gratiam ha
buissem: ꝙ maiori studio negocia tua geri non po-
tuissent: q̃ hoc tempore mea gessisti: plurimum ta-
men gaudeo & maxime gratulor: ꝙ tuæ diligentiæ
fortuna par fuit. Nam si redoleret antiquam fami-
liaritatem: & ueteris beniuolentiæ quam habuit cū
patre meo reminisceretur nouos amicos potius mi
hi faceret q̃ consuetos abigeret. Vnū est ꝙ maiorē
ī modū nō solū te rogo sed ēt obsecro: ut cū te maxi
me diligam: nō patiaris inuidorum hominum uer-
bis nostram amiciciam diuelli: & magis apud te ua-
leat memoria nostræ amiciciæ: quæ usq; a pueritia
incepit: q̃ oratio eorum qui hoc maxime student:
quomodo possint consuetudinē nostrā intermitte-
re: præcipio enim ut non solū maneamus in amici-
cia: sed ut etiam hi iudicemur esse: qui a nullo alio
amore ac beniuolentia uincamur. Nunq̃ futurum
putassem: ut studiū meū & cura: quam pro tua salu-
te suscepi. magis in te posset cumulari: sed incredibi
le est quantum singuli dies meo in te amori adiici-
ant. Nam postq̃ te amare cæpi nullus tēpus fuit: in
quo nō hæc de te cogitarem: sermonem sæpe de te
haberem: si quando tibi aliquos familiares conue-
nio: quibus cum uelim qua prudentia: & humanita
te sis apud illos cōmemorare sentio meū in te amo
rem duplicari: & longe plus quam credi potest: me
am in te beniuolentiam augeri: quotiens enim tua
in me officia: quæ quottidie sunt maiora animo cō
sidero ea res pristino amori meo tantum adiicit: ut
iam te magis quam oculos meos diligam: nullum
itaq; mihi finem amandi te facio: nec aliud est quod
magis cogitē: q̃ ut tibi & omnibꝰ satis in te gratus
uidear. Quæ ad te de tuo amore scribis usitata sūt &
antiqua: quādo enī tēpus fuit in quo negocia mea
pluris non facerem q̃ tua: nouam tamen semper uo
luptatem percipio quotiens de tua in me beniuolē-
tia aliquid audio nec minorē animo iucunditatem:
ex tuis litteris percipio q̃ si de his rebus inter nos
cōmentaremur de quibus ad me scribis. Si optas ex
me scire quid a te maxime uelim: summa est ne mi-
noris amiciciam nostram facias q̃ ego tuam. Scis
quantum amaui te: aut quantum excoluerim. Nūq̃
ullum tantum fuit in re mea cōmodum: quod pro
te non neglexerim neque incommodum ꝙ per te
non susceperim ubi hoc usui tui accedere intellexi.
Hæc ex Gasparino. modo alios accip. Multa conti- B
nentur litteris tuis: & quidem omnia mihi pergra-
ta: quorum illud primum ꝙ amiciciam tuam libe-
ralibus uerbis obtulisti: imo ꝓpius ut loquar amo-
rem tuum erga me mihi patefecisti. Videtur enim
īter amorem & amiciciam hoc esse discrimē: ꝙ ama
re possumus etiā nescientes: amicicia uero non fit
nisi inter scientes. Est enim amicicia reciprocus ani
morum affectus. Ego igitur & accipio amorem
tuū: & uicissim meū tibi spōdeo. Quod aut mea lau
dibus extollis etiā gratū est quanq̃ timide ac diffidē
ter fidē his præsto. Leonardus Aretinus. Volo ut
extet opus aliquod studiorum meoꝝ quod sit testis
& iudex amoris mei erga sanctissimū dominū Eu-
geniū papā quartū. Nam ꝙ ab adolescentia mea il-
lum dilexerim: propter cellam quandā eius magni-
tudinē animi: & uirtutis præstātiā: & ipse me inter
familiarissimos recipere dignatus sit: debet profe-
cto nunc monumentum aliquod extare dilectionis
meæ. Itaq; libros politicorum multis a me uigiliis:
multaq; assiduitate & opera in latinū conuersos: ad
beatitudinē suam mittere constitui. Idem Leo. Cū C
primum te uidi gebennis olim præstantissime pa-
ter: dum ibi Romanus pontifex esset cognouiq; ex
cellentem in omni litterararum genere doctrinam
tuam: dicaui me totum tibi: non quidem spe aliqua
præmii (ut multi solent) cōmotus: sed egregia ani-
mi uirtute: quam in te esse intelligebam: cum sum-
ma humanitate cōiunctam. Equidem dilexeram an
tea absentem tuā probitatē: fama & uerbis cognitā
mihi postea uero quam te præsentem cōspexi & si-
mul perspexi mores tuos: suauitatem sermonis ui-
tæq; integritatem: & quod plurimū ualuit ad beni-
uolentiā conciliandā: sensi te plurimū delectari ex
eisdem: a qbus ego nō eram penitus alienus studiis
humanitatis: ita uince amate te accepi: ut nihil fere
ad meum in te amorē addi posse uideretur. Nam li
cet homo sim paulo indoctior: complector tamen
eos animo in quibus aliquid specimen: aut sapiētiæ
aut uirtutis eluceat. Magna est nimiū profecto bo-
norum & sapiētium uirorum inopia: quos siquan-
do: quod tamē raro accidit: inter mortales apparēt:
maxime uenerari & colere debemus. Ita egregie lo
quitur Poggius noster Florētinus omnium poeta-
rū facetissimus. Audiui quo nihil mihi gratius au-
res meæ audite hoc tempote poterant de tua Nico
laiq; reconciliatione: id summum in modū gaudeo
& eo maxime ꝙ cum te quē semp pollicitus eram
præstitisti: partes tuæ erunt hoc idē prudētiæ effice

re:ut non solum reconciliatio facta:sed etiam amici
cia restituta esse uideatur. Parum enim esset odium
tollere:nisi subsequatur caritas & amor:quæ pro-
pria sunt animi ingenui erectiq; & ad uirtutē bene
cōstituti. Redassume quæso pristinam illam mihiq;
notā familiaritatē ac beniuolentiā cū Nicolao: daq;
operam & incumbe quantū potes: ne quid accidat
quod eā possit labefactare:ut non solū amicorū in-
tercessione:sed uoluntate quoq; uestra ac iudicio hæc
reditio in gratiā æstimari possit. Tibi quidē hoc sū-
mæ laudi erit:& spero uoluptati fore. Nā scito præ-
teritas in inimicicias non nihil lesisse & tuū & Nicolai
nomen:hanc uero restitutā gratiā:summā tibi bo-
norū omniū doctorūq; beniuolentiam conciliasse:
summa tua cum dignitate. Idem Poggius. Etsi ma-
iores mei omnes illustrissime princeps: in diuū ge-
nitorem tuū:nec minus in te semper atq; uehemen
tissime fuerint incensi:& qui supersunt quasi hæredi
taria quadam affectione. omnes te una prosequan-
tur. Ego non solum patrio & amico amore:sed etiā
tuarum ꝓpe diuinarum uirtutum admiratione
te iampridem unice:atq; religiosissime colui. Nam
siue quottidiana exempla clæmentiæ tuæ audiā: si-
ue humanitatem atque pietatē:siue excelsi atq; inue
ctissimi animi fortitudinē: grauitatem: iustitiam:
non possum erga te non inflammari supra modū.
Antonius Panormita. Est enim a natura traditum:
ut quos diligamus præstantiores ac clariores iudi-
cemus. Solēt præterea tam poetæ q̄ cæteri quos di
ligunt & amicos habēt laudibus illis extollere: qui-
bus eos refulgere desiderant. Idem. Stat uniuersis
genuensibus sententia sub uera libertate esse quam
si disposueris nō uexare:nosque tibi habere amicos
fauentesque persuade tibi id facile & opportunum
futurum esse. sique nostra amicicia uti uolueris:cō
peries illam tibi & facilem & opportunā. Et si for
tasse decreueris nos uexare hostesq; habere nostræ
saluti: remedia quælibet exquirere stat sententia ex
B genuem. Potes ex hoc facere coniecturā summi er-
ga te mei amoris: q̄ rogatus a te ut de origine ur-
bis Bononiæ:hoc est a quibus aut quo tēpore cōdi-
ta esset ad te scriberem. Etsi eam rem difficilē ac fasti
diosam inuentu esse intelligebam: malui tamen eū
laborem subire:q̄ parum obsequi præcibus tuis. In
quo si forte tardior fui: q̄ uel desiderium tuum uel
meum officium requirebat: uideor quasi meo iure
petere ueniam posse abs te:præsertim qui & nostri
occupationes meas:& me scis iampridem difficulta
te temporum coactum libris meis caruisse. Edidi ta
men tandem quæ potui:non ut uolui: sed ut me tē-
poris angustiæ & librorum penuria coegerunt. Mi
nus enim graue futurum existimaui: si abs te in re
difficili atq; obscura doctrina mea desideraretᵣ: quā
si hominis grauissimi & optimi mihi amicissimi ho
nestissimam spem uiderer fraudasse. Hoc Nicola-
C us Peroti:tametsi modicū ad rem: tamen pulchrū.
Nunquam me de te mea fefellit opinio qui nō mi-
nus me diligas:q̄ ab me amari te intellexeris. Amor
autem erga te meus quantus sit:non te minus quā
opinione cognosces. Emori malim q̄ iure ingratus

iudicari. Beneficio affecti qui sese ingratitudinis ac-
cusari noluerunt:alii aurum & argētum:alii marga
ritas & gemmas:alii aliud fortunæ bonum. quod di
citur retribuere cōsueuerunt. Ego autem beneficos
didici:quātum & humanum & meum præstare po-
test ingenium ex hominibus deos reddere & ea im-
mortalitate donare; quam laudis gloriæq; æterni-
tas afferre solet. Franciscus Philelphus. Ne te præte
reat quibus apprime debeas:tuis qui rationib; egre
gia sunt necessitudine deuincti. Sempronius præ
cæteris tui adeo fautor extitit curiosissimus: ut ho-
minē credam fuisse neminem: sui cuiusuis amici tā
studiosum maiori qui studio:cura:diligentia: graui
tate:eloquētia:res illius familiares atq; hic tuas ulla
fuerit tēpestate contutatus. Neq; animum satis po
terat explere suum tenaci officiorū memoria: quæ
in illum sæpenumero contulisses: & amoris quoq;
quem flagrantissimū suā in causam exararas. Id me
diuffidius summo est tibi argumento: cū ipsum simu
lata haud amicicia: sed certissima beniuolentia esse
perfunctum. Quæ uero tuam in rem efficio: me cer
te pudet in lucē effundere: quando tamē tibi obstri-
gor ut si spiritum quoq; ipsum tuis pro commodis
emiserim:rite tamē quisquā percensere poterit tu-
is in me beneficiis:quæ sane extant innumera:neuti
quam esse responsum. Et quo magis me tibi debere
animo contemplor meo:quæ tuos in usus transfe-
ro:eo nempe mihi inferiora uidentur. Illud postre-
mo uelim tibi innotescere: meam obnixam esse ac
fore sententiam tuam sic uniuersam causam agere:
ut meam quiuis in te fidem præsentem absentemq;
sinceram atq; immaculatissimā usq; fuisse palam intel
ligat. Vale. Baldasar rasinus p̄ceptor meus obser
uandissimus:non tā eleganter q̄ grauiter dixit. Mei
nempe est in te amoris nostris usq; a teneris annis:
ac nobis subinde adolescentibus adauctū te persua-
sum reddere:eā posthac oram colere desinas: in qua
promiscue aguntur uniuersa: & iusticia omnis im-
perii propugnatrix refrigescit. Tuas enim ratio-
nes tanta beniuolētia prosequor: ut perpetuum sit
mihi studium omni diligentia: consilio: accuratio-
ne id efficere: ut non modo fulgentiore autoritate
conflorescas: uerumetiam perpetuam incolumita-
tem conserues & augeas. Mea postremū causa quæ
in Sempronium beneficia contulisti: ut tibi habeā
gratias me longe propellunt: idq; uelim animum
inducas:tuū:ut quicquid honorificentiæ: auspicio-
rum:consilii suam in causam impartieris:tueis qui-
dem fortunis addictum esse: qui itidem tuos in tri-
bules acq; singulares amicos tentare permoliter.
Idem Bal. Vt te neglectum minime habeam ratio
nes perurgent complusculæ. Vetus primum beni-
uolentia:tuis quæ me perpetuo penatibus addixit:
ante multo q̄ ex aluo materno statuisses. dehinc in-
ter nos confiteta omni ætate nostræ caritatis tua ner
uosius munita uirtute:ac tuis tandē beneficiis ame-
nissimis:quibus me semper accumulasti:adeo ut mi
hi certo præponam neminem tuas qui in rationes
officio ac pietate sit procliuior. Cumplura in hunc
erga te amorem meum conscriberem: suspitionem

nisi assentationis a qua semper abhorrui: modo ue-
rerer. Cæterum te oratum uelim quanto amore tu
as fortunas interceperim periculum facias: qua in
re nulla me unq̃ in te simulatione fuisse perfunctũ
palam intelliges. Idem Bal. & hæc circa amorem &
officium sufficiant: nunc ad alia transigamus.

Vbi consilium & auxilium amico impartimur: aut ab eo exposcimus. M. T. C. clausulæ.



Quidem sentẽtiam meã aut scribam ad
te postea pluribus: aut ne ad eam medi-
tere imparatum te offendam: coramq;
contra istam rationem meam dicam: ut
aut te in meã sententiam inducam: aut certe testatũ
apud animũ tuum relinquam quid senserim: ut si-
quando (quod nolim) displicere tibi tuũ consiliũ cœ
perit: possis: meũ recordari. libro secũdo. Epistola.
iii. Sera gratulatio repræhẽdi non solet: præsertim
si nulla negligentia prætermissa est. Longe enim ab
sum: audio sero: sed tibi & gratulor: & ut sempiter
næ laudi tibi sit iste tribunatus exopto: teq; hortor
ut oia gubernes: ut moderare prudentia tua: ne te
auferãt aliorũ cõsilia. Nemo est q sapiẽtius tibi sua-
dere possit teipso: nunq̃ labere si te audies. Non scri
bo hæc temere: cui scribã uideo. Noui animũ: noui
consiliũ tuũ. Nõ uereor: nequid timide: nequid stul
te facias. si ea defendes quæ ipsæ recta eẽ sentias. Epi
stola. vii. Sed illud idẽ quod in initio scripsi tecũ lo-
quere: & te adhibe in cõsiliũ. te audi: tibi obtempera
alter qui melius consiliũ dare possit q̃ tu: non facile
inueniri potest. tibi uero ipsi certe nemo melius da-
bit. Dii imortales cur ego absum: uel spectator lau-
dum tuarum: uel particeps: uel socius: uel minister
consiliorum: tametsi hoc minime tibi deest: sed ta-
men efficeret magnitudo & uis amoris mei cõsilio
te ut possem iuuare. Epistola eadẽ. Raras tuas equi
dem (fortasse enim non perferuntur) sed suaues
accipio litteras: uel quas proxime acceperam q̃ pru-
dentis: q̃ multi & officii & consilii erant. etsi omnia
mihi constitueram sic agenda ut tu monebas: tamẽ
confirmantur nostra consilia: cum sentimus prudẽ
tibus fideliterq; suadentibus idem uideri. Epistola.
xiii. A te maximopere pro nostra summa cõiũctio-
ne tuaq; singulari humanitate: etiãm atq; etiã quæ-
so & peto: ut quibuscũq; rebus poteris (poteris au-
tem plurimis) prospicias & consulas & rationibus
meis. hoc uelim tibi persuadeas si rationibus meis a
te prouisum esse intellexero: magnã te ex eo & per-
petuã uoluntatẽ esse capturũ. libro. iii. Epistola. ii.
Quod meũ cõsiliũ exquiris: id est tale ut capere faci-
lius ipse possim q̃ alteri dare. Quid enim est quod
audeã suadere tibi homini summa autoritate: sum-
maq; prudentia? li. iiii. Epistola. ii. Etsi eo adhuc te
consilio usum intelligo: ut id reph̃endere non aude
am: nõ quin ab eo dissentiam. sed q te ea sapiẽtia es-
se iudicem: ut meum consilium non anteponã tuo:
tamen & amiciciæ nostræ uetustas: & tua summa er
ga me beniuolẽtia: quæ mihi iam a pueritia cogni-
ta est: me hortata est. ut ea scriberem ad te: quæ salu-
ti tuæ conducere arbitrarer: & non aliena esse duce-
rem a dignitate. Epistola. vii. Plurimum ualuisse
apud me tuam semper autoritatem cum in omni
re: tum in hoc maxime negocio potes existimare:
cum mihi. Marcellus consul frater amantissimus
mei non solũ consiliũ daret: sed precibus quoq; me
obsecraret: non prius mihi persuadere potuit: q̃ tu
is est effectũ litteris: ut uterer uestro potissimũ con-
silio. Epistola. xi. Gaudeo neq; repræhendo tuum
consiliũ. nã nil isto potest esse iucundius: non modo
miseris his temporibus & luctuosis: sed etiam tran-
quillis & optatis. libro. v. Epistola. xiiii. Nam quod
allatura est ipsa diuturnitas: quæ maximos luctus
uetustate tollit: id nos p̃cipere consilio prudentiaq;
debemus. Etenim si nulla unq̃ liberis amissis fuit tã
imbecillo mulier animo: quæ non aliquãdo lugẽdi
modum fecerit: certe nos quod est dies allatura: id
consilio anteferre debemus. neq; expectare tempo-
ris medicinam: quam repræsentare nobis ratione
possumus. Epistola. xvi. Tibi autem id consilii do:
quod mihimetipsi uitemus oculos hominum: si lin
guas minus facile possumus. Qui enim uictoria se
efferunt: quasi uictos nos intuentur. Qui autem ui-
ctos esse nos moleste ferunt: nos dolent uiuere. Tu
enim ipse qui & me & alios prudẽtia uincis: omnia
(credo) uidisti. nihil te omnino fefellit. Quis est tã
lyceus qui in tantis tenebris nihil offendat: nusquã
incurrat? libro. ix. Epistola. ii. Omia igitur tua con-
silia: mihi non magis prudentiæ plena: quæ summa
est: uidetur: q̃ fidelitatis quam ego ex mea conscien
tia metior. quare si aut aliter sentirem: certe admo-
nitio tua me reprimere: aut si dubitarem hortatio
impellere posset ut id sequerer quod tu optimum
putares. Nunc uero quid est quod me in aliam par-
tem trahere possit? libro. x. Epistolam. iiii. Ego eam
sententiam dixi: cui assensi sunt omnes ad unum: ea
quæ fuerit ex senatuscõsulto cognosces. Tu quanq̃
consilio non eges: uel abundas potius: tamen hoc
animo esse debes: ut nihil hinc reiicias: ne ue in re-
bus tam subitis tanq; angustis. a senatu petendum
consilium putes. Ipse tibi sis senatus. quocunq; te
reip. ratio ducet: sequare. Cures ut ante factum ali-
quod a te egregium audiamus: quam futurum pu-
taremus. Illud tibi promitto: quicquid a te erit fa-
ctum: id senatum non modo ut fideliter: sed etiam
ut sapienter factum cõprobaturum. Epistola. xvi.
Quid in animo habuerim cum Lenus Lernaq; di-
scesserunt a me: & ex litteris quas eis dedi: & ex ipsis
cognoscere potuisti: qui omnibus rebus consiliisq;
meis interfuerunt. Accidit mihi q homini pudenti
& cupido satisfaciendi reip. bonisq; hominibus acci
dere solet: ut consilium sequerer periculosum: ma-
gis dum me probarem q̃ tutum: quod habere pos-
set obtrectationem. Epistola. xviii. Vtinam haberẽ
quid uobis darem consilii: sed ne mihi quidẽ ipse re-
perio quid faciundũ sit. Quid. n. est q contra uim
sine ui fieri possit? Consiliũ omne autẽ hoc est illo℞
ut mortẽ cæsaris persequantur. Itaq; ante diẽ sextũ
nonas octobris p̃ductus in contionẽ a Caninio: tur
pissime ille quidem discessit: libro. xii. Epistola. iii.
Hæc circa consiliũ ex libris. M. T. C. sufficiant. Se-
quitur nunc circa idẽ ex aliis. Ad idẽ.

Spero

A SPero q̄ si meo consilio usus fueris: breui intelliges omne a te depulsum esse periculum: q̄ in ipsis uisceribus hærebat. Sic enim ego sentio: quid tibi in te tua facturus es: etiam atq̄ etiam prouidebis. ego enim non minus de tua salute laboro: q̄ si omnia nobis essent cōmunia. Gasparinus pergamensis. ¶ Spero uos oia sapienter ꝑspexisse: quæ in utrāq̄ partē possint accidere: nec uobis abesse cōsilium: aut uires ad hāc maximam rem conficiendam. Spero: estq̄ hóc meum consilium: dum adhuc oia noua ac recentia sunt posse oēm causam orientium malorum per te tolli Ego longe a te dissentio. Nam cū hominibus ita uiuendum est: ut suus unicuiq̄ mos est. Nō enim iudico sapientis esse: cū cæteri sibi arrideant ipsū; flere: aut nimiū seuerum esse: cū alii sunt in ioco. Ita enim semꝑ uitā institui meā ut præsentibus me rebus accōmodarem: nec paterer aliquem mihi iure irasci. Quod in te desperata neq̄ presidii neq̄ cōsilii causa ad me scribis: sed qa iuuat te incōmodis tuis mecū loqui: facis rem inter amicos usitatā: Idem ego & facere soleo quotiens discrutior aīo: maiorē quidē partem molestiarū mearū deposuisse mihi uideor: cum amicis oēm perturbationē apui. Quid tibi consilii mei afferā non habeo: qui ipse in oībus rebus meis: tuo semꝑ usus fuerim. Quid tibi cōsiliū mādem nō satis habeo: cui pro diuturnitate maloꝝ meoꝝ nō suppetit qualiter ipsi mihi medear. Tantis incōmodis hoc tēpore afficior: ut neq̄ auxiliū mihi sit: neq̄ spes: neq̄ cōsiliū. Tu si quid habes quo meā ægritudinē leuare possis. fac ad me scribas quanq̄ quid potest esse quod a te possit mihi in tantis malis afferri? Excessit enim uis huius mali oīa humana remedia: & eo loci res meæ peruenerūt: ut (quod aiunt) ne ipsa quidem salus: etiamsi uelit possit me his malis eximere. tētabis tamen: & si quid erit quo mihi possis aliquā opē afferre: nihil ex cōtingētibus ommittes. Quid ad te scribā nescio: qui ita perturbato aīo sum ut neq̄ ratio ulla: neq̄ consiliū ullum in me sit: Male autē alteri potest consulere: qui ipse maxime cōsilio indiget: quod possum facile tibi præstare: hoc tibi polliceor. Dolore tecū pariter & accusare fortunā: quæ nostras res aduersas ꝑ debitis addit: His ego remediis possum te iuuare: si ea sunt appellāda remedia. quæ animū ægrotātē icurrabilē reddūt. Est etiā nō post factū. sed antequā res fiāt cōsiliū de sūmis rebus habēdū. Nisi reb⁹ tuis caues: iplicabis te aliquo incōmodo graui. Credis unūquenq̄ eo esse in te aīo quo tu in alios es. falleris crede mihi. Nā ex his qui tibi in præsentia uident̃ amici: paucissimi te ex aīo diligunt. si ergo me audies: abdicabis oēs illos a te quorum frons est blanda: & oīa quæ a te fiunt impēse laudant. Suadeo in omnibus rebus a te gerendis. utaris consilio Gaii hominis certe sapientissimi & qui te summe diligit: quicquid ille tibi persuaserit: ueridici Apollinis (ut aiunt) dictum puta. Vide ne te implices rei unde cū uoles: nō possis te explicare: Sic enim iudico aliquanto melius esse a religione abstinere: q̄ accedere ad illam. non eius rei gratia ad quam illa fuit a nostris maioribus primū cōperta.

Fuissem a..t prolixior in scribēdo: nisi sperarem te breui affuturū. quod ut facias uæhementer rogo. Spero enim nos de multis rebus eam deliberationē cōsiliūq̄ habituros: quæ nos ab his curis ac molestiis extricent in quibus dudum sine spe exeundi fuimus. Omnes ad te unū sua cōcilia referunt. tuamq̄ autoritatem maxime attendunt. Cōstitui itaq̄ maturius de hac re tecum deliberare. sed cū id neq̄ per alium neq̄ litteris possit trāsigi: non grauaberis ad me ire. Duo enī eodē itinere conficies. nā & officiū tuū: quod uæhemēter ab oībus desiderat̃ reip. præstabis: & multa expedies quæ sunt inter nos hoc tēpore agēda. pluribus uerbis ad hanc rē tē excitarē: nisi iam inter ad nos agere cōsiderem. Desidero maxime præsentiā tuam. Spero ut dolēdo mecū aut cōsolando aliquod solatiū in tanto merore meo afferes. Vix posset fieri qua prudentia semper ac sapiētia fuisti: quin aliquod a te mihi esset cōsiliū: quo minus acerbe oīa perferrē: Quātū itaq̄ potes contende: ut huc accedas: aut si te occupationes detinēt: aliquid ad me scribas: putabo enim utrum feceris. me aliquā huic morbo: si qua est quæ possit afferri: medelam meminisse. Mallem te posse aliquo meo auxilio q̄ consilio iuuare: quæ facultas si mihi adesset: certe nulla res meam in te beniuolentiā ac pietatē impedisset. sed postq̄ id quod maxime in tua aduersitate optabam a me non potest fieri: id ad te consiliū scribo: quo ego sæpe in meis reb⁹ aduersis usus fui. Cum enim aliquando in simili fortuna fuissem neq̄ aut præceptis hominum: aut philosophorū: aut consolatione amicorū: dolorē meum leuare possem: longe a conspectu ciuitatis: & earum rerū quibus priuatus fueram discessi. Nam hæ res solent cū aspiciuntur nimis exacerbare animum: & reuocare desideriū prioris fortunæ. Cæpi ergo uitam meam in solitudine agere. uidebam multa quæ natura produxisset suis rebus contenta nec sibi iuidere. Cogitabam turpissimum homini esse qui rationis ac diuinitatis esset particeps: non posse naturæ consilio acquiescere. Caue si honori tuo: si opibus ac saluti bene cōsultum uis: quicq̄ horum facias ad quæ iste homo te hortatur. Caue sententiam eorum sequaris: qui te ad lites & controuersias cohortantur. ego. n. ad pacem & concordiam te uoco. Nihil enim olim apud nostros maiores magis custodiebatur q̄ consilium in deliberationibus & cōsiliis rerum: quæ ad publicam utilitatem pertinebant. nescio an sapienter a uobis deliberatum sit de bello suscipiēdo: pro quo tantus apparatus instruitur. uideris quidem spōdere certam uictoriam patriæ tuæ: & omnia bene sperare: ego uero cum nihil magis incertum uideam q̄ exitus bellorum: uereor ne uestra consilia fallantur. Carthago enim urbs potētissima multis annis duce Annibale bellum gessit cum Romanis. & q̄q̄ uastitatem italiæ uidisset: & Romam pene captam. tamen exitus nō fuit uictoriæ: sed captiuam tandem se uidit. & Romanis legibus seruire coacta est. Hæc ex Gasparino. Sequunt̃ aliorum. ¶ Cæterum huic heroi herere uelis: meū ē cōsilium: quem A soleo insidere recenti palam itelligis nullus quan-

do locus suo uacat imperio. nostraq; patria cæteris
sane urbibus lepidior. & amena magis ab omnibus
censeatur: ubi & uitam agere & extrema pati: tibi fi
xa debet esse sententia: quãdo seorsum tuo cum sin-
gulari ingenio: tũ doctrine excellẽtia. huic quæ prin
cipi gratissima est præ cæteris ad uota tractabere.
Baldasar Rasinus. ¶ Id mihi multo cõsultius uisũ
est. animũ iam tuũ patrium in solum intenderes. tu
um ubi pedem sistas. teq; demum potentissimo re-
cõciliares principi: q̃ aliena ut facis climata peragra
res. Idem Baldasar. Et hæc circa consilium & auxili-
um sufficiant: nũc ad alia trãseamus. Vbi oblationẽ
de nobis aut de aliis facimus. & ubi gratias de bene-
ficiis acceptis habemus. M. T. Clausulæ incipiunt.
V uelim ita tibi persuadeas. nullam rem
t esse minimam quæ ad te pertineat. quæ
mihi non carior sit: q̃ meæ res omnes.
Id quæcunq; sentiam. sedulitate mihi-
metipsi satisfacere non possum. Re quidẽ ipsa ideo
mihi non satisfacio. q nullam partem meritorum
tuorum. non modo referenda. sed ne cogitanda qui
dem in gratia cõsequi possum. libro. i. epistola. vii.
¶ Tantũ enitor ut neq; amicis. neq; etiã alieni ope
ra. cõsilio labore desim. epistola. ix. Me quidem cæ-
terarũ tuarũ actionũ: sententiarũ: uoluntatũ: rerum
deniq; omnium sociũ comitẽq; habebis. neq; mihi
in omni uita res tã erit ulla proposita. q̃ ut quotti-
die uæhementius te de me optime meritum esse læ
tere. Eadẽ epistola in fine. ¶ Quãtũ litteris. quãtũ
studiis ueteribus nostris delectationib° cõsequi po
terimus. id omne ad arbitrium tuũ. qui semper hæc
amasti. libẽtissime cõferemus. Decima. Ego oia stu
dia mea: omnẽ operã: curam: industriã: cogitationẽ
mentẽ deniq; omnẽ in Milonis consulatu fixi & lo-
caui. statuiq; in eo nõ officii me solũ fructũ: sed etiã
pietatis laudem quærere debere. Neque uero cui
quam salutem ac fortunas suas tantæ curæ fuisse un
quam puto: quanti mihi est honos eius. in quo oia
mea deposita esse decreui. lib. ii. epistola. vi. De ipso
Tito anneo tantũ tibi polliceor te maioris ai: gra-
uitatis: constantiæ: beniuolẽtiæ erga te: si complecti
hominẽ uolueris habiturum esse neminẽ. Mihi ue-
ro tantũ decoris tantũ dignitatis adiũxeris: ut eun-
dem te facile agnoscã fuisse in laude mea. qui fueris
in salute. Eadẽ. Vnũ hoc sic habeto: si a te hanc rẽ im
petraro: me pene plus tibi q̃ ipsi Miloni debiturũ.
Non enim mihi tam mea salus cara fuit: in qua præ
cipue sum ab illo adiutus: quã pietas erit in referen
da gratia iucunda. Ea autem unius tui studio me as-
sequi posse cõfido. Eadẽ. Omnia uolo a me postu-
les & expectes: uincã meis officiis cogitationes tuas
libro. iii. Epistola. ix. Pontinus qui a te tractatus est
præstanti ac singulari fide. cuius tui beneficii sum
ego testis: præstat tibi memoriam: beniuolentiãq;
debet: qui cum maximis rebus suis coactus a me in-
uitissimo discessisset: tamen ut uidit interesse tua cõ
scendens iam nauem Epheso Laodiciam reuertit.
Talia te cum uideam studia habiturum esse innu-
merabilia plane dubitare nõ possum: quin tibi am-
plitudo ista: solicitudo futura sit: Epistola eadem.

Reliquũ est igitur ut tibi me in omni re eũ præbeã
præstemq; ut ad omnia quæ tui uelint ita assim præ
sto ut me non solum omnia debere tua causa: sed ea
quoq; etiã quæ nõ possim putẽ. Illud me tamẽ uel
tu monuisse uel cẽsuisse puta: uel ꝓpter beniuolen-
tiã tacere non potuisse: ut quod ego facio. tu quoq;
animũ iducas. li. iiii. epistola. viii. De mea autẽ in te
uolũtate sic uelim iudices: me qbuscũq; rebus opus
esse intelligã: q̃q̃ uideã quis sim hoc tpe: & quid pos
sim: opera tamen & cõsilio studio quidẽ rei: famæ:
saluti tuæ præsto futurũ. Epistola. xiiii. ¶ Is eni tu
uir eo & eũ me esse cupio: ut quando in eadẽ rep. tẽ
pora incidimus: coniunctionem amiciciaq; nostram
utriq; nostrũ laudi semper fore sperem. Quãobrẽ
tu quantum iudicio tuo tribuendũ esse nobis putes
statues ipse: & ut spero statues ex nostra dignitate.
Ego tibi uero profiteor atq; polliceor eximiũ & sin
gulare meũ studiũ in omni genere officii: q ad ho-
nestatem & gloriam tuã spectet: in quo etiã si multi
mecũ contenderint: tamẽ tum reliquis omnibus: tũ
cassis tuis iudicibus omnis facile superabo. libro. v.
epistola. viii. ¶ Grata tibi esse mea officia nõ miror
Cognoui enim te gratissimum omniũ idq; nunq̃
destiti prædicare. Nec enim tu mihi habuisti modo
gratiam: uerum & cumulatissime retulisti. quam-
obrem reliquis tuis rebus omnibus: me pari studio
erga te & eadem uoluntate cognosces. Quod mihi
fœminam primariam Pompeiam uxorem tuam
commendas cum Surra nostro: statim lectis tuis lit
teris locutus sum. ut ei meis uerbis diceret. ut quic-
quid opus esset: mihi denuntiaret: me omnia quæ
ea uellet summo studio curaq; facturum. Itaq; fa-
ciam eamq; si opus esse uidebitur ipse conueniam.
Tu tamen ei uelim scribas: ut nullam rem. neq;
tam magnam: aut tam paruã putet: quæ mihi aut
difficilis: aut parum me digna uideatur. Oia quæ
in tuis rebus agam & non laboriosa mihi: & hone-
sta uidebitur. Epistola. xi. ¶ Illud caue dubites qn
ego omnia faciam: quæ interesse tua aut etiã te uel-
le existimem: si ullo modo facere possim. Epistola.
xx. ¶ Tu uelim te ut debes & soles tua uirtute su-
stentes. Ego quæ te uelle: quæq; ad te & ad tuos per
tinere arbitrabor. omnia studiose diligenterq; cu-
rabo: quæ cum faciam: beniuolentiam tuam er-
ga me imitabor: merita non assequar. libro. vi. Epi-
stola. iiii. ¶ Incolumẽ te cito ut spero: uel poti° ut
ꝑspicio uidebimus. Interea absenti & huic quid ad-
est imagini animi & corporis tui cõstãtissimo atq;
optimo filio tuo studium: officium: operam: labo-
rem meum iam pridem & pollicitus sum & detuli.
Nunc hoc amplius: q me amicissime quottidie ma
gis Cæsar amplectit. familiares uero eius sicuti ne-
minem: apud quẽ quicquid ualebo uel autoritate
uel gratia: ualebo tibi. Epistola. vi. ¶ Quare mihi
crede & memoriæ manda: me tibi id affirmasse te in
istis molestiis diutius non futurum quãdo quid sen
tirem exposui: quid uellem tua causa re potius de-
clarabo q̃ oratione. & tantũ possem quãtũ in ea rep.
de qua ita meritus sum. ut tu existimas posse debe-
bam ne tu quidem in istis incommodis esses. Eadẽ
enim

enim causa opes meas fregit quæ tuam salutem in discrimē adduxit. sed tamē quicquid imago ueteris meæ dignitatis: q̄cquid reliquæ gratiæ ualebūt. studii cōsilii: opa: gratia: fides mea: nullo loco deerit tuis optimis fratribus. ℂ Epistola. xiii. Ego qd possim nescio: uel potius me parū posse sentio. Illud tamē tibi polliceor. me quæcūq; saluti dignitatiq; tuæ cōducere arbitrabor tāto studio esse facturū. quāto tu semp & studio & officio i meis reb⁹ fuisti. Hāc meam uolūtatē ad matrē tuā optimā feminā tuiq; amicissimā detuli. Si quid ad me scripseris. ita faciam ut te uelle intellexero. Sin aūt tu minus scripseris: ego tamē omnia quæ tibi utilia esse arbitrabor summo studio diligēterq; curabo. ℂ Epistola ultima. Quare pro cuiuiq; natura & instituto gratiæ sunt agendæ his: q tātū uolūtate ostenderunt pro sententia: cū impedire possent: nō pugnarunt. ℂ Libro. viii. epistola. v. Ruffum isthī amicū tuū. de quo iterum iā ad me scribis adiuuarē quātum possem etiāsi ab eo læsus esse; : cū te tātopere uiderē eius causa laborare. Cū uero ex tuis litteris & illius ad me missis intelligā & iudicē magnæ curæ ei salutē meam fuisse. non possum ei nō amicus esse neq; solum tua cōmendatione. quæ apud me (ut debet plurimū) ualet sed etiam uolūtate ac iudicio meo. ℂ Libro. ix. Epistola. xxxiii. Tuæ dignitati ita fauemus: ut oē nostrū cōsilium: studiū: officiū: operā: laborē: diligentiā ad amplitudinē tuā cōferamus; ita facillime reip. quæ mihi carissimā est. & amiciciæ nostræ quā sanctissime nobis colendā puto me intelligo satisfacturū. ℂ Libro. x. Epistola. i. Si quid erit in quo me interesse necesse sit: nunq̄ deero: ne cum periculo quidem meo dignitati tuæ. In his autē quæ nihilominus ut ego absim confici possunt. peto a te ut rationem habere uelis & salutis & dignitatis meæ. ℂ Epistola. ii. Quare hoc unū tibi psuade: quātū uiribus eniti: cōsilio prouidere: autoritate monere potero: hoc omne reip. semp futurū. ℂ Epistola. iiii. Immortales ago tibi gratias: agāq; dum uiuā. nā relaturū me affirmare nō possum: Tātis. n. tuis officiis nō uideor mihi respōdere posse: nisi forte ut tu grauissime disertissimeq; scripsisti: ita sensurus sis. ut me referre gratiam putes. ℂ Epistola. xi. Quanq̄ gratiarum actionem a te nō desiderabam: cū te re ipsa atq; animo scirem esse gratissimū: tamē (fatendum est enī) fuit ea mihi periucunda. sic enim uidi: quasi ea quæ oculis cernuntur me a te amari. dices q̄d antea: semper equidem: sed nunquā illustrius. ℂ Epistola. xix. Facere nō possum quin in singulas res meritaq; tua tibi gratias agam. sed me hercle facio cum pudore. Neq; enim tanta necessitudo: quātam tu mihi mecū esse uoluisti: desiderare uidetur gratiarū actiones. neq; ego libenter pro maximis beneficiis tuis: tā uili munere defungor orationis: & malo præsens observantia: indulgentia: assiduitate: memorem me tibi probare: q̄ si mihi uita contingerit: omnis gratas amicicias atq; etiā pias propinquitates ui tua observantia: idulgentia assiduitate uincā. Amor enī tuus ac iudiciū de me utrum mihi plus dignitatis in perpetuum: an uoluptatis quottidie sit allaturus non facile dixerim. ℂ Epistola. xxiiii. Tuū est hoc munus. tuæ partes: a te hoc ciuitas. uel omnes potī⁹ gētes non expectant solum. sed etiā postulant: q̄q̄ cū hortatione nō egeas: ut supra scripsi. nō utar ea plu ribus uerbis. faciā illud q̄ meū est. ut tibi oīa mea officia: studia: curas: cogitationes pollicear: quæ ad tuam laudem & gloriam pertinebunt. Quamobrem uelim: tibi ita persuadeas: ut me cū reip. causa quæ mihi uita mea est carior: tum q̄ tibi ipse fauēā tuāq; dignitatē amplificari uelim: me tuis optimis consiliis amplitudine gloriæ nullo loco defuturū. ℂ Li. xi. Epistola. v. Ultro se offerūt omnes: tantus ardor occupauit animos hoium desiderio libertatis: odioq; diutiæ seruitutis. ℂ Epistola. viii. Tantū me tibi debere existimo. quātū psoluere difficile est. ℂ Epistola. xi. Iam nō ago tibi gratias: qui enim re uix referre possum huic res nō patit satisfieri. ℂ Epistola. xiii. Trebatio nostro magnas ago gratias: q̄ tuū erga me animū simplicē atq; amicū apuit: & q̄ cum quē semp dilexi: quo iure magis colere atq; obseruare deberē fecit. ℂ Epistola. xxvii. Gratū etiā illud q̄ mihi tuo nomine gratias agendas nō putas. nec. n. inter nos facere debemus. ℂ Li. xii. Epistola. xxvii. Ego quæ ad tuā dignitatē ptinere arbitrabor: summo studio diligentiaq; curabo. in primisq; tuebor oī obseruātia. clarissimū uirū patrē tuū: q̄ & pro uetustate necessitudinis. & pro beneficiis nostris & p dignitatē ipsi⁹ facere debeo. ℂ Li. xiii. Epistola. lxx. Initio ille orationis sue uobis maximas ut debuit. deinde etiā mihi gratias agit: q̄ ei per magnū & perhonorificum uidebatur senatui populoq; Romano tanteæ curæ esse salutē suā: meq; tantam diligentiam adhiberent & mea fides & commēdationis uestræ autoritas pspici posset libro. xv. Epistola. ii. Et hæc satis ex Tullio. Gaspa. Perga.

Ad Idem.

Siquid uero erit in quo possim patriæ prodesse: nō solum omnes labores fortiter pro illa suscipiam: sed etiam omnes molestias & solicitudines æquo animo pro salute plublica feram: & satis fructus percepisse ex laboribus & studiis meis arbitror. si nostram remp. q̄ optimam & amplissimam posteris nostris una uobiscū reliquero. Gasparinus pergamensis. ℂ Si ea in me esset uel autoritas: uel facultas: ut malis uestræ reip. mederi possem: nullum certe laborem aut periculū pro cōmuni salute fugerē. Gaudebam me illud a patria ipetrasse. ut p multis laboribus ac maximis periculis. quæ sæpenumero pro publica salute perpessus fueram: aliquando ocio ac quiete donatus essem: licetq; mihi cū diu inter fluctus & tempestates eius uersatus fuissem: tādē rebus meo labore cōpositis in portu quiescere: sed postq̄ eo peruentū est: ut uel ego non possim in hoc meo ocio: uel illa non possit in pace esse: nō deseram hoc in extremo tēpore illā qui omnē superiorē uitā semper in laboribus ac periculis pro salute eius exercui. Siquid uero erit. quod uel in senatu. uel apud populū gerere pro tua cōmoditate poterit. habebis me tibi sūmum amicū. & quo pro tuo iure in oibus rebus tuis

libere utaris. Sigd erit in quo meo possim officio ti-
bi placere: cognosces me ita rebus tuis amicum esse
ut beniuolentia nemini tuorum cedā. Siquid est quod
pro tua fœlicitate possit a me: uel consilio: uel manu
fieri: libenter omnē laborē atq; omnia pericula pro
tua salute adhibebo. Siquid est quo possim tibi ali-
quo studio: uel opera mea pdesse. omnia bono ani-
mo faciā: quæ usui tuo esse intellexero. Ego tibi om
ne studium meum polliceor. & quantum in me erit
perficiam. ne quisq̄ hominum ea re tibi succenseat.
Non minus in periculo rerum tuarū laborarē (mi-
hi crede) q̄ soleo cum de capite & fortunis meorum
agitatur. Tantum tibi bene esse cupio: ut non ma-
gis desiderem me esse incolumē: q̄ te saluum. Nam
quicquid poterit: a me ullo studio aut cura fieri: to-
tum id libenter suscipiam. satisfaciamq; expectatio-
ni omnium. Satis autem præmii consecutū me esse
arbitrabor si meo aduentu cognouero tantū incen-
dium extinctū esse. Siquid aūt erit in quo mea ope-
ra possit tibi pdesse: senties me nō solū paratū. sed
etiā maxime cupidū ad omnia quæ tibi cōmode ac-
cedant. Tibi uero plurimum debeo: qui pro tua be-
niuolētia de his rebus quas maxime audire optabā:
certiorē me ante omnes fecisti. Ego te omni carita-
te ac beniuolentia prosequar: & ut animo in te affe-
ctus sum: nunq̄ possem immutare iudiciū: quod se-
mel de te feci. sed non possum nō audire quando ali
quid per tuos inimicos: uel potius inuidos de te mi
hi refertur. qui si intelligerent quid gratiæ apud me
consequerētur: curarent aliis moribus q̄ istis se pro-
batos esse. ego autem ne dubites quantū animo eni-
ti potero tantū efficiam: ut de nulla re sæpius cogi-
tem: q̄ ut ea semper faciā: quæ te uelle atq; expetere
intelligā: cætera fortunæ aut imprudentiæ assigna-
bis. siquid erit in quo tuis immortalibus in me offi-
ciis quātum oporteret satisfacere non uidear. Liben
ter in omnibus negociis quæ pertinere ad te cogno
sco omnem laborem meum: curā: atq; studiū consu
mo. Neq; hæc a me scribuntur quia uelim te ullam
mihi gratiā debere: cui toto merito iam dudū om-
nia debeo. Ita enim de me es meritus: ut nihil tantū
sit q pro te suscipere ac profiteri non debeā. Siquid
ergo est quod in tuā gratiā a me fieri possit. id in so
lum nō antecessum accipies. Cogita nullā tenuē ar
duam esse: quā nō puto esse leuissimā: modo aliquo
loco intelligā officiū meū tibi prodesse. Fac ergo ut
sæpe de rebus tuis ad me scribas: nec me permittas
esse ociosum. Tunc enim me maxime a te diligi pu
tabo: cum magnum aliquod & quod in tuam rem
sit persæpe mihi imposueris. Si causa Pomponii in
re defendi poterit: nihil omittā q in rem eius futu-
rū sit. Sin aūt iniqua erit: neq; eius necessitudo neq;
familiaritas. quæ mihi uetus est cum illo: plus apud
me poterunt q̄ æquitas & iusticia. Nec arbitror te
pro Pomponio quicq̄ nisi quod bonū sit & æquū ro
gare hāc rē: quo animo sum in omnes affectus. etiā
sine cuiusq̄ pcibus ultro eram illi pstiturus. Quod
instat in rebus tuis curabo: ne in posterum sis ampli
us in his incōmodis in quibus adhuc fuisti. Mitto au
tem ad te paucas pecuniolas. donec melius p me &
amicos nostros prouidebitur. Noli ergo quæso de
amicis tuis desperare. Ego ut de me ipso dicā: consti
tui nullo pacto me abundante. ulla te rerum fami-
liariū copia laborare. Idem omnes qui te prius ama
bant sentire de te iudico. Ne ab hominibus te deser-
tum iudices. ego quē forte in numero amicorū nō
habebas polliceor tibi opā meā: & q illi nō sine sce-
lere neglexerūt: ego paratus sum defensionē tuā su-
scipere. tu me admonebis quibus adiumentis opus
tibi sit: & ego neq; pecunia mea: neq; consilio deero
Si adiumētis de quibus ad me scripsisti instructa est
causa tua. nihil est quod a te dubitandū censeā. Ego
enim quātum ad me attinebit: perspiciā ne mea ne-
gligētia ullū ad te incōmodū ueniat. tuū erit uidere
ut cū optimā causam habeas: nō ipse tibi defuisse ui
dearis: & post rem iudicatā uenias: ne tibi aliquid si-
mile accidat his qui de rebus præteritis in cōsiliū ue
niunt: & post tēpestatē cogitant qua ratione possit
occurri periculis quæ iā sunt pterita. Si meo aliquo
officio poterit sedari odiū Antonii & Hortensii: nul
lo certo labore ac periculo desinā: donec oia cōposi-
ta sint & quieta. Video eni hāc rē totā conflatā esse
paucorum hominum uicio: quibus ciuitatis honor di
splicet. Cupio aliquid accidere q in tuā rem sit (Nā
id nullo pacto uellē cum tuo incōmodo ueuire) in
qua re possem tibi gratiā referre: spero intelligeres
nihil a me ullo tēpore maiori studio susceptū. q̄ ut
gratiā quā tibi immortalem habeo: re ipsa probarē.
Tanta sunt in me tua merita: tantus beneficiis tuis
cumulus accessit: ut non dico ad referendam gratiā:
sed ne satis ad dicendum quidem meo iudicio par ti
bi esse possum: Illud autem magis pro tua natura q̄
merito meo considerabis quāto affectu atq; beniuo
lentia: nō quibus facultatibus ad referēdam tibi de-
bitam gratiā magno animo ac studio paratus sum.
Posteaq̄ togā a patre sumsi: nullā ego rē putaui ma
iori studio custodiendā: q̄ ut aduersus eos gratus ui
derer: a quibus plurima & maxima beneficia susce-
pissem. Nolim igitur illis credas: qui ut animum tu
um a me remoueant: conātur tibi persuadere nunq̄
me habiturum tuis beneficiis gratiam. Ita enim ui-
tam institui ut ab his quibus aliquid deberem: nun-
quam possem iure accusari. Habeo tibi quas debeo
gratias: qui me fecisti participem rerum quæ uobis
prospere cesserunt. Gaudeo plurimum & tibi grati
as habeo: q me ex multis delegisti apud quem tuas
curas deponeres. Nam cum pluribus aliis signis: tū
etiam isto me ualde amari a te iudico. Cætera quæ
ad consolationem tuam pertinent: tu ipse melius ut
spero tua uirtute: q̄ litteris meis perficies. Quod ad
referendas gratias semper attentus fueris: facis rē
& tuis moribus: & te dignam. Magnas habeo natu
ræ tuæ gratias: q nihil est quare causæ meæ diffi-
dam. Nullum officium est quod magis necessari-
um ducam q̄ his gratificari a quibus bene accepti su
mus. Scribam ergo ad amicos nec ullum gratiarū
genus prætermittam. Postq̄ enim res mea studio
eorum in tuto est locata: nihil est quod a me illorū
officio satisfieri possit. sed faciam intelligant nul-
lum me finem quoad uiuā huic maximo beneficio
eorum

corum facturum. Tibi uero maximas gratias ha be
rem: si paulo modestius me corrigeres quãquã pa-
terne a te dici scio. Curabis autẽ si tibi uidebitur oĩa
mea ut olim fecisti: & ego dabo iterim operã: ut me
talem efficiã: cui inimici mei inuideãt. & amici gra-
tulẽtur. Sic ex capitulo discessum est ut publice mi-
hi omnes hoc officium iniungerẽt: quod tibi pro se
omnibus gratias in gentes dicerem: sed cũ ego mul
to maiores pro causa mea tibi debeam: ita ꝑ utrisq;
tibi gratias ago. ut nunq̃ uel ꝑ uolũtate mea: uel ꝑ
tuis meritis: satis tibi cumulatas gratias posse refer
re uideor. Hæc ex Gasparino. ¶ Quod si unicũ be-
neficiũ abs te accepissem: agerem nunc tibi gratias
multis uerbis. sed sunt tot & tam ampla quæ in me
contulisti: ut si uerbis satisfacere uelim: stultissimus
sim existimandus. Itaq; nõ agã tibi gratias: sed sem-
per habebo. referã uero libenti animo. si quando fa
cultas dabit. Leo. Aretinus. ¶ Si pro honore quẽ
hodierno die præstantissimi uiri in hoc meo reditu
mihi impendistis uobis gratias cõdignas agere uel
lem. longior mihi q̃ ratio temporis postulat haben
da esset oratio. Nã summa humanitas uestra & sin-
gularis beniuolentia in meo aduentu celebrãdo per
uos adhibita: maiorem quandã uerborum copiam
requirit. tẽpus autẽ admonet ut breuitati potius cõ
sulam. q̃ aut uestro merito aut meæ uoluntati. nã si
illis a quibus aliqua nobis cõmoda perueniũt & age
re & referre gratias solemus. nisi ingrati esse uelim⁹
certe maiore quodã uinculo obligamur ad agendas
& etiã referendas illis qui honore aliquo. qui est ho
mini maxime optandus: nos celebriores reddere ni
tuntur. itaq; q̃ datur ad præsens. gratias uobis ago:
nõ quãtas meretur uestra in me ornãdo benignitas
sed quãtas ingenii mei facultas cogitatione comple
cti potest. Utinã det mihi occasio qua pro meo de-
siderio possum gratias referre. ac uestro in me bene
ficio respondere. accumulatissime eni uobis satisfa-
cerem. Uerum id q̃ nunc præstare possim, me parẽ
tes: cõsanguineos meos: & quicquid in nobis est: aut
opis aut facultatis offerro ac polliceor uobis: quib⁹
altissimus fælicẽ uitã concedat. Ita Poggius Florẽti
nus in quadã oratione in sua reuersione. ¶ Cũ diu-
tius mecũ ipse cogitarẽ præstãtissime pater: quoniã
maxime modo tuis erga me meritis singularib⁹. ali
qua ex parte gratias referrem: nihil sane occurrit in
quo uel minime portiunculæ tuoꝝ in me beneficio
rum: quæ quidẽ permaxima existunt: posse uidear
respondere. Quid eni mediocris ingenii uir: mini-
meq; opulẽtus. & hoc mediocri rerũ statu quo frui-
mur in eum conferre potest qui sua uirtute: uigilan
tia: integritate: & summa in agẽdis prudẽtia: amplis
simã dignitatẽ: præcipuũ apud pontificẽ locũ: sum
mũ honorẽ. summũ in ecclesiastica rep. gradũ fue-
rit consecutus. Equidem præter merã uoluntatẽ ni-
hil reliquũ esse uideo concessum: cũ meæ facultates
ita in artũ cogantur: ut nihil ex eis te dignum quear
prodire. Uerũ cũ a nobis nõ amplius requiri debe-
at. q̃ quantum aĩo atq; opere possumus cõtendere.
postq̃ referẽdi beneficii sublata est facultas: statui in
eo qđ datur saltẽ grati animi signũ aliquod præ me
ferre: ex his quidẽ res erit: sed tua in me quæ summa
est beniuolentia rẽ paruam maiorẽ reddet sua existi
matione: præsertim cũ ab hoie tibi deditissimo pro
ficiscatur. Suscipies igitur æquo ut soles animo mu
nusculũ hoc a mente tibi amicissima profectũ: quod
licet exiguum iudicandũ uideatur. tua tamẽ cõmen
datione maiorẽ suscipiet dignitatẽ quoniam rerum
precium: tum ex animo dantis: tũ uero eius qui reci
pit. iudicio perpendi consueuit. Uale mei memor.
Idẽ Poggius. ¶ His atq; aliis tuis princeps dignis- D
sime ornamẽtis allectus: iã dudũ ad te ire constitui:
ut siqd ingenio: doctrina: aut industria ualerẽ: id tua
in re quodã mõ uti posses: quasi re quadã tibi dedita
ꝑ diui tui parentis in omnes meos imortalibus be-
neficiis. Ego autẽ ut de me aliqd a me ipso itelligas:
usq; huc sacre poesis & humanitatis studii meã oẽm
operã nauaui. in qbus siquid euasisse me forte sense
ris: id quantillũ est tuæ laudi: tuæq; gloriæ oblatum
atq; dedicatũ est scias: idq; a me munusculũ: quod ta
men tanti est quanti tu feceris suscipias foueasq; te
rogo atq; obsecro tũ illũ iclytũ Macedoniæ regẽ Ale
xandrũ imitatus: quippe qui maiores lõge gratias
agere solitus erat his qui beneficia acciperent q̃ qui
beneficia tribuerẽt. Antonius Panor. ¶ Habemus E
itaq; tibi uni imortales gratias: ac maxime te ipsum
nõ tantũ perpetuis in nos omnes ꝑ meritis: sed etiã
pro tot regiis uirtutibus tuis diligimus & admira-
mur: obsecramusq; rex clarissime: ut qua caritate ac
beniuolẽtia semp hoc regnũ tuũ excoluisti: eadem
utrũq; nostrũ diligas & dignos grã tua iudices. Nos
eni rex mitissime quod possumus. hoc tibi auidissi-
me pollicemur. nunquam tuorum in nos beneficio
rum immemores futuros: sed omni cura studio ac
diligentia semper ea facturos: quæ uel ad conser-
uationem tui status: uel ad diuturnitatem nominis
tui pertinebũt. Idem. Antonius Panor. Siquid præ
terea erit quod desideres: iubebis & ut summo stu-
dio exequar. Me enim ob singularia tua erga me
merita. sicuti mollissimam ceram ad tuum arbitri-
um tractare & flectere potes. ¶ Nicolaus Perroti. F
Porro autẽ uos niet quantuli sumus tibi offerrem: su
peruacuum esse ducerem: quasi te ipsum tibi offer-
re. Siquid autem uideris aut per nos aut per ami-
cos quos hic habemus fieri posse. uigilãter insuda-
bimus: ut tibi semper inseruiamus. Gabriel Tegla-
tius. ¶ Siqd est in manibus: ut mihi coram factuꝝ G
recepisti: & si quid est quod me uelis cum domino
Sanctæ: utere me tuo iure: quoniam omnibus ne-
gociis dignitati tuæ fauere institui. & si secus q̃ tua
dignitas postularet a tergo dixerim: ignoscas quæ
so. Nam tua uirtute es tantum & dignitatis & au-
toritatis pauloante consecutus: ut difficilius sit titu
li exitus q̃ principium reperiri. Leo. Bottus. ¶ Re H
liquum est ut quæ tibi munuscula sum facturus ea ꝑ
tua munificẽtia libenter accipias. Nam ut Artaxer-
xes præstantissimus rex persaꝝ dicere solitus tra-
ditur. Non regale minus atq; humanum est in ipso
imperatore & rege accipere parua munuscula: q̃
ingentia munera elargiri. Ego enim rex optime at-
que maxime Federice imperator. quod unum ha-

beo. me unum tibi dono totum. do ac dedo si quid aliud mihi aut maius aut illustrius extitisset. id sacro sanctæ maiestati tuæ multo alacrius obtulissem.

A ¶ Frãciscus Philel. Cæterum his in calamitatibus quæ nam mea sit in re sentẽtia. tuū uelim iudicium apertissimū esse. tametsi parū opibus & auspiciis ualeā. tñ tibi obnixissime polliceor me i primis dignitati. rei. famæ: saluti: opera cõsilio: studio. diligẽtia: cura quoad me fieri poterit: nūq̄ me defuturū. Bal. Rasinus. ¶ Sūmum deniqꝫ mihi fuerit studiū. quicquid tuā respicere dignitatẽ olfecero moliri perdiligenter cuius me studiosissimum quoad sperandi facultas erit profecto intuebere. Idẽ. ¶ Neqꝫ illud te clam esse uelim quicq̄d officii: diligentiæ: studii: meam in ædiculā antehac cõtuleris: ipsa si fortuna fautrix unqnam extiterit: me quidẽ memoriter retenturum. Sin uero tandẽ pernimiū me fata oppressērint omnemqꝫ parauerint inediā. ꝙ sors mihi acerbissima minime poterit auferre. meū saltẽ aīum tibi tuisqꝫ rebus sedulo hærentẽ. intuebere. Idẽ. Bal. ¶ Tristificis cum mœroribus. tua quos perpetior causa meisqꝫ tum recentibus negociis. complura ad te in præsentia scribere certe prohibeor: Vt tandem nostræ satis necessitudini facere possim. meos in lares te q̄primum recipias uelim: ubi quicquid natura uel fortuna. aut q̄uis etiā animi solertia sum assecutus itegrā eius tibi societatẽ ultro polliceor. doqꝫ fidẽ tuis me rationibus & fortunis meos donec artus alet spirit⁹: nullo unq̄ pacto defuturū. Idẽ. Bal. Rasinus. Et hæc quoad hanc partẽ sat erunt. In aliā nunc prouinciā nostrum referamus pedem.

Cõmẽdaticiæ: ubi scilicet nosipsos: aut alios amico cõmendamus. M. T. C. clausulæ incipiunt.

B Vlo trebonio quin in tua prouincia magna negocia & ampla & expedita habet: multos annos utor ualde familiariter. Is cū antea semper & suo splendore & nostra cæterorūqꝫ amicorum cõmendatione gratissimus in prouincia fuit: tum hoc tempore propter suum in me amorem nostrāqꝫ necessitudinẽ: uæhemẽter cõfidit his meis litteris se apud te gratiosum fore. Quæ ne spes eū fallat uæhementer te rogo: cõmendoqꝫ tibi omnia eius negocia: libros: procuratores: familiam. In primis ut quæ Titus Apius de eius te decreuit: ea comprobes: omnibusqꝫ rebus eū ita tractes. ut intelligat meam commendationem non uulgarem fuisse. libro primo. Epistola tertia.

C ¶ Fabio uiro optimo & hoie doctissimo familiarissime utor. mirificeqꝫ eum diligo: cū ꝓpter summū ingenium eius summamqꝫ doctrinam: tum propter singularem modestiam. Eius negociū sic uelim suscipias: ut si esset res mea. Noui ego uos magnos patronos: hominẽ occidat oportet: qui uestra opera uti uelit. Sed in hoc homine nullā accipio excusationem. Oia relinques si me amabis: cum tua opera Fabius uti uolet. Ego res Romanas uæhementer expecto: & desidero. In primisqꝫ quid agas scire cupio Nā iamdiu propter hiemis magnitudinẽ nihil noui ad nos afferebat. libro secūdo. Epistola. xv. ¶ Extremū illud erit: nos nihil turbulenter: nihil temere faciemus. te tamen oramus quibuscumqꝫ erimus in terris ut nos liberosqꝫ nostros ita tueare: ut amicicia nostra: & tua fides postulabit. Epistola. xvi. ¶ Nā quod ad me Curius consobrinus tuus ut scis mihi maxime necessarius: ꝙ itẽ consul Virgilius propinquus tuus familiarissim⁹ noster de te accuratissime scripsit. ualet id q̄dẽ apud me multū. sicut debet hominū amicissimorū diligens cõmendatio. Epistola ultima. ¶ Lentulum Valerium iurisconsultū ualde tibi cõmendo: sed ita etiam si non est iurisconsultus (melius enim ei cauere uolo q̄ ipse aliis solet) ualde hominẽ diligo: est ex meis domesticis atqꝫ itimis familiaribus. omnino tibi gratias agit. sed idem scribit meas litteras maximum apud te pondus habituras. id eū ne fallat etiam atqꝫ etiā rogo. libro tertio. Epistola prima. ¶ Et si statueram nullas ad te litteras mittere nisi commendaticias: non quo eas intelligerem satis apud te ualere: sed ne his qui me rogarent aliquid de nostra coniunctione immutatū esse ostenderem. tamẽ cum. T. Pomponius homo omnium meorum in te studiorum & officiorum maxime cõscius: tui cupidius: nostri amantissimus ad te proficisceretur: aliquid mihi scribendū putaui præsertim cum aliter ipsi Pomponio satisfacere nõ possem. ego si abs te summa officia desiderem: mirum nemini uideri debeat. omnia enim a me in te profecta sunt quæ ad tuum cõmodum quæ ad honorem: quæ ad dignitatem pertinerent: pro his rebus nullam mihi abs te relictam esse gratiā. tu es optimus testis. Ipsum autẽ Pomponiū ita tibi cõmẽdo ut q̄q̄ ipsius causa confido te facturum esse omnia. tamen abs te hoc petā. ut siq̄d in te residet amoris erga me: id omne in Pomponii negocio ostendas. hoc nihil gratius facere potes. libro. v. Epistola. v. ¶ Si tuā cõsuetudinẽ in patrociniis tuendis seruas. P. Vatinius cliens aduenit: qui pro se causam diciet uult: nõ puto repudiabis in honore: quem in periculo recepisti. Ego autem quem potius adoptem: aut inuocem q̄ illum quo defendente uincere didici? An uerear ne qui potentissimorum hominū conspirationẽ neglexerit pro mea salute: is ꝓ honore meo pusillorum ac maliuorū obtrectationes & insidias nõ ꝓsternat atqꝫ obterat? Quare si me sicut soles: amas: suscipe me totū: atqꝫ hoc quicquid est oneris ac muneris pro dignitate mea tibi tuendum ac sustinendum puta. Epistola. ix. ¶ Nihil est mi Cicero: ꝙ filium meum expectes. adolescens est: omnia excogitare uel studio: uel ætate: uel metu non potest. totū negocium sustineas oportet. in te mihi omnis spes est. Tu pro tua prudentia: quibus rebus gaudeat: q̄bus capiat̃ Cæsar tenes: A te omnia proficiscãtur: & pro te ad exitū deducantur necesse est. Apud ipsum multum: apud eius omnes plurimum potes. Vnū tibi si persuaseris: nõ hoc esse tui muneris: siquid rogatus fueris ut facias: quanq̄ id magnum & amplū est: sed totum tuum esse onus. omne perficies: nisi forte aut in miseria nimis stulte: aut in amicicia nimis impudenter tibi onus impono. sed utiqꝫ rei excusationem tuæ uitæ consuetudo dat. Nam ꝙ ita consuesti pro amicis laborare: non iā sic sperāt abs

te: sed

te:sed etiã si impetrant familiares tibi.libro.vi.Epi-
stola.vii. ℂ Mitto ad te Trebacium atq; ita mitto:
ut initio mea spõte:post autem inuitatu tuo mittẽ-
dum duxerim. Hunc mi Cæsar sic uelim omni tua
comitate complectare: ut omnia quæ pro me pos-
sis adduci:ut in meos conferre uelis: in unum hunc
conferas:de quo tibi homine hoc spondeo non illo
uetere uerbo meo: quod cũ ad te de Milone scripsis-
sem:iure lusisti. sed more Romano quo modo ho-
mines non inepte loquuntur: probiorem hominẽ:
meliorem uirum:prudentiorem esse neminem. Ac
cedit etiã ꝙ familiã ducit in iure ciuili:singulari me-
moria:summa scientia. Huic ego neq; tribunatum:
neq; præfecturam:neq; ullius beneficii certum no-
men peto:beniuolentiam tuam & liberalitatem pe
to.neq; impedio quo minus:si tibi ita placuerit etiã
hisce eũ ornes gloriæ isignibus. Totum deniq; ho-
minem tibi ita trado de manu (ut aiunt) in manũ
tuam istam & uictoria & fide præstantem. Sumus
enim pudiusculi q̃ per te uix licet:uerum ut uideo li
cebit.libro.vii.Epistola.v. ℂ In omnibus meis epi
stolis quas ad Cæsarem:aut ad Balbum mitto: le-
gitima quædam accessio est commendationis tuæ:
nec ea uulgaris: sed cum aliquo insigni iudicio meæ
erga te beniuolentiæ.Epistola.vi. Ego te commen-
dare non desisto:sed quid proficiã ex te scire cupio.
Spem maximã habeo in Balbo ad quẽ de re diligen
tissime & sapientissime scribo.Epistola.vii. ℂ Fur-
nium nostrum tanti a te fieri: quantum ipsius hu-
manitas & dignitas postulat:nec miror:& gaudeo:
teq; hoc existimare uolo:quicquid in eum iudicii of
ficiiq; contuleris:id ita me accipere: ut in meipsum
te putem contulisse. libro.x. Epistola.i. ℂ Quod
mihi tuam dignitatem cõmendas eodẽ tẽpore exi-
stimo te mihi meam dignitatem commendare:quã
me hercule non habeo tua cariorẽ. Quare mihi gra
tissimũ facies: si exploratum habebis tuis laudibus
nullo loco:nec consilium: nec studium meum defu-
D turum.lib.xi.Epistola.vi. ℂ Cum Appio Claudio
summa mihi necessitudo est: multis eius officiis &
meis mutuis cõstituta. Peto a te maiorem in modũ
uel humanitatis tuæ:uel mea causa:ut eũ autoritate
tua quæ plurimũ ualet conseruatũ uelis. Volo te cũ
uir fortissimus sis:cognitus etiã clæmentissimũ exi-
stimari: magno tibi erit ornamento nobilissimum
adolescentem beneficio tuo esse saluum: cuius qui-
dem causa hoc melior debet eẽ: ꝙ pietate adductus
propter patris restitutionem me cum Antonio cõ
iunxit. Quare & si minus ueram causam habebis: ta
men uel probabilem aliquam poteris inducere. Nu
tus tuus potest hominem summo loco natum sum
mo ingenio:summa uirtute officiosissimum:præte
rea etiam gratissimũ incolumẽ in ciuitate retinere:
quod ut facias ita a te peto:ut maiore studio:magis-
ue ex animo petere nõ possim. Epistola.xxii. ℂ T.
pinariũ familiarissimum meũ tibi tãto studio com-
mendo:ut maiore non possim:cui cũ ꝓpter omnes
uirtutes:tum etiã ꝓpter studia cõmunia sum amici
simus. Is procurat rationes negociaq; Dionysii no-
stri quem & tu multum amas:& ego omnium plu-
rimum. Ea tibi ego non debeo commendare:sed cõ
mendo tamen. Facias igitur ut ex pinarii gratissi-
mi huminis litteris:tuum & erga illum:& erga Dio
nisyum studium perspiciamus liberalius. libro.xii.
Epistola.xxiiii. ℂ Quintus Curius qui in Africa ne
gociatus est:uir bonus & honestus hæredes fecit si-
miles sui Gn. Saturnium:sextum Aufidium. G. an-
neum ex eorum oratione intellexi gratiarum actio
ne eos magis egere q̃ commendatione. Tanta eñi li
beralitate se tua usos prædicabãt. ut his plus a te tri-
butũ intelligerem q̃ ego de te audirem rogare:aude
bo tamen. scio enim quantum ponderis mea com-
mendatio sit habitura. quare a te peto: ut ad eam li-
beralitatẽ qua sine meis litteris usus es: q̃ maximus
his litteris cumulus accedat. Epistola.xxv. ℂ Te mi
Cornifici etiam atq; etiã rogo: ut omnia Lamiæ ne
gocia mea putes esse:curesq; ut intelligat hanc com
mendationẽ maximo sibi usui fuisse. hoc mihi gra-
tius facere nihil potest. Epistola.xxviii. ℂ Aulũ Fu
sium unũ ex intimis meis obseruantissimũ studiosis
simumq; nostri:erudentissimũ hominẽ: & summa
humanitate tuaq; amicicia dignissimũ uelim ita tra
ctes ut mihi corã recepisti. tam gratum id mihi erit
q̃ qđ mihi gratissimũ. Ipsum ꝑterea summo officio
& summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxe-
ris. libro.xiii. Epistola.iii. ℂ Cũ municipibus uola
teranis mihi summa necessitudo est. Magno enim
meo beneficio affecti cumulatissime mihi gratiam
rettulerunt. Nã nec in honoribus meis laboribusq;
unq̃ defuerunt:cum quibus si mihi nulla causa inter
cederet:tamẽ ꝙ te uæhementissime diligo: q;q; me
a te plurimi sentio fieri:& monerem te & hortarer:
ut eorum fortunis consuleres:præsertim cum pro-
pe præcipuam causam haberent ad ius obtinendũ.
Illud uero dubitare non debes:quin tã graue:tã fir-
mum:tam honestum municipium tibi summo be-
neficio in perpetuum obligari uelis. Gratissimum
igitur mihi feceris: si uolateranos omnibus rebus
integros incolumisq; esse uolueris. Eorum ergo do
micilia:sedes:rem:fortunas: quæ a diis immortali-
bus & a præstantibus in rep. nostra ciuibus:summo
senatus populiq; Romani studio conseruatæ sunt:
tuæ fidei:iusticiæ:bonitatiq; cõmendo. Si pro meis
pristinis opibus facultatem mihi res hoc tempore
daret:ut ita defendere possem uolateranos: quem-
admodum consueui tueri meos: nullum officium:
nullum deniq; certamen: in quo illis prodesse pos-
sem:prætermitterem. Sed quando apud te nihilo-
minus hoc tempore ualere me confido:q̃ ualuerim
semper apud omnes pro nostra summa necessitu-
dine:pariterq; inter nos & mutua beniuolentia abs
te peto:ut ita de uolateranis mereare ut existiment
te eum quasi diuino consilio isti negocio præpositũ
esse:apud quem unum nos eorum perpetuũ defen-
sores plurimũ ualere possemus. Epistola.iiii. ℂ Sed
mihi minus libet multa de æquitate rei scribere: ne
eã potius apud te ualuisse uidear q̃ gratia. Quãobrẽ
te maiorem in modum rogo:ut. G. Curtii rẽ: meã
putes esse. Quid mea causa faceres ut id. G. Curtii
causa cũ feceris:meũ existimes qđ ille per me habue

rit:id me habere abs te putato . hoc te uæhementer
etiam atq; etiam rogo.Epistola quinta. ¶ Peto a te
maiorem in modũ pro nostra necessitudine : ut ea
res tibi curæ sit:operamq; des ut per te q̃commodis
sime negocium municipii administretur : q̃primũ
conficiatur: ipsosq; quorum nomina scripsi: ut q̃ho
norificẽtissime pro tua natura & q̃liberalissime tra
ctes.bonos uiros ad tuam necessitudinem adiunxe-
ris . municipiumq; gratissimum beneficio tuo de-
uinxeris.Epistola decimasecunda. ¶ Ea est eni Mar
cus Curius humanitate & obseruantia. ut eum tibi
iam ipsum per se commendatum putẽ. quod tamẽ
si ita est:magnopere a te quæso:ut ad eã uoluntatẽ.
siquam in illum ante has meas litteras contulisti: q̃-
maximus postea commẽdatione cumulus accedat.
sin autem propter uerecundiam suam minus se tibi
obtulit:aut nõdum eum satis habes cognitum . aut
quæ causa est.cur maioris commendationis indige-
at . sic tibi eum commendo : ut neq; maiore studio
quenq̃. iustioribus de causis commendare possim.
faciamq; id quod debent facere ii qui religiose & si-
ne ambitione commendant . spondebo enim tibi :
uel potius spondeo:in me meq; recipio eos esse.M.
Curii mores.eamq; tum probitatem : tum etiã hu-
manitatem.ut eum & amicicia tua. & tam accurata
commendatione si tibi sit cognitus. dignum sis exi-
stimaturus.mihi certe gratissimum feceris: si intel-
lexero has litteras tantũ quantum scribens confide-
bam apud te põdus habuisse.Epistola.xviii. ¶ Cũ
Lisone patrensi est mihi quidem hospicium uetus.
q̃ ego necessitudinem sancte colendam puto.sed ea
causa etiam cum aliis compluribus familiaritas tan
ta nullo cum hospite.& ea cum officiis eius multis.
tum etiam consuetudine quottidiana sic est aucta:
ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius.Hũc igi
tur Lisonem . quem ego uirum optimum gratissi-
mumq; cognoui: recipias in necessitudinem tuam.
quod si feceris non dubito quin in eo diligendo:cæ-
terisq; postea commendandis idem quod ego sis iu
dicii & uoluntatis habiturus:quod tum fieri uæhe-
menter studeo:tum etiam illud uereor: ne si minus
cumulate uidebere fecisse aliquid eius causa: me ille
negligenter scripsisse putet.nõ te oblitum mei quã
ti enim me faceres: tum ex sermõibus quottidianis
meis:tum exemplis etiam tuis potuit cognoscere.
Epistola.xx. ¶ Asclapone patrensi medico utor fa-
miliariter:eiusq; tum consuetudo mihi iucũda fuit:
tum ars etiam quã sum expertus in ualetudine meo
rum in qua mihi tum ipsa scientia:tum etiam fideli
tate beniuolentiaq; satisfecit. Hunc igitur tibi com-
mendo & a te peto.ut des operam ut intelligat dili-
genter me scripsisse de sese:meamq; commendatio-
nem usui magno sibi fuisse. erit id mihi uæhemen-
A ter gratum.Epistola.xxi . ¶ Cum antea capiebam
ex officio uoluptatẽ : q; meminerã q̃ tibi diligenter
Lisonẽ hospitẽ & familiatem meũ cõmendassem:
tum uero postea q; ex litteris eius cognoui eum ti-
bi falso suspectũ fuisse uæhemẽtissime lætatus sum:
me tam diligentẽ in eo cõmẽdando fuisse.Ita enim
scripsit ad me sibi meam commendationem adiu-
mento fuisse:& omnia mihi tua & facta & dicta lau
dabat.Quapropter & si a te ita tractatur: ut iam nõ
desideret commendationem meam : isq; se litteris
meis omnia consecutum putet : tamen a te peto in
maiorem modum:ut eum etiam atq; etiam tuis of
ficiis liberalitate complectare.Scriberem ad te qua-
lis uir esset:ut superiorib⁹ litteris feceram nisi cũ iã
per seipsum tibi satis esse notum arbitrarer.Episto-
la.xxv. ¶ Te mihi Plance pro paterna necessitu-
dine.pro nostro amore.pro studiis ; & omni cursu
nostro totius uitæ simillimo : rogo: & a te ita peto
ut maiore cura : maiore studio nullo modo possim
ut hanc rem suscipias:meam putes esse: enitare con
tendas:efficias ut mea cõmẽdatione:tuo studio Cæ
saris beneficio hæreditatem propinqui sui.C.capi-
to obtineat.Epistola.xxx. ¶ Gaio Flauio honesto B
& ornato uiro equite Romano utor q̃familiariter.
Fuit enim generi mei. Gn. pisonis pernecessarius:
meq; diligẽtissime obseruat & ipse &.L. Flauius fra
ter eius.Quapropter uelim honoris mei causa: qui
bus rebus honeste & pro tua dignitate poteris q̃ho
norificentissime: & q̃liberalissime Gaium Flauium
tractes.Id mihi sic erit gratum: ut gratius esse nihil
possit.Sed præterea tibi affirmo:neq; ambitiõe ad-
ductus facio:sed tum familiaritate & necessitudine:
tum etiam ueritate:te ex Gaii Flauii officio & obser
uantia & præterea splendore:atq; inter suos gratia
magnam uoluptatem esse capturũ. Epistola.xxxii.
¶ In Alesma ciuitate tam lauta: tanq; nobili coniũ C
ctissimos habeo & hospicio & familiaritate .M.&.
G.Clodium archagathum & Philonum. Sed uere-
or ne quia compluris tibi præcipue commendo exe
quare uideat ambitione quadã cõmendationes me-
as:quanq̃ a te quidẽ cumulate satisfit & mihi & me-
is omnibus. Sed uelim sic existimes hanc familiam:
& hos mihi maxime esse coniunctos uetustate:offi-
ciis:beniuolentia. Quãobrẽ peto a te in maiorẽ mo
dum:his omnibus in rebus quãtum tua fides digni
tasq; patietur commodes.Id si feceris.erit mihi uæ-
hemẽtissime gratũ.Epistola.xxxiii . ¶ Gneo Ota- D
licio Nasone utor familiarissime: ita prorsus ut illi-
us ordinis nullo familiarius . Nam & humanitate
eius & probitate & consuetudine quottidiana ma-
gnopere delector . Nihil iam opus est expectare te
quibus eum uerbis cõmendem : quo sic utat ut scri-
psi . Habet is in prouincia tua negocia quæ procu-
rãt liberti. Hilarius Antigonus demõstratus . quos
tibi negociaq; omnia Nasonis non secus cõmendo:
ac si mea essent. Gratissimum mihi feceris. si intelle
xero hanc cõmendationẽ magnum apud te põdus
habuisse.Epistola.xxxiiii . ¶ Auitũ mihi hospiciũ A
est cũ Lisone:ualdeq; ab eo obseruor : cognouiq; di-
gnũ & patre & auo . Est enim nobilissima familia. B
Quapropter cõmendo tibi rem eius . domũq; ma-
iorẽ in modũ.magnoq; opere abs te peto . cures ut
is intelligat meã cõmendationẽ.maximo sibi apud
te adiumento & ornamento fuisse . Epistola.xxxv.
¶ Luciũ & Gaium aurelios Lucii filios . quibus & C
ipsis & patre eorum uiro optimo familiarissime
utor. Cõmendo tibi maiorẽ in modũ adolescentis
omnibus

omnibus optimis artibus ornatos. meos pernecef-
farios tuaq; amicicia dignissimos si ulla mea apud te
cōmendatio ualuit. quod scio multas plurimum ua
luisse: hæc ut ualeat rogo. Quod si eos honorifice li
beraliterq; tractaris: & tibi gratissimos optimosq;
adolescentes adiunxeris & mihi gratissimū feceris.
D Epistola. xli. ¶ Etsi ex tuis & ex L. opii familiarissi-
mi mei litteris cognoui te memorem cōmendatio-
nis meæ fuisse. idq; pro tua summa erga me beni-
uolentia: proq; nostra necessitudine minime sum
admiratus. tamen etiam atq; etiam tibi. L. opii ab-
sentis negocia cōmendo. Tanta mihi cū eo necessi-
tudo est familiaritasq;: ut si res mea esset: non magis
laborarē. Quapropter gratissimum mihi feceris: si
curaris ut is intelligat me a te tantum amari: quan-
tum ipse existimo. Hoc mihi gratius facere nihil po
tes: idq; ut facias uæhementer te rogo. Epistola. xlv.
E ¶ Quid ego tibi commendē eum quem tu ipse di-
ligis: sed tamen ut scires eum a me non diligi solum
uerumetiam amari ob eam rem tibi scribo: omniū
tuorum officiorum: quæ & multa & magna sunt:
mihi gratissimum fuerit: si ita tractaris Egnatium
ut sciat & se a me & me a te amari. Hoc te uæhemē
F ter etiam atq; etiam rogo. Epistola. xlviii. ¶ Sum-
psi hoc mihi pro tua in me obseruantia quam peni-
tus perspexi quamdiu Brundusii fuimus. ut ad te
familiariter. & quasi pro meo iure scriberem. si qua
res esset de qua ualde laborarem. M. Curius qui pa-
tras negociatur ita mihi familiaris est ut nihil pos-
sit esse coniunctius. multa illius in me officia: multa
in illum mea: & q maximū est: summus inter nos
amor & mutuus. Quæ cum ita sint: si ullam in ami
cicia mea spem habes: si ea quæ in me officia & stu-
dia Brundusii contulisti: uis mihi etiam gratiora ef
ficere q̄q̄ sunt gratissima: si me a tuis omnibus ama
ri uides: hoc mihi datum largire ut. M. Curium sar
tum & tectum (ut aiunt) ab omni incommodo: de
trimento molestia sincerum integrumq; conser-
ues: & ipse spondeo & omnes hoc tibi tui pro me re
cipient ex mea amicicia: & ex tuo in me officio ma-
ximum te fructum summamq; uoluptatem esse ca
G pturum. Epistola. li. ¶ Publium Mescenum equi-
tem Romanum: omnibus rebus ornatum meūq;
perfamiliarem tibi commendo ea commendatio-
ne quæ potest esse diligentissima peto a te & pro no
stra & pro paterna amicicia: ut eum in tuam fidem
recipias: eiusq; rem famamq; tueare. Virum bonū
tuaq; amicicia dignum tibi adiunxeris: mihiq; gra-
H tissimum feceris. Epistola. xii. ¶ Lucius Custidius
est tribulis & municeps & familiaris meus. Is cau-
sam habet: quam causam ad te defert. cōmendo ti-
bi hominē sicut tua fides: & meus pudor postulat:
tantum ut facilis ad te aditus habeat: quæ æqua po-
stulat: ut libente te impetret: sentiatq; meā sibi ami-
ciciam etiam cum longissime absim prodesse in pri
mis apud te. Epistola. lx. ¶ Multos tibi cōmendē
necesse est: quoniā omnibus nostra necessitudo no-
ta est: tuaq; erga me beniuolentia. sed tamē & si om-
nium quos cōmendo uelle debeo: tamen cū omni-
bus non eadē mihi causa est. T. Augusius & comes
meus fuit illo miserrimo tempore: & omnium iti-
nerum: nauigationū: laborum: periculorūq; meo-
rum socius. neq; hoc tempore discessisset a me: nisi
ego ei permisissem. Quare sic eum tibi commendo
ut unum de meis domesticis & maxime necessariis.
pergratū mihi feceris si eum ita tractaris: ut intel-
ligat hanc commendationē sibi magno usui atq; ad
iumento fuisse. Epistola. lxxiiii. ¶ Etsi non dubito I
quin apud te mea cōmendatio prima satis ualeat: ta
men obsequor homini familiarissimo. C. Auiano
Flacco: cuius causa omnia tamen cupio: tum meher
cle etiam debeo: de quo & præsens tecum egi diligē
ter: cum tu mihi humanissime respondisti. & scripsi
ad te accurate antea: sed putat interesse sua: me ad te
q̄ sæpissime scribere. Quare uelim mihi ignoscas: si
illius uoluntati obtemperans. minus uidebor me-
minisse cōstantiæ tuæ. A te illud idem peto: ut de lo
co q deportet frumentum. & de tempore Auiano
commodes: quorum utrunq; per eundem me obti-
nuit triennium. dum Pompeius isti negocio præ-
fuit. Summa est in quo mihi gratissimū facere pos-
sis: si curaris ut Auianus quādo se a me amari putet:
me a te amari sciat: erit id mihi gratū Epistola. lxxvii
Hæc ex Tullio circa commendationem.

Gasparinus Perga.

Ad Idem.

NIhil magis naturæ tuæ cōuenire arbitror K
q̄ ut apud te beneficiorū memoria q̄ lon-
gissima sit: iniuriatum uero breuissima.
Scis nec te latet Metellum sæpenumero
se & opes suas pro te obiecisse magnis periculis. ut
honorem tuum defenderet. cogita nunc ut idem fa
cias: & se ac causas suas commendatas habeas. Nisi
satis nota esset tibi uirtus ac sapientia Metelli. lon-
giori ad te oratione uterer. Sed cum ea res tibi sit no
tissima: non puto aliud præstare nisi ut te oratum
uelim ne causam tuam periclitari patiaris: prositq;
aliquid ei. quod tam claris imaginibus ortum tra-
xerit. Metellus se tibi commendat: rogatq; ut fortu
nas suas tuearis. Ego uero pro causa eius fere ma-
gis laboro: q̄ si res mea ageretur. quare te maxime
oratum uolo ut cum tui ipse semper nobilitatis de-
fensor fueris: huic homini non ignobili faueas: iudi
cesq; nullam ex tuis laudibus maiorem esse: q̄ si a te
homine ornatissimo atq; amplissimo causa sua de-
fensa fuerit. Nec has putes aut illius tantum: aut
meas præces esse. Nemo enim uir bonus est in ciui-
tate qui nō hoc idem maxime a te uelit. Si enim cau
sam eius assumpseris: incredibile est quātam gratiā
apud omnes bonos inuenturus sis. Cum ueterem
in me beniuolentiā tuā sæpe cogito: nihil est quod
de officio tuo dubitē. securo itaq; animo tibi fortu-
nas meas cōmendo. elegiq; te ipsum ex oībus ami-
cis meis: cui me & opes meas potissime crederē. Sū
ma quæ iter nos a pueris usq; necessitudo fuit: & re-
rum pene omnium societas facit: ut maiorem in te
spem habebam: q̄ in aliquo eorum quos postea na-
tos habeam. Cum multi se ultro mihi offerrēt: pol-
licerentur impigre operam suam: in nullo alio cer-
te spem meam reponere uolui: q̄ in te uno. Cum iu

sticiam tuam specto . nihil causæ meæ diffido. Scio
quidẽ nunq̃ te cuiusq̃ hominis potentiam aut opes
tanti fecisse: quin multo plus nostrarum legum iu-
sticiam & æquitatem feceris. Gaudeo plurimũ iudi
ciũ meũ quod de te feci cum multis bonis & doctis
uiris cõuenire. Nemo fere est qui cum audiuit te as-
sumptũ esse in arbitrũ causæ meæ : non iudicet me
superiorẽ futurũ. quare ne hanc expectationem fal
las etiam atq; etiam quæso . Tu uelim dignitatem
meã cõmendatã habeas. & pro tua sapientia partes
meas quantum poteris cõtra potentiã istorum ho-
L minũ tuearis. Hæc Gasparinus. ¶ Te oro ut in tẽ-
pore maii mirũ in modum me commẽdes summo
pontifici: non quidem uulgari: ut solent amore: sed
exquisitiori quodam ac diligentiori: ut plane intelli
gat non uilem esse recomendationem tuam Poggi
M us. ¶ Gabriele mirabili q tibi has litteras reddidit:
utor iã multos annos familiarissime : & summa est
mihi cum eo amicicia. Is nomine ducis Sphortiæ it
legatus ad Alphonsum regẽ legatione libera. quare
cum istac esset iter facturus; non potui nihil ei dare
ad te litterarũ: ut & te Gabriel: & tu Gabrielem no-
sces. Vale. Philelfus. ¶ Cum Ioannes Marius fili-
us ad te iret: non ei potui nihil litterarum dare: qui-
bus intelligeres te mihi facturum rem gratissimã: si
meo etiam nomine & libenter & perhumane ut bo
N nos & eruditos soles: eum exceperis. Idem. ¶ Peto
abs te maiorem inmodũ, ut quod & mihi coram re
cepisti. & ex proximis meis litteris audire potuisti.
id apud patrem tuum præstantissimum & munifi-
centissimum principem q̃primum & q̃optime con
ficias. Hac mihi re neq; gratius quicq̃ neq; magis ne
O cessarium præstare potes. Idem. ¶ Petii abs te pro
ximis litteris secundum quod etiam nunc tertium
& peto. & te quoq; si pateris rogo. ut rem meã apud
principem nostrum munificẽtissimum patrem tu-
um. ubi minus confeceris ita conficias ut mihi abi-
ens coram recepisti. In hunc diem neq; tu respondi
sti quicq̃ nec ex alio sum certior factus quid egeris.
aut non egeris. Itaq; aut responde q̃primum : aut
equum mitte quo uehar ad uos . Nam si ad uos ue-
nero facile futurum suspicor. ne uacuus Mediolanũ
repetam . præsertim cum iam instet natalis chistia-
nus. qui princeps solet ad beniuolẽtiam exhortari.
A Idem. ¶ Quod & pricepts noster Frãciscus Sphor-
tia tibi abeunti iusserat . & ipse uerbis pluribus abs
te petii. si minus in hanc diem conficere potuisti. ut
conficias tandem cupio. hac enim una re neq; grati
us mihi quicquam præstare queas . neq; etiam iucũ
dius. Atqui beneficium illud quis non libenter con-
ferat. quod is in quem referamus maximi sit factu-
rus. & eo tamen usurus non sit ! Sic enim tum sumus
liberales cum ex huiusmodi nostra liberalitate neq;
molestiæ neq; incommodi quicquam accepimus.
Tenes quid uelim Vale. Idem. ¶ Te admodũ ora-
B tum uelim. præsentem tabellarium mea habeas cau
sa q̃ commẽdatissimum. Nam quicquid auspiciorũ
& consilii suam in rem contuleris . meis addictum
fortunis certo existimauerim . rectaq; mihi censura
fuerit ob eam tuæ comitati beneficentiam multoq;

obstrictiorem esse oportere . Baldasar Rasinus . Et hæc circa commendationem sufficiant.

Circa litteras ad amicũ datas aut ab eo receptas Clausulæ exordiales ut plurimũ. M. T. C. Incipiũt.

LEgi tuas litteras quibus ad me scribis gratum tibi esse: q crebro certior per me fias de omnibus rebus: & meam erga te fidẽ & beniuolentiam facile perspicias : quorum alterum mihi ut te plurimum diligam facere necesse est ; si uolo is esse quem tu me esse uoluisti. Alterum facio libenter; ut quoniam interuallo locorum ac temporum disiuncti sumus : per litteras tecum q̃sæpissime colloquar . quod si rarius fiet q̃ tu expectabis: id erit causæ q non eius generis meæ litteræ sunt: ut eas temere committere audeam. quotiens mihi certorum hominum potestas erit quibus recte dem: non prætermittam. libro. i. Epistola. vi. ¶ De omnibus rebus quæ ad te pertinent qd actum. quod constitutum sit: quid Pompeius susceperit: optime ex platorio cognosces: qui non solum interfuit his rebus: sed etiam præfuit neq; ullum officium erga te hominis amantissimi prudentissimi diligentissimiq; prætermisit . Ex eodem & de statu rerum omnium cognosces; quæ quales sint: non facile est scribere, Epistola septima. ¶ Periucũdæ fuerunt mihi litteræ tuæ quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem. Quid enim dicam beniuolentiam : cum illud ipsum grauissimum: & sanctissimũ nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur . Quod autem tibi grata mea studia erga te scribis esse: facis tu quidem abundantia quadã amoris: ut etiam grata sint ea quæ prætermitti sine nefarrio scelere non possunt. Tibi autem multo notior atq; illustrior meus in te animus esset: si hoc tẽpore omni quo seiuncti fuimus & una & Romæ fuissemus. Epistola. viii. ¶ De qua ratiõe tota iam uidetur mihi exponendi tempus dari: ut tibi rescribam ad ea quæ quæris . Epistola eadẽ . Quæ ad me de tuis rebus domesticis scribis quæq; mihi cõmendas: ea ut ante mihi curæ sunt & me nolim admoneri: rogari uero sine magno dolore uix possum. Epistola. x. ¶ Quanq̃ me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo: tamen non tam mihi molestũ fuit accusari abs te officium meum: q̃ iucundum requiri: præsertim q in quo accusabar culpa uacarem in quo autem desiderare significabas meas litteras: præ te fers perspectum mihi quidem : sed tamen dulcem & optatum amorem tuum . Equidem neminem prætermisi quem quidem ad te peruenturum putarem cui litteras non dederim . Etenim qs est tam in scribendo impiger q̃ ego ! A te bis uero terue ad summum: & eas perbreuis litteras accepi. quare si iniquus es in me iudex : condẽnabo eodem ego te crimine. sin me id facere noles : te mihi equũ præbere debebis. Sed de litteris hactenus. Non enim uereor ne non scribendo te expleam : præsertim si eo genere studium meum non aspernabere . libro. ii. Epistola. i. ¶ Sed hæc ipsa nescio recte ne sint litteris commissa: quare cætera cognosces ex aliis. Epistola. v. ¶ Scribent alii: multa nuntiabunt: perfert

etiam

etiã multa ipse rumor. quare ego nec præterita nec præsentia abs te: sed ut ab homine longe in posterũ prospiciente futura expecto: ut tu ex tuis rebus cũ formam reip. uiderim quale ædificium sit futurum scire possim. Neq; tamen adhuc habeo quo te accusem: neq; enim fuit quod tu plus prouidere posses q̃ quiuis nostrũ. Epistola. viii. ¶ Sed hæc pluribus: multaq; alia & de te & ad te q̃ plurimum ero aliquid nactus ocii. Epistola. ix. ¶ Accepi autẽ a te missas litteras in Sicilia cum essem in castris ad. x. Kal. quintiles scriptas humanissime quibus facile & officium & ingenium tuum perspici posset: sed neque unde neq; quo die datæ essent: atq; quo tempore te expectarem significabant: nec is quæ attulerat a te acceperat: ut ex eo scirem quo ex loco atq; tempore essent datæ. Epistola ultima. ¶ Sed tuæ litteræ de tua præsertim dignitate & de nostra coniunctione maximi sunt apud me ponderis. mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. Eadem epistola. ¶ Pluribus uerbis ad te scriberem: si aut tua humanitas lõgiorem orationem expectaret: aut fieri nostra amicicia pateretur: aut res uerba desideraret: ac nõ ꝑ se ipsa loqueretur. libro. iii. Epistola secũda. ¶ Quod scribis manendi tibi causam eam fuisse ut me conuenires: id mihi ne mentiar & gratum. Epistola tertia ¶ Thrales ueni ad. vi. Kalen. sextiles. Ibi mihi presto fuit Lucillius cum litteris mandatisq; tuis: quo quidem homine neminem potuisti nec mihi amiciorem: nec ut arbitror ad ea cognoscenda quæ scire uolebam aptiorem prudentioremue mittere. Ego autem & tuas litteras legi libenter: & audiui Lucillium diligenter. Epistola. iiii. ¶ Molestissime autem fero: ꝙ te ubi missurus sim nescio: eoq; ad te tardius scripsi: ꝙ quottidie teipsum expectabam cum interea ne litteras quidem ullas accepi: quæ me docerẽt quid ageres: aut ubi te uisurus essem. Epistola quinta. ¶ Pluribus uerbis ad te scribam cum plus ocii nactus ero. Hæc scripsi subito cum Bruti pueri Laodiceæ me conuenissent. & se Romam properare dixissent. Itaq; nullas his præterq̃ ad te & ad Brutum dedi litteras. Epistola. vi. ¶ Etsi quantum ex tuis litteris intelligere potui: uidebam te hanc epistolam cũ ad urbem esses esse lecturum refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialium: tamen cũ tu tam multis uerbis de improborum oratione ad me scripsisses: faciundum mihi putaui: ut tuis litteris breui responderẽ. sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquẽda sunt. nihil enim habent quod diffinitũ sit aut certũ. Epistola. vii. ¶ Sed si me diligis: si a me diligi uis: ad me litteras ut q̃ plurimum læticia afficiar mittito. Epistola. viii. Q. Seruilius perbreuis mihi litteras ad te reddidit: quæ mihi non minus longæ uisæ sunt. Iniuriã enim mihi fieri putabã: cũ rogabar. Epistola nona. ¶ Stomachosiores meas litteras quas dicas esse nõ itelligo. Bis ad te scripsi me purgans diligẽter: te leuiter accusans in eo ꝙ de me ci[illegible] credidisses quod genus quærelæ mihi quidẽ uidebatᷓ esse amici sin tibi displicet: nõ utar eo post hac: sed si ut scribis hæ litteræ non fuerunt disertæ: scito meas non fuisse: uti enim Aristarchus Homeri uersum negat: quẽ non probat: sic tu (libet enim iocari) quod disertũ non erit: ne putaris meũ. Epistola. x. ¶ Accipio excusationẽ tuã qua usus es: cur sæpius ad me litteras uno exẽplo dedisses: sed accipio ex ea parte: quatenꝰ aut negligentia aut ĩprobitate eorum qui epistolas accipiunt: fieri scribis ne ad nos perferantur. Illam partem excusationis qua te scribis oratiõis paupertate (sic enim appellas) hisdẽ uerbis epistolas sæpiꝰ ad me mittere: nec nosco nec probo. Ego quem tu per iocum (sic enim accipio) diuitias oratiõis habere dicis me nõ esse uerboꝝ admodũ inopẽ agnosco lib. iiii. Epistola. iiii. ¶ Hi aũt qui essent auderẽ scribere: nisi te intelligere cõsiderẽ. Epistola. vii. ¶ Etsi ꝑpaucis ante diebus dederã litteras nũtio ad te pluribus uerbis scriptas quibus declarauerã quo te animo censerem esse oportere: & quid tibi faciendum arbitrarer: tamen cũ Theophilus libertus tuus proficisceretur: cuius ego fidem erga te beniuolentiãq; perspexeram: sine meis litteris eũ ad te uenire nolui Hisdẽ igitur de rebus etiã atq; etiã hortor: quibꝰ superioribus litteris hortatus sum: ut in ea rep. quæcũq; est q̃ primũ uelis esse. Epistola. ix. ¶ Quærenti mihi iãdiu quid ad te potissimũ scriberẽ: non modo certa res ulla: sed ne genus quidẽ litterarũ usitatũ ueniebat in mentẽ. Vnã enim partẽ & consuetudinẽ earum epistolarũ quibus secundis rebus uti solebamus: tempus eripuerat: perfeceratq; fortuna: neq̃d tale scribere possem: aut omnino cogitare. Relinquebatur triste quoddam & miserum & his temporibꝰ consentaneum genus litterarũ: id quoq; deficiebat me. in quo debebat esse. aut promissio auxilii alicuiꝰ aut consolatio doloris tui. Quid pollicerer nõ erat. Ipse enim impari fortuna adiectus aliorum opibꝰ casus meos sustentabam: sæpiusq; mihi ueniebat in mentem queri ꝙ ita uiuerem: q̃ gaudere ꝙ uiuerẽ. Epistola. xiii. ¶ Accepi ꝑbreuis tuas litteras. quibꝰ id quod scire cupiebã cognoscere non potui: cognoui autẽ id quod mihi dubiũ non fuit. Nã q̃ fortiter ferres cõmunis miserias non intellexi. q̃ me amares facile perspexi. sed hoc scieram. Illud si scissem ad id meas litteras accommodassem. Epistola ultima. ¶ Quod scribis de reconciliata nostra gratia. non intelligo cur reconciliatam esse dicas. quæ nunq̃ imminuta est libro. v. Epistola. ii. ¶ De meis rebus ne uobis multitudine litterarum molestior essem. ad Lelium perscripsi de rationibus ꝓuinciæ quid uellẽ fieri. ut is uos doceret & commonefaceret. Epistola iii. ¶ Ex litteris tuis quas publice misisti. cæpi una cum omnibus incredibilem uoluptatem. Tantã .n. spem ocii ostendisti quantam ego semper omnibus te uno fretus pollicebar. Sed hoc scito tuos ueteres hostes nouos amicos uæhementer litteris perculsos. atq; ex magna spe deturbatos iacere. Ad me autem litteras quas misisti. quanq̃ exiguam significationẽ tuæ erga me uoluntatis habebant. tamen mihi scito iucundas fuisse. Nulla enim re tam lætari soleo. q̃ meorum officioꝝ consciẽtia. quibus si quãdo non mutue responderetur: apud me plus officii residere facillime patior. Ep[illegible]a. vii. ¶ Has litteras ueli

existimes fœderis habituras esse uim. non epistolæ
meq; ea quæ tibi promitto ac recipio sanctissime es
se obseruaturum. diligentissimeq; facturum. Quæ
a me suscepta defensio est te absente dignitatis tuæ.
in ea iã ego non solum amiciciæ nostræ. sed etiã cõ-
stantiæ meæ causa permanebo. Quãobrẽ satis esse
hoc tẽpore arbitratus sum. hæc ad te me scribere. si-
qd ipse intelligerẽ. aut ad uolũtatẽ. aut ad cõmodũ.
aut ad amplitudinẽ tuã ptinere mea spõte esse factu
rum. Sin aũt quippiã aut a te essem admonitus: aut
a tuis effecturũ ut intelligeres nihil neq; te scripsisse
neq; quenq̃ tuorũ frustra ad me detulisse. Quãobrẽ
uelim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis
maximis: mediocribusq; rebus: ut ad hominẽ amicis
simũ & tuis præcipias: ut opera: cõsilio: autoritate:
gratia mea sic utant in oĩbus publicis priuatis forẽ-
sibus domesticis tuis amicorũ hospitum cliẽtũ tuo-
rum negociis: ut qd eius fieri possit: præsentiæ tuæ
desideriũ meo labore minuat. Epistola. viii. ¶ Co-
ram me tecum eadem hæc agere sæpe conantẽ de-
terruit pudor quidã pene subrusticus: quæ nunc ex-
promã absens audacius. Epistola enim non erube-
scit. Ardeo cupiditate incredibili: neq; ut ego arbi-
tror reprehendenda: nomen ut nostrum scriptis il-
lustretur: & celebretur tuis: quod & si mihi sæpe ostẽ
dis te esse facturũ: tamẽ ignoscas uelim huic festina
tioni meæ. Epistola. xii. ¶ His de rebus quid actu-
rus sis: si tibi molestũ nõ est: rescribas uelim. Episto-
la eadem. Quanq̃ ipsa consolatio litterarum tuarũ
mihi gratissima est (declarant enim summã beniuo
lentiã pari prudentia coniunctam) tamẽ illũ fructũ
ex his litteris uel maximum cæpi: q quasi te præcla-
re humanas res contemnentem: & optime contra
fortunam paratũ: armatũq; cognoui. Quã quidem
laudem sapientiæ tuæ statuo esse maximã: non aliũ-
de pẽdere nec extrinsecus aut bene aut male uiuen-
di suspensas habere rationes. Quæ cogitatio cũ mi-
hi non omnino excidisset (& enim penitus insede-
rat) ut tamen tẽpestatũ: & concursu calamitatũ erat
aliquantulũ labefacta tãtaq; cõuulsa: cui te opitulari
& uideo: & id fecisse etiam pximis litteris multũq;
pfecisse sentio. Itaq; hoc sæpius dicendum tibiq; nõ
significandum solum: sed etiã declarandũ arbitror:
nihil mihi esse potuisse tuis litteris gratius. Epistola
xiii. ¶ Omnis amor tuus ex omnibus partibus se
ostendit in his litteris quas a te proxime accepi: nõ
ille quidem mihi ignotus: sed tamen gratus & opta
tus dicerem iucundus nisi id uerbum in omne tem-
pus perdidissem. Epistola. xv. ¶ His ego litteris si-
quid profecissem: existimabam optandum quiddã
me esse assecutum. Sin minus forte ualuissent: offi-
cio tamẽ esse functurum beniuolentissimi atq; ami-
cissimi: quem me tibi & fuisse semper existimes ue-
lim: & futurum esse cõfidas. Epistola. xvi. ¶ Non
obliuione amiciciæ nostræ nunc intermissiones cõ-
suetudinis meæ superioribus temporibus ad te nul
las litteras misi: sed q priora tẽpora in ruinis reip.
nostrisq; iacuerunt. posteriora autem me a scriben-
do tuis iniustissimis atq; acerbissimis incõmodis re
tardarunt. Cum uero & interuallũ iam satis longũ
fuisset: & tuam uirtutem animiq; magnitudinem
diligentius essem mecum recordatus: non putaui es
se alienum institutis meis hæc ad te scribere. Episto-
la. xvii. ¶ De tuo autẽ filio uereor: ne si nihil ad te
scripserim: debitum eius uirtuti testimoniũ uidear
non cæpisse. Sin autem omnia quæ sentio perscri-
pserim: ne refricem meis litteris desideriũ ac dolorẽ
tuum. sed tamen prudentissime facies: si illius pieta
tem: uirtutẽ: industriã ubicunq; eris tuã tecũ esse du-
ces. Nec enim nostra minus sunt: quæ animo com-
plectimur q̃ quæ oculis intuemur. Quãobrẽ & illi-
us eximia uirtus summusq; in te amor magnæ tibi
consolationi esse debet. Epistola eadẽ. ¶ Peto a te
ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere q̃ so-
lebam. sed aut grauitate ualetudinis: qua tamen iã
paululum uideor leuari: aut q absim ab urbe: ut qui
ad te proficiscantur scire non possim. Quare uelim
ita statutum habeas me tui memoriam cũ summa
beniuolentia tenere tuasq; omnis res non minori
mihi curæ: q̃ meas esse. libro. vi. Epistola. ii. ¶ Su-
perioribus litteris beniuolentia magis adductus: q̃
q res ipsa postularet fui longior. neq; enim confir-
matione nostra egebat uirtus tua. neq; erat ea causa
mea atq; fortuna: ut ego cui ipsi omnia deessent al-
terum confirmarem: hoc item tempore breuior es-
se debes. siue enim nihil tum opus fuit tam multis
uerbis: nihilo magis nunc opus est: siue tamẽ opus
fuit: illud satis est: præsertim cum accesserit nihil no
ui. Nam & si quottidie aliquid audiuimus earum re
rum quas ad te perferri existimo: summa tamẽ ea-
dem est: & idem exitus quem ego tam uideo animo
q̃ ea quæ oculis cernimus. nec uero quicq̃ uideo: qd
non idem te uidere certe scio. Epistola. iii. ¶ Noui
quid ad te scriberem nihil erat: & tamen siquid esset:
sciebam te a tuis certiorẽ fieri solere. De futuris au-
tem rebus & si semper difficile est dicere. tamen in-
terdum coniectura possis propius accedere: cũ res
est eiusmodi: cuius exitus puideri possit. Epistola.
iiii. ¶ Sed hæc satis multa: uel plura potius q̃ neces
se fuit. facit autem non loquacitas sed beniuolentia
lõgiores epistolas. Epistola eadem. ¶ Nec dubito
quin legente te has litteras: confecta iam res futura
sit. Epistola. xii. ¶ Non ea res me deterruit, quo mi
nus posteaq; in Italiam uenisti: litteras ad te mitte-
rem. q tu nullas ad me miseras. sed qa nec quid tibi
polliceor ipse egẽs rebus omnibus. nec qd suaderẽ:
cum mihimetipsi consilium deesset: nec quid conso
lationis afferrem in tantis malis reperiebam. Hæc
q̃quam nihilo meliora sunt: nunc etiã atq; etiã mul
ta desperatiora: tamẽ inanis eẽ meas litteras: q̃ nul-
las esse malui. Epistola ultima. ¶ Hæc ad te pluri-
bus uerbis scripsi q̃ soleo: nõ ocii abũdãtia: sed amo
ris erga te: quo me quadã epistola subiuitaras si me
moria tenes. ut aliquid ad te eiusmodi scriberẽ: quo
minus te prætermisisse ludos poeniteret: q si asse-
cutus sum gaudeo. sin minus hoc: me tamen conso
lor q posthac ad ludos uenies nosq; uises. neq; i epi
stolis relinques meis spẽ aliquã delectationis tuæ
li. vii. Epistola. i. ¶ Hæc ad te scripsi uerbosius & ti-
bi molestius fui: q te cũ mei: tũ reip. causa cognoui
amantissimũ:

amantissimū: nosti tibi omne consiliū meū esse no-
tui. Epistola.xi. ¶ Habes epistolā uerbosiorē for-
tasse q̄ uelles: q̄ tibi uideri putabo: nisi mihi lōgiorē
remiseris. Ego si quæ uolo expediero: breui tēpore
te ut spero uidebo. epistola eadem. Iādiu ignoro qd
agas. nihil enim scribis. neq; ego ad te his duobus
mensibus scripseram. Cupio scire quid agas: & ubi
sis hiematurus. Epistola.ix. ¶ Mirabar quid esset
q̄ tu mihi litteras mittere intermisisses. Indicauit mi
hi Pāsa meus Epicureum te esse factū. O castra præ
clara: quid tu fecisses: si te Tarentum & non Sama-
robrinam misissem. Epistola.xii. ¶ Adeone me in
iustum esse existimasti: ut tibi irascerer: q̄ parum mi
hi constās: & nimiū cupidus dicēdi uiderer: ob eāq;
causam me arbitrarere litteras ad te iamdiu non mi
sisse. Mihi perturbatio animi tui q̄ tuis litteris per-
spiciebam: molestiā attulit. neq; alia ulla fuit causa
intermissionis epistolarum: nisi q̄ ubi esses. plane ne-
sciebā. Epistola.xiii. ¶ Chrysippus Vectius Cirhi
architecti libertus fecit ut te nō immemorē putarē
mei. Salutē eni mihi uerbis tuis nuntiarat. Valde iā
lautus es: qui grauere litteras tuas ad me dare homi
ni præsertim ppe domestico. Quod si scribere obli-
tus es: nimis multi iam te aduocato causa cadent. si
nostri oblitus es: dabo operam ut istuc ueniā ante-
quam plane ex animo tuo effluo. Epistola decima-
quarta. ¶ Accepi a te aliquot epistolas uno tempo
re: quas tu diuersis temporibus dederas: in quibus
me cætera delectarunt. Significabant eni te istā mi
litiam iam firmo animo ferre. & esse fortē uirū & cō
stantē. quæ ego paulisper a te ita desideraui nō im-
becillitate animi tui: sed magis ut desiderio nostri te
æstuare putarem. Quare perge ut cœpisti, forti ani
mo istam tolera militiam. multa (mihi crede) asse-
quere. Epistola.xviii. ¶ Quod epistolā conscissam
doles: noli laborare. salua est domi. petes cum libe-
bit. Quod autem me mones ualde gratum est: idq;
ut semper facias rogo. Epistola.xxvi. ¶ Derideri te
putas. nunc demum itelligo te sapere: sed me heros
le extra iocum: ualde mihi tuæ litteræ facetæ elegā-
tesq; uisæ sūt. Epistola.xxxiii. ¶ Tu mi uolumni quā
do & instituisti. & mihi uides esse gratū. Scribe ad
me q̄ sæpissime de rebus urbanis. de rep. iucundus
est mihi sermo litterarū tuarū eadē: Quod tibi dece
denti pollicitus sum: me omnes res urbanas diligē-
tissime tibi pscripturum data opera paraui: qui sic
omnia persequerer: ut uerear ne tibi nimiū arguta
hæc sedulitas uideat: tamēsi te scio q̄ sis curiosus: & q̄
oībus peregrinātibus gratū sit: minimarū quoq; re
rū quæ domi gerunt fieri certiores. tamen in hoc te
deprecor ne meū officiū hoc arrogantiæ condēnes:
quod hunc laborē alteri delegaui. nō quin mihi sua-
uissimū sit. & occupato & ad litteras scribēdas ut tu
nosti pigerrimo: tuæ memoriæ dare operā. lib.viii.
Epistola.i. ¶ Tu si pompeium ut uolebas offendi-
sti. qui tibi uisus sit. & quam orationē habuerit tecū
quanq; ostēderit uoluntatē (solet.n. aliud sentire &
loqui. neq; tantū ualere ingenio ut nō appareat qd
cupiat) fac mihi perscribas eadē. Exanimatus sum
tuis litteris quibus te nihil nisi triste cogitare ostēdi
sti. neq; id quid esset perscripsisti. nō.n. quale esset q̄
ne cogitare aperuisti. has ad te illico litteras scripsi
per fortunas tuas. Ci. per liberos oro. obsecro ne qd
grauius de salute & incolumitate tua consulas. Epi-
stola.x. ¶ Caninius idem tuus & idē noster cū ad
me nuper uesperi uenisset. & se postridie mane ad
te iturum esse dixisset. dixi ei me daturū aliquid lit-
terarū mane & ut peteret rogaui: cōscripsi epistolā
noctu. nec ille ad me rediit. oblitū credidi. attamē eā
ipsam epistolā tibi misissem p meos. nisi audissem
ex eodē. postridie te mane e tusculano exiturum. li-
bro.ix. Epistola.ii. ¶ Expectabā oīno iādiu meq; su-
stinebā ne ad te prius ipse quid scriberē. q̄ aliquid ac
cepissem. ut possem te remunerari q̄ simillimo mu-
nere: sed cum tu tardius faceres id est ut ego inter-
pretor diligentius teneri nō potui. quin coniūctio-
nem studiorum amorisq; nostri quo possem littera
rum genere declararem. Epistola.viii. ¶ Nō sum
ausus Salino nostro nihil ad te litterarum dare: nec
me hercule habebam quid scriberē: nisi te a me mira
biliter amari. de quo etiam nihil scribente me: te nō
dubitare certe scio. omnino mihi litteræ magis sunt
expectādæ a te: q̄ a me tibi. Nihil enim Romæ geri-
tur q̄ te putē scire curare. Epistola.x. ¶ Hæc tibi an
tea nō rescripsi non q̄ cessator esse solerē præsertim
in litteris: sed cum explorati nihil haberē nec tibi so
licitudinē ex dubitatione mea: nec spē ex affirmatio
ne afferri uolui. Illud tamē ascribā q̄ est uerū: tamē
me his tēporibus adhuc de isto periculo nihil audis-
se. tu tamē p tua sapiētia debebis optare optima: co
gitare difficillima: ferre quæcūq; erūt. Epistola.xvii.
¶ Dupliciter delectatus sum tuis litteris: & q̄ ipse
risi: & q̄ te itellexi iā posse ridere. Epistola.xx. ¶ Bi
nas a te accepi litteras eodē exēplo. q̄ ipsum mihi
argumēto fuit diligētiæ tuæ. li.x. Epistola.v. ¶ Et
si satis ex Furnio nro cognouerā: quæ tua uolūtas:
quod cōsiliū de rep. esset: tamē tuis litteris lectis li-
quidius de toto sensu tuo iudicaui. Epistola.x. ¶ Itaq;
cū ad.vii. Idus Aprilis mane mihi tuas litteras. M.
Varisidius reddidisset: easq; legissem icredibili gau-
dio sum elatus cumq; magna multitudo optimorū
uirorū & ciuiū me de domo deduceret. feci cōtinuo
oīs priceps meæ uoluptatis. Epistola.xii. ¶ Nihil
post hoium memoriā gloriosius nihil gratius: ne tē
pore qdē ipso opportunius accedere uidit q̄ tuas. Bis
ce litteras. Epistola.xvi. ¶ Litteræ tuæ mirabiliter
gratæ sunt senatui cū rebus ipsis quæ erāt grauissi-
mæ: & maxime fortissimi ai sūmiq; cōsilii: tū ēt gra
uitate uerborū atq; sententiarū. Epistola.xix. ¶ Ita
erāt oia quæ istuc afferebant incerta: ut qd ad te scri
berē nō occurreret. Epistola.xx. ¶ Puderet me in-
cōstantiæ meæ litterarū si non hæc ex aliena libita
te penderent. Epistola.xxi. ¶ Quod nisi res urba-
nas actasq; oia ad te pferri arbitrarer: ipse pscriberē:
q̄q; etiā maximis occupatiōibus ipeditus. sed illa co-
gnosces ex aliis: a me pauca & ea summatim. Episto
la.xxviii. ¶ De tua fide & beniuolentia in nos nisi
psuasum esset nobis non conscripsissemus hæc tibi:
quæ quando pfecto istū animū habes: i optimā par
tē accipies. li.xi. Epistola.ii. ¶ Litteras tuas legimus

mollissimas edicti tui cõtumeliosas: minaces: minime dignas: q̃ a te nobis mitterentur. Epistola.iii. ¶ Lupus familiaris noster cum Romam sexto die Mutina uenisset, postridie me mane conuenit: tua mihi mãdata diligentissime exposuit. & litteras reddidit. Epi-
A stola.vi. ¶ Neq; haec idcirco tibi scribo: q te nõ eadem animaduertere sciam: sed q mihi persuasi azinium & lepidum recte facturum: nunq̃. Epistola.ix ¶ Qua enĩ prudẽtia es nihil te fugiet: si diligenter meas litteras legeris. Epistola.xiii. ¶ Et si mihi tuae litterae iucũdissimae sunt: tamẽ iucũdius fuit q in sũma occupatione tua plãco collegae mãdasti: ut te mihi per litteras excusaret: quod fecit ille diligẽter. Mihi aũt nihil amabilius officio tuo & diligẽtia. Cõiũctio tua cũ collega cõcordiaq; uestra quae litteris cõibus de[illegible]arata est: senatui populoq; Romano gratissima accidit. Quod superest: pge mi Brute: & iã nõ cũ aliis. sed tecũ ipse certa. Plura scribere non debeo: praesertim cum ad te quo magistro breuitatis uti cogito: litteras tuas uehemẽter expecto. & quidẽ tales quales maxime opto. Epistola.xv. ¶ Permagni interest quo tibi hoc tẽpore. epistola reddita sit: utrũ cũ solicitudinis aliquid haberes. an cũ ab omni molestia uacuus esses. Itaq; ei praecepi quẽ ad te misi ut tempus obseruaret. epistolae tibi reddendae. Nam quemadmodũ corã qui ad nos intempestiue adeũt: molesti saepe sunt: sic epistolae offendũt nõ loco redditae. Si autẽ ut spero nihil te perturbat. nihil impedit & ille cui mãdaui satis scite & cõmode tẽpus ad te capit adeũdi. cõfido me facile qđ ueli a te ipetraturum. Epistola.xvi. ¶ Ad senatũ quas litteras misi uelim prius perlegas: & si qua tibi uidebuntur cõmutanda. commutes. necessario me scripsisse ipse animaduertes. Epistola.xix. ¶ Expectanti mihi tuas quottidie litteras. Lupus noster subito denunciauit. ut ad te scriberem siquid uellem. Ego autẽ & si quid scriberem non habebam (acta enim ad te mitti sciebam, inanem autem sermonem litterarum tibi in[illegible]undum esse audiebam. breuitatem secutus sum te magistro. Epistola.xxv. ¶ Breuitas tuarum litterarum me quoq; breuiorem in scribendo facit: & ut uere dicam nõ satis occurrit quid scribam. Epistola.ix.li.xi. ¶ Legi tuas litteras in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Videbaris enĩ non solũ fauere nobis: id quod [illegible] nostri & reip. causa semp fecisti: sed etiã grauẽ causam suscepisse: uehementerq; de nobis est sollicitus. Epistola.xii. ¶ Grata mihi est uehementer memoria nostri tua quã significasti litteris. quã ut cõserues non quo de tua constantia dubitem: sed quia mos est ita rogãdi. rogo. Epistola.xvii. ¶ Quod extremũ fuit i illa epistola quam a te proxime accepi: ad id primũ respõdebo. Epistola.xviii. ¶ [illegible]issime legi tuas litteras: in quibus iucũd[illegible] mihi [illegible]it q cognoui meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam quin eas libenter lecturus esses uerebar ne redderentur. Epistola.xix. ¶ Pãsa tuas litteras recitauit: magna senatus approbatio consecuta est cũ summo gaudio. Epistola.x[illegible]v. ¶ Noli putare me ad quequam lõgioris epistolas [illegible]ibere. [illegible] siquis ad me plura scripserit:

cui puto rescribi oportere. nec enĩ habeo quod scribam: nec hoc tempore quicq̃ facio difficilius. libro.xiiii. Epistola.u. ¶ Accepi tuas litteras quibus intellexi te uereri ne superiores mihi redditae essent. omnes sunt redditae: diligẽtissimeq; a te perscripta sunt omnia: idq; mihi gratissimũ fuit. Epistola.v. Quid fieri placeret scripsi ad Pomponium serius q̃ oportuit: cum quo si locutus eris: intelliges quid fieri uelim. Apertius scribi q̃ ad illũ scripserim: necesse non fuit. de ea re & de ceteris rebus q̃ primũ uelim nobis litteras mittas. Valetudinẽ tuã cura diligenter. Epistola.x. ¶ Siquid haberem quod ad te scriberem. facerem id & pluribus uerbis & saepius. Nũc quae sunt negocia uides. Epistola.xvii. ¶ Puto te iam suppudere: cum haec tertia epistola ante oppressit: q̃ tu syllabam aut litteram. sed non urgeo. Longioris enim expectabo: uel potius exigam. Ego si semper haberem cui darem uel ternas in hora darem. Fit enim nescio quid: ut quasi coram adesse uideare: cum scribo aliquid ad te. li.xv. Epistola.xvi. ¶ Longior epistola fuisset nisi eo ipso tẽpore petita esset a me cũ iam iretur ad te. Epistola.xviii. ¶ Nõ me hercule i hac mea peregrinatione. quicq̃ libentius facio q̃ scribo ad te. Videor enim cum praesente loqui & iocari. Epistola.xix. ¶ Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui. crebris nos litteris appellato atq; ita fidẽ fiet a nobis. Epistola.xx. ¶ Aliter enĩ scribimus. q eos solos quibus mittimus: aliter q multos lecturos putamus. Epistola ultima. ¶ Tertiã ad te hanc epistolam scripsi eodem die magis instituti mei tenendi causa: quia nactus eram cui darem: q̃ q haberẽ quid scriberẽ. li.xvi. Epistola.vii. ¶ Scripta iam epistola Hermia uenit. Accepi tuam epistolam uacillantibus litterulis: nec mirum tã graui morbo. Epistola.xiii. ¶ Si quẽ cum eo sermonẽ habueris: scribes ad me ut mihi nascatur epistolae argumẽtum: & ut tuas q̃ longissimas litteras legam. Cura mi Tyro ut ualeas: hoc grati' facere nihil potes. Epistola.xxii. Et haec ex Tullio. Gaspa. Perga.

Ad Idem. A

Maxima causa me impulit: ut hoc tempore ad te scriberem. Nam cum te maximis rebus detentum audirem: certe negocium meum in aliud tẽpus distu[illegible]: [illegible] id ipsum tale fuisset: ut semel a me neglectum nullius hominis neq; consilio neq; auxilio postea erigi posset. Feres itaq; me si te maximas res agitantem interpellauero. Gasparinus. ¶ Si ullum apud te locum praeces meae sint unq̃ habiturae: illud a te maiorem in modum quaeso: ut has litteras summa attẽtione legas: & persuadeas tibi: non odio: non ira: non inuidia haec ad te scribi. sed pro nostra amicicia me negocium tuum agere. Habeo tibi immortales gratias: si quae ad te scribo illis oculis atque eo animo perlegeris quibus assoles: cum aliquid attentissime solet a te fieri. Quod ad te scribo tale est: ut id maxime ad rem tuam pertineat. Nam et si hoc alienum a te uideatur: tamen necesse est ut si recte curatum fuerit: maxima gloria ad te peruentura sit. Non de re uulgari aut negligenda: sed de publicis commodis

modis ad te scribo. Pudet enim me horum tempo-
rum: & nostræ reip. me miseret. Nisi enim sperarē
propediem apud te esse: diligentissime imo omnē
causam ad te scripsissem. Volui ad te scribere: ne te
contemptum a me diceres aut neglectum. Hæc ad
te scripsi nō affectu aliquo aut odio in Sergiū: neq̧
beniuolētia ulla in Quintum Publium: sed omnia
recto animi iudicio feci. Non putaui te id laturum
tam iniquo animo: ꝙ ego equissimo certe ad te scri-
pseram. Nihil est ꝙ a te gratius mihi fieri possit: q̄
ut te semper litteris meis attentissimum præbeas.
Etsi tuas litteras semper attente lego. tamē etiā sine
illis satis de tuo casu admonitus eram. Quod autē
non te officio meo præuenerim: non mea culpa: sed
temporum fuit. Cupiebam enim præocupare litte
ras tuas: & efficere ut prius te iuuari in his tuis mo-
lestiis animi tui sentires q̄ audires. Hæc ad te uolui
scribere nt animum tuum liberalem ea solicitudine:
qua ut scio multum afficiebaris. Scripsi hæc ad te: ui
de ne quicq̄ horum prius efferas: q̄ reip. intererit.
sed hæc nolui te ignorare. ꝙ ut te maxime optare
sciebam: de maximis rebus ac nouis quæ hic agitan-
tur per me doctior fieres. Hæc ad te magno studio
& uoluptate scribo: quem scio pro singulari in me
beniuolētia tua: semper aduersis casibus meis indo-
luisse: & maxime secundis rebus lætari. Non parua
res est neq̧ usitata: de qua iam dudum scribere ad te
constitui. Quanq̄ maxime in cursu eram ac in ipso
itinere ueniēdi propter eos rumores qui crebro ad
me de meis rebus afferebātur: tamen cum forte mi-
hi occurrisset tabellarius tuus cum litteris quas illi
reddendas mihi dederas: nolui ipsum sine meis ad
te redire. Gaudeo plurimum ac lætor: ꝙ his cogita-
tionibus ac cōsiliis meis accesserūt litteræ tuæ: quæ
illis ueteris beniuolentiæ tuæ in me: & necessarios
meos perpetui amoris testes essent. Etsi admonito
re non egebam: qui me de nostra amicicia commo-
nefaceret. tamē auide tuas litteras legi: nō ut de ani
mo tuo dubitarem: sed quia me certiorem fecisti de
his rebus quas ad me scribis. Quod me litteris tuis
de his rebus admones: magnas tibi gratias habeo.
Volo enim magis hoc paternum mandatum mihi
uideri q̄ consilium. Quó minus expectatæ litteræ
tuæ fuerunt: eo gratiores mihi extiterūt: Video qui
dem ꝙ amor tuus undiq̧ se ostēdit. Habeo tibi gra-
tias & magnas quidem: ꝙ tuis me litteris liberasti
maxima solicitudine & molestia. Priusq̄ tuas litte-
ras recepissem: iam omnia de quibus ad me scribis
apud nos diuulgabantur. Eo gratiores mihi litteræ
tuæ fuerunt: quo minus de salute rerum mearum
sperarem. Nam paulo anteq̄ eas recepissem: iam ru
mor exortus erat de hoc naufragio: & fuerunt qui
dicerēt: nullam omnino nauem periculum fugisse.
Litteræ tuæ incredibili uoluptate me affecerūt. Nū
quam enim maiori studio rerum diuinarum inflā-
matus fui. q̄ postq̄ epistolam tuam legi. Commen
das religionem ut illa sit omnibus rebus anteferen-
da. Tabellarius tuus nuper ad me detulit litteras tu
as. Mones autem me pro tua beniuolentia: ne for-
tunas meas credam his hominibus: cum quibus assi

due conuersor. Facis amice quidem: nec a tua con-
suetudine recedis. Nunquam tuas litteras lego qn
animo uoluptatem percipiam. Semper enim egre
giam aliquam utilitatem in illis comperio: cum uel
consulendo uel admonendo id efficis: ut me doctio
rem ac meliorem indies reddam. Sed incredibile est
quantum hæ litteræ me oblectauerunt: quæ per ta-
bellarium tuum nuper redditæ fuerūt. Nam ut pa-
terne ad me scribis: ita antiquam sapientiam redo-
lent. Gloriabor tamen & tibi ualde congratulabor:
si intellexero meas litteras aliquid ingenio tuo aut
uirtuti adiecisse: quo maturius omnia quæ ad te ui-
des magno studio expeti: non minori perficias. Et-
si de officio tuo nunq̄ dubitauerim: magnam tamē
uoluptatem ex tuis litteris percepi. Legi nuper lit-
teras a te missas ex quibus magnam sane perturba-
tionem accepi: sed tibi subirascor ꝙ tarde ad me de
summa inopia scripsisti. Nam iudico si hæc a me tē
pestiue rescita fuissent. quin cū amicis nostris ope-
ram dedissem. ne tā grauis & molesta esset tibi pau
pertas tua. sed ut uideo & ut ad me scribis. pudor fu
it tibi impedimento: & est commune uitium nobi-
litatis ꝙ non minus graue est alteri ꝓpter inopiam
supplicare q̄ egere: Tibi ergo imputabis: si amicis
ignorntibus diutius q̄ oportebat hanc molestiā per
pessus fuisti. Non de te noua ad me scribis: nec mi-
hi ignota. Quotiēs enim huiusmodi fortunæ in di-
gnitatem credis: & meipsum: & item alios sæpenu-
mero ciues & graues & egregios præter æquum &
bonum sustinuisse. q̄q̄ hæc nostra calamitas nihil ad
tuam. Hæc ex Gasparino sat erunt. ℭ Quod flagi- B
tas ut ad te scribam de actis nostris: est mihi quidē
non satis ocii ad singula exaranda. at tamen percur-
ram. quæ magis digna cognitu uidebunť. Leo. Are
tinus. ℭ Cogitabam tibi prolixius scribere. & pro
pediem ut spero id faciā. nūc autē breuitatis causam
affert festinatio tabellarii. qui me in ipso discessu nū
quid uellem scribere rogauit. Idē. ℭ Quod ad me
ita scribis quasi ad hominem tanq̄ durum ac nimiū
pertinacem. qui nec ab amicis moueri possit. nec ꝑ-
suaderi sibi permittat. uæhementer mi dulcissime A
Nicola admirationem suscipio. Nam quis me faci-
lior & ab omni obstinatione duriciæq̧ remotior?
Quis amicorum sententiis morigeratior & obse-
quentior unquā fuit. Idem. ℭ Binas proximis die
bus abs te litteras accepi: sic tamē ut quas tu primo
dederas. mihi posterius redderentur. Idē. ℭ Vellē
interdum mihi rescribere: & quæ istic agantur. quæ
ue sperentur notum facere tua solita diligentia cura
tares. Idem. ℭ In hac ipsa hora cū tibi scribere para
rem litteræ tuæ mihi redditæ fuerūt. Primo igitur
dicam ꝙ dicturus eram deinde tuis respōdebo. Idē
ℭ Si quæ hic agantur quæue dicantur te curare pu
tarem: scriberem tibi acta concilii: & quottidianarū
rerum commentarios facerem. sed si te bene noui
tu eiusmodi mentis es: ut non modo non cures ista
cognoscere. uerum etiam iteresse tua arbitreris: hæc
ut tu appellare soles tædia & deliramenta homi-
num ignorare. Est autem ut inuitantis opus ad
gustum conuiuarum æpulas quærere: sic scriben-

tis ad amicum conuenientem eius desiderio mate-
riam sumere. Quando igitur tu quidem delicatior
es:nec quæcũq͡ cibũ stomachus tuus admittit:mul-
ta etiam quæ cæteris placent fastidit: paremus sane
epistolas gustui tuo gratas. Et quoniam nostraria
ista contemnis:peregrina tibi obsonia cõquiramus
Nihil itaq͡ tibi magis placiturum per hæc tempora
arbitror:quam si peregrinationem meam tibi per-
scripsero. Idẽ. ℭ Kalendis ipsis Ianuariis dum una
cum Nicolao nostro mulierum cateruã quæ apud
templum conuenerat ex consuetudine uiseremus:
litteræ tuæ Idibus Decembris Constantiæ scriptæ
nobis redditæ fuerunt:uno atq͡ eodem fasciculo al-
ligatæ: meas confestim post habita uisendi cura ad
ipsas templi ualuas (nam intus quidẽ tenebrosius
erat) cum perlegissem iucunditate magna ex salib⁹
tuis exhilaratus sum: q̃ rerum ipsarum quæ a te si-
gnificabantur confusione per motus. Idem. ℭ De
di nuper ad te litteras Philippo nostro: in quibus sa
ne prolixior fui. nũc nihil fere est quod ad te scribã
nisi hoc ipsum: ꝙ tuas litteras expecto. Flagito igit
quod adhuc non flagitaui. ut nos crebrius de his re
bus quæ istic geruntur certiores facere studeas. nec
ego a te acta solũ exigo: sed qua prudentia es etiam
spẽ rerum futurarum Idem. Postq̃ ab inuicẽ disces-
simus nihil omnino litterarum tuarũ: de quo sum-
mam capio admirationem: a te suscepi: q̃q̃ ut nosti
ita conuenisset inter nos: ut ego a tuis litteris pende
rem. Quod si tamdiu pendere uoluissem: q̃diu a te
litteræ uenirent: adhuc in pedẽti essem: sed præstari
cẽsui (ut uulgo dici solet) ruere semel q̃ semper pen
dere. Idem. ℭ Ad litteras tuas accuratius responde
bo: cum plus ocii nactus fuero: nunc ista uulgaria
transigam. Lecta est enim epistola tua pontifici: cũ
multi honestissimi uiri utriusq͡ ordinis adessent: &
nõnulli Romanæ ecclesiæ Cardinales: quã cum at-
tentissime & sũmo cũ silentio totam audissent: oẽs
tãdem uno ore ad te laudãdũ extollendumq͡ cõuer
si sunt. Te doctissimũ: te eloquentissimum: te uiro-
rum optimũ prædicabant. monebat eos ut mihi ui
debatur grauitas orationis tuæ. Idem. ℭ Hanc epi
A stolam non leuẽ ac iocosam. ut reliquæ meæ solent.
ad te mittere institui: sed seriam ac grauem & uiro
dignã. quam licet per breuẽ loco munusculi: tamen
ab homine tibi amantissimo accipias: uolo: & ut spe
ro nõ iniucũdam. Poggius Florentinus. ℭ Rogo
ut ad me scribas aliquid de statu rerum communiũ
& nostrarum: litteras dies ad mensam de medicis:
qui curabunt tuto ad me quicquid scripseris perfe-
rendum. Idem. ℭ Accepi tuas litteras: & simul co-
piam epistolæ quam dicis te scripsisse ex Mediola-
no. fuit mihi utraq͡ gratissima sed superiorem nul-
lus antea ad me attulit. propterea non respondi pri
us. rescripsissem enim tibi e uistigio: quæ mea est in
amicos obseruantia. cum nullus sit in officio littera
rum diligẽtior. Nam cum sponte scribo ad eos. qui
bus cum est mihi uetus amiciciæ consuetudo. tum
uero præcipue litteris prouocatus. Idẽ. ℭ Scio te li
benter legere quæ mea sunt. nõ ꝓpter eloquẽtiam:
quã esse in me nullã sentio. sed propter singularem
tuã in me affectionẽ. ob eam causam mitto tibi dia-
logum quendam. quem nuper edidi. scriptũ in aua-
riciam. quem cum ocium fuerit. legas oro. & licet
sis in tanta administratione occupatissimus. tamen
aliquid temporis sub ducito ad legendas has inepti
as meas. quas cõfido tibi iucundas fore. Idẽ. ℭ Re
creatus sum mi Francisce ex litteris quas a te proxi-
me accepi: scriptas ut uideo inter multas occupatio
nes. Ita uotis meis faueat deus ut animo pẽdebã an
xius. aut sollicitus. quidnã esse causæ posset cur nul-
læ abs te litteræ redderentur post susceptum libellũ
Versabam multa omnino omnes cogitatus (ut fit)
circũuoluens & tamẽ hanc respondendi tarditatem
semper accipiebam in peiorem partem. existimans
iudicari a nobis indignam rem esse. ad quam non re
spõderet uir nostri sæculi doctissimus. Idẽ. ℭ Scri-
psi ad te epistolam satis uerbosam: & quæ forsan ali
quorum aures offenderet: te autem scio modice la-
turum ac sapienter ineptias meas: & locus ipse quẽ
ego mihi solitarium feci: & libri quibus frequenter
utor: reddũt me paulo uerbosiorem. Idẽ. ℭ Modo
cum domum nõctu redissem offendi litteras tuas
& simul libellos quos remisisti. Rettulit insuper qui
dam ex domesticis illum qui detulerat dixisse se po-
stridie mane ad te uelle proficisci: si quidem uellem
respondere ut præsto id esset. Itaq͡ licet opus esset
exquisito quodam genere litterarum ad uirum præ
sertim eloquẽtissimum: sumpsi tamẽ calamum scri-
pturus pro temporis facultate quicquid in buccam
ueniret. ne tibi parum respõdere uiderer in officio
scribendi. Scio moris esse eorum qui primũ ad ami
cos scribunt: admiratioribus quibusdam litteris uti
ad ostendendam siquam in his uideri uolunt uel elo
quentiam uel doctrinam: uerum alias diligẽtius cũ
ocium erit & res requirẽt: litteris colloquar tecum:
nunc ut tempus postulat. Epistola tua mihi summã
attulit uoluptatem: cum uideam te ita institutum
studiis humanitatis & eloquentiæ: ut si in his perse
ueres: magna sis laude & gloria futurus. Non lo-
quor tecum (neq͡ enim natura id mea patitur) adu
landi gratia: sed quod ex animo sentiam. Ea est in te
facultas dicendi: ea ubertas: is ornatus orationis: ut
paucos legerim (pace eorum dixerim) qui tibi sunt
anteferrendi uel elegantia uel suauitate. Itaq͡ si rem
mihi gratam: si tibi tuoq͡ ingenio dignam: si tuæ na
turæ accommodatam cupis facere quicquid tem-
poris tibi surripere potes: colloca & consume in his
litterarum studiis: quæ ad eloquentiam spectent:
& ad sapientiam uir magnus (mihi crede) euades si
perseuerabis. Idem. ℭ Licet nunq̃ antea mi Victo-
rine ad te scripserim. tantumq͡ nomine ipso. nõ ali-
quo officio noti inter nos sumus: tamẽ pro singula-
ri tua uirtute: proq͡ in omnes qui studiis delectan-
tur humanitatis beniuolẽtia: audebo tibi paulũ one
ris his primis litteris imponere. quod æquo animo
te suscepturum puto. Idem. ℭ Hæc iã missa. facia-
mus: & ad tuas suauissimas accedamus litteras: non
minori lepore q̃ grauitate conditas: quas quidem
uerbis meis nunq̃ digne ad collaudandum suffico-
rem. tãtus siquidem in illis est orationis honos atq͡

decor. & ueluti maiestas quædam ut tecum hoc(ut
ita dicam)litterarum certamine certare totus quo-
dãmodo perhorescã: gelidusq; per ima cucurrit ossa
tremor. Neq; uero tibi profecto mihi bellũ indicen
ti ausus essem respondere. nisi pudor ipse & suauissi
mæ preces tuæ quæ imperii loco mihi fuerunt ad id
me compulissent. Ad hoc præterea hortatur amici-
ciæ nostræ munus atq; officium. ꝙ uel minima ex
parte uiolare, summã iniuriam esse putarem. Qua-
propter ita suadente beniuolentia nostra & me ui-
genre togatu tuo q̃ potero breuius litteris tuis re-
C spõdebo. Gabriel. ¶ Teglatius. Iam finem poscat
epistola quẽ nunq̃ posceret amor: potissimum cũ
me longiorem esse prohibeant infinitæ pene occu
pationes meæ. & utinã non infructuosæ: quibus
usq; ad oculos(ut ita dici solet)infixus sum. ut nihil
mihi æquæ desit: ac temporis prolixitas. Ioãnes La
D mola. ¶ Tuæ ex Bononia litteræ mirari uidentur
mearum ad te lentum reditum uel accessum littera
rum: bene sane. Ita enim beniuolẽtia & bonitate cõ
plecteris: ut omnis silentii mei morula uideatur an
nus. Ego uero ita obsessus sum: non dico litterariis
occupationibus: sed alio nouo modo & inusitato la
boris genere. ut si diutius in eo futurus sim: musis
ipsis ualete dicendũ sit. Nã cũ liberorum augear nu
mero: laxiores ut ædiculas faciam necesse est. Gua-
E rinus Veronensis. ¶ Mirũ immodum tuæ me de-
lectatunt litteræ. Quandam eni consuetudinis no-
stræ imaginẽ mihi afferre uisæ sunt. Nam q̃diu eas
lectiro: tecum esse uideor: quẽ diligo: quẽ obseruo.
Idẽ. ¶ Quantus sit amiciciæ nostræ cumulus: cum
aliis permultis: tũ hoc uno intelligo: ꝙ quotiẽs abs
te litteras suscipio. mira quadã afficior delectatione
ac ipse totus exhilaror. Has enim & disertas. & amo
re caritateq; refertas sẽtio. Idẽ. ¶ Subdubitasse nõ
non parũ fateor frater amantissime litteris tuis ite-
rũ atq; iterũ plectis. quas pater optimus. & tui stu-
diosissimus domin⁹ Leonardus noster reddidit. an
iis mihi respondendum esset fateor ingenue. cũ eni
illarum facilitatem: sentẽtiarũ pondus. ac dignitatẽ
elegantiamq; accurare considero: quibus principẽ
Romani eloquii Ciceronẽ undiq; redoles: nequeo
nõ uæhement admirari imo nõ (ut ita dixerim) ob
stupere hominem adolescentiæ annos nondũ egres
sum: ad tantum eloquentiæ culmẽ aspirasse tam fa-
F cile. Idem. ¶ Reddita nobis epistola quã ex te nu-
per habuimus eo uerborũ ornatu: eaq; suauitate &
poetica grauitate præualuit: ut animũ nostrũ aliis
et non leuibus quidẽ laborantẽ curis sicut principi-
bus interdum accidit: dulcedine multa repleuerit et
antiqui amoris uires quẽ tu in nostrã ꝓsapiã: et in
tuam olim nostra habuit optime suscitaueris. Dux
Mediolani ad Antoniũ Panor. ¶ Fatebor ingenue
præsertim apud te princeps serenissime: cui nõ mi-
nus animi simplicitatem sinceritatẽq; debeo q̃ reli-
qua siqua sint mei officia. Cum legissem nuper epi-
stolã ad me tuã: suauissimã quidẽ illã: et ex tua uena
tuaq; humanitate uere proficiscẽtẽ non potuisse cõ
tineri: qn lætitia quadã gestiẽte diffunderer: et q̃ tri
umphare mihi uisus sim. Sed q̃q̃ id molestũ et inde
corũ est: nec certe secus q̃ dolore quẽpiam premi cõ
trahiq;. ego tamen is sum qui cũ lego atq; audio tuã
erga me maioresq; meos gratiã et pietatẽ: ꝑgere nõ
possum: nõ gaudere supra modũ: & præ lætitia nõ
medius fere disrũpi. Anto. Panor. ad ducẽ Medio-
lani. ¶ Dis gratia. Litteras a te tandem accepi nun-
tio etiã periucũdo plenas. Nam ꝙ princeps noster
perlegerit epistolã ad se meã: & cõmendauerit ab-
unde & illam & me ita pergratũ mihi fuit quasi bea
titudinis quidam & futuræ fælicitatis gradus obie-
ctus sit. sed expectabo: & summo quidẽ cũ desiderio
respõsiones & litteras ad me eius: quas & tu statim
mihi aduẽturas significas: quo tecum & uberius &
certius sub gloriari liceat. Interim ut mone facis rẽ
mecũ cõtinebo: quoad elucescat dies faustus & can-
didus. Idẽ. Fecerunt epistolæ tuæ quas hodie tandẽ
accepi ut epistolis litteras intexerem. cum secus sta-
tuissem præ capitis dolore quodã infestissimo. Idẽ:
Nudiustertius cum essem aliquantũ securus & ocio
sus dedi litteras Alnisio Croto uiro magno quorũ-
dam iudicio non iniucundas: meo quidẽ insulsas &
ineptas. Idem. ¶ Quo te magis indies perspicio: A
eo mihi humanitas tua ingeniiq; fecunditas diluci-
dior fit & clarior. Me tuæ proximæ litteræ mirum
in modũ delectarunt: quippe quæ non magis amo-
ris plenæ sũmi erga me tui q̃ disertissimæ uisæ sunt.
Franciscus Philel. ¶ Quod nudiusseptimus respõ
dere tibi omnino non potui. idq; obnuntii uelotio-
rem abitionem. respondebo impræsentia minime
auare: idq; si minus fortasse ex sententia tua: at ami
ce tamen & ut arbitror nota. Idem. ¶ Nulla ratio- B
ne abduci possum quin credam te mei esse amantissi
mum a quo sis pulcherrime institutus. sed non pos
sum nõ mirari ꝙ nihil litteris obstrepas qui quotti
die cum apud uos agerem me pulcherrimis tuis sua
uissimisq; epistolis ueluti lacesseres. nunc uero tot⁹
es mutus: qui quo es factus ligua soluriore: eo te lo-
quatiorem esse oportuit. Idem. ¶ Cum presbyter
ille Florentinus qui has tibi litteras reddidit esset Fi
narium rediturus: petiit si quid esset quod ad te scri
bere uellẽ id fidei suæ diligentiæq; crederem. Itaq;
ex eo audies mentem meam de rebus tuis: eandem
scilicet quã ex proximis litteris quas redditas tibi ar
bitror accipere potuisti. Idẽ. ¶ Redditæ mihi sunt
hodie litteræ tuæ perhumanæ ille quidẽ & admodũ
plenæ amoris summi erga me tui: Intellexi diligen
ter quæ scripsisti omnia: sumq; tua beniuolentia ac
fide mirifice delectatus. Expectabo ꝙ mones: ꝙ eo
sum æquiore animo facturus quo me nihil omni-
no prohibet expectare: quandoquidem id facere li-
cet q̃commodissime. Idem. ¶ Hæc autem idcirco
Philel. liberius ad te scripsit. ꝙ regali tuæ incompe-
rabiliq; uirtuti quicquam diffideret: sed ut suam er-
ga te fidem obseruantiamq; ostenderet. Idẽ. ¶ Cõ C
plures eadem serie ad me dedisti litteras: ꝙ tabellio-
rum tum perfidia: tua tum inscitia abs te confectũ
autumas: quæ tuam inexpiationem adducis apertis
simam quando id palam profiteris: te & sententia-
rum & uerborum exheredem uideri: quorũ sane al-
terum: ꝙ primulũ fuit: nulla dignũ carptione ipse

percenſeo:uerum quin alterum damnem contineri
neutiq̃ poſſum ꝙ tibi ſũmo eſt dedecori ac uicio hu
iuſcemodi oratione defungi. qui & eloquẽtiæ prin-
ceps & aliorũ magiſter uulgo nominaris. uelis igi
tur poſthac ad me crebras uario ſtilo litteras deſtina
re: ut abs te doctior quippiam poſſim euadere: Bal.
Raſinus. Tametſi perpaucis ante diebus ad te litte-
ras dediſſem. tamen cũ Theophilus cuius ſummã
fidem & beniuolentiam erga te cognoui ad te pro-
ficiſceretur non potui me cohibere: quin recẽtes ad
te litteras conſcriberem: qua tuas ad rationes ſæ-
piuſcule uſus ſum: eandem itero ſententiam cõmu-
nem uidelicet uelis in patriam commeare: qua nul-
lum ſane locum iucundiorem aut commodum ma-
gis comperies. Idem. Et hæc circa hanc partem nũc
circa aliam inſiſtamus.
¶ Vbi quem ut ad nos ueniat inuitamus. & ubi ip
ſe ſe quia uenire non potuit: aut in alia quacunq; te
excuſat. ¶ M. T. C. clauſulæ incipiunt.
D CVr enim tibi hoc non gratificer neſcio
præſertim cum his temporibus audacia
pro ſapientia liceat uti. Lentulo noſtro
per litteras tuo nomine gratias egi dili-
genter. Sed tu uelim deſinas iam noſtris litteris uti:
& nos aliquando reuiſes: & ibi malis eſſe ubi aliquo
numero ſis: q̃ iſtic ubi ſolus ſapere uideare: q̃q̃ qui
iſtinc nunc ueniunt partim te ſuperbum eſſe dicunt
ꝙ nihil reſpondeas. partim contumelioſum ꝙ ma-
le reſpondeas. Sed cupio tecum corã iocari. Quare
fac ut quãprimum uenias. neq; in Apulliam tuam
accedas: ut poſſimus te ſaluum ueniſſe gaudere. Nã
illo ſi ueneris tanq̃ Vlixes cognoſces tuorũ neminẽ.
libro. i. Epiſtola ultima. ¶ Et ſi nihil noui quod ad
E te ſcriberem habebam: magiſq; litteras tuas iam ex-
pectare incipiebam: uel te potius ipſum tamẽ cum
Theophilus proficiſceretur: nõ potui ei nihil litte-
rarũ dare. Cura igitur ut quãprimũ uenias: uenies
eni (mihi crede) expectatus. neq; ſolum nobis: id eſt
tuis: ſed prorſus omnibus. Venit enim mihi i mẽtẽ
ſubuereri interdum: ne te delectet tarda diſceſſio. ꝙ
ſi nullũ haberes ſenſum: niſi oculorum: prorſus tibi
ignoſcerem ſi quoſdam nolles uidere: ſed cum leuio
ra non multo eſſent quæ audirentur: q̃ quæ uiderẽ-
tur: ſuſpicarer autem multum intereſſe rei familia-
ris tuæ: te quãprimum uenire: atq; in omnes par-
tes ualere putaui ea de re te eſſe admonendum: ſed
quoniã ꝙ mihi placeret oſtendi. Reliqua tu pro tua
prudentia conſiderabis: me tamen uelim quo ad tẽ
pus te expectemus certiorem facias. lib. iiii. Epiſto-
la. x. ¶ Gratæ mihi fuerunt tuæ litteræ. ex quibus
intellexi quod etiã ſine litteris arbitrabar: te ſumma
cupiditate affectum eſſe uidendi mei: quod ego ita
libenter accipio ut tamen tibi libentius non conce-
dam. Nam tecum eſſe ita cummunia mihi omnia
quæ opto contingant ut uæhementer uelim: ut. n.
cum eſſet maior & uirorũ & ciuium bonorum & iu
cundorum hominũ & amantiũ & mei copia: tamẽ
erat nemo: qui cũ eſſem libentius q̃ tecum. & pauci
quibus cum eſſem æque libenter. hoc uero tempo-
re cum alii interierint: alii abſint: alii mutati uolun-
tate ſint: unum mediusfidius tecum diem libentius
poſuerim q̃ omne hoc tempus cũ plerisq; eorũ: qui-
bus cũ uiuo neceſſario. lib. v. Epiſtola ultima. ¶ Sci
re enim cupio quid agas: quid expectes: q̃ longum
iſtum tuum diſceſſum a nobis futurũ putes. Sic. n.
tibi perſuadeas uelim: unum mihi eſſe ſolatiũ: qua-
re facilius poſſem pati te eſſe ſine nobis: ſi tibi eẽ id
emolimento ſciam. ſin autẽ id non eſt: nihil duobus
nobis eſt ſtultius. me qui te Romã nõ attrahã: te q
huc nõ aduoles. una mehercle noſtra uel ſeuera uel
iocoſa congreſſio pluris erit: quã non modo hoſtes:
ſed etiã frates noſtri Hedui. li. vi. Epiſtola. x. ¶ Ego
ſi noſtri commodo rationem ducerem: te mecum eſ
ſe maxime uellẽ. Non enim mediocri afficiebar uel
uoluptate ex conſuetudine noſtra: uel utilitate ex cõ
ſilio uel opera tua. Sed cum te & adoleſcentiam tuã
in amiciciam & fidem meam contuliſſes: ſemper te
non modo tuendum mihi: ſed etiã augendum atq;
ornandum putaui. Epiſtola. xvii. ¶ Ego uero iam
te nec hortor nec rogo ut domum redeas: qn hinc
ipſe euolare cupio & aliquo peruenire ubi nec Pe-
lopidarum nomẽ nec facta audiam. Incredibile eſt
q̃ turpiter facere mihi uidear qui his rebus interſim
Nec tu uideris multo ante præuidiſſe quid impen-
deret. tum cum hinc profugiſti: quanquam hæc eti
am auditu acerba ſunt: tamẽ audire tolerabilius eſt
q̃ uidere. Epiſtola. xxxi. ¶ Sed tamen omnia mihi
erunt ſi tu ueneris hilariora. quanquam uenis ut ip-
ſe intelligis in maximarũ quaſi concurſum occupa-
tionũ. quas ſi ut uolumus exceperimus. Ego uero
multam ſalutem & foro dicã & curiæ: unaq; tecum
multum & cũ cõmunibus noſtris amatoribus. Epi
ſtola ultima. ¶ Fratrem meũ tibi fortiſſimũ ciuem
& ad omnia paratiſſimũ excuſes litteris: qui ex labo
re in febriculã incidit aſſiduam & ſatis moleſtã: cum
primũ poterit iſtoc recurrere nõ dubitabit: ne quo
loco reip. deſit. li. x. Epiſtola. xxxi. ¶ Quod nos in F
Italiã ſaluos ueniſſe gaudes: perpetuo gaudeas ue-
lim: ſed perturbati dolore animi magniſq; iniuriis
metuo. ne id conſilii cæperimus: qđ nõ facile expli-
care poſſimus: quare quãtum potes adiuua. ꝙ autẽ
poſſis mihi in mentẽ non uenit. In uiã ꝙ te des hoc
tẽpore nihil eſt: & longũ eſt iter & nõ tutum: & nõ
uideo quid prodeſſe poteris ſi ueneris. lib. xiiii. Epi
ſtola. xii. ¶ Cura igitur te & confirma: & cum com
mode & per ualetudinẽ & per animi tẽpus nauiga-
re poteris: ad nos amãtiſſimos tui ueni. Nemo nos
amat. qui te nõ diligit: carus omnibus expectatuſq;
uenies. lib. xvi. Epiſtola. ii. Quia tua uoluntas ea ui-
debat eſſe ut prorſus niſi confirmato corpore nol-
les nauigare: approbaui tuũ cõſilium: neq; nũc mu-
to: ſi tamẽ in eadem es ſentẽtia. ſin autẽ poſteaq̃ ci-
bũ cæpiſti uideris tibi poſſe me conſequi: tuũ conſi-
liũ eſt Marionẽ eo ad te miſi: ut aut tecũ ad me q̃pri
mũ ueniret: aut ſi tu morarere: ſtatim ad me rediret
Tu autem hoc tibi perſuade: ſi cõmodo ualetudinis
tuæ fieri poſſet: nihil me malle q̃ te eſſe mecũ. Si au
tem intelliges opus eſſere Patras cõualeſcẽdi cauſa
paululũ cõmorari: nihil me malle q̃ te ualere. Si ſta
tim nauigas: nos Leucade conſequeris. ſi te confir-
mare

mare uis & comites & tempestates: & nauem idoneã ut habeas: diligẽter uidebis. Epistola. iii. ¶ Nõ queo ad te nec libet scribere quo animo sim affectus tãtũ scribo & mihi & tibi maximæ uoluptati fore: si te firmum q̃primum uidero. Tertio die abs te ad Aluziam accesseramus. Is locus est citra Leucadem stadia. c. xx. Leucade aut teipsum: aut tuas litteras a Marione putabam me accepturũ. Quantum me diligis: tantum fac ut ualeas: uel quantum te a me scis
B diligi. Epistola. iiii. ¶ Et Quintus pater & filius & nos apud Aluziam ex quo loco tibi litteras ante dederamus: unum diem cõmorati sumus: ꝙ. Q. nos consecutus non erat. Is enim dies fuit. non Nouember: inde ante lucẽ proficiscentes ante diẽ. viii. Idus Nouembris has litteras dedimus. Tu si nos omnes amas: & præcipue me magistrum tuum: confirma te. ego ualde suspenso animo expecto te primum scilicet: deinde Marionẽ cũ tuis litteris. Omnes cupimus: ego in primis q̃primũ te uidere: sed mi Tyro te ualentẽ. Quare nihil properaris: satis quottidie uidero si ualebis: utilitatibus tuis possum carere te ualere tua causa primũ uolo: tũ mea. mi Tyro uale. Epistola. v. ¶ Effice si me diligis ut ualeas: & ad nos firmus ac ualẽs q̃primum uenias. Epistola. viii. ¶ Etsi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis desidero: tamen nõ tam mea quam tua causa doleo te non ualere. Sed cum in quartanã conuersa est uis morbi (sic enim scribit Curius) spero te diligẽtia adhibita etiam firmiorem fore. modo fac id quod est humanitatis tuæ: nequid aliud cures hoc tempore: nisi ut quã cõmodissime cõualescas. nõ ignoro quãtũ ex desiderio labores: sed erunt omnia facillima si ualebis. festinare te nolo: ne nauseæ molestiam suscipias æger & periculosa hieme nauiges. Epistola. x. ¶ Tu cum eo tempore esse mecum non potuisti quo ego maxime operam & fidelitatem desideraui tuã: caue festines aut cõmittas: ut aut æger aut hieme nauiges. Nunq̃ sero te uenisse putabo si saluus ueneris. Epistola. xi. ¶ Ego uero cupio te ad me uenire: sed uia; timeo. Grauissime ægrotasti inedia & purgationibus & ui ipsius morbi consumptus es. Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis. Epistola. xii. ¶ Andricus postridie ad me uenit: ultra quam expectarem. Itaq; habui noctem plenã timoris ac miseriæ: tuis litteris nihilo sum factus certior quomodo te haberes: sed tamen sum recreatus. Ego omni delectatione litterisq; oĩbus careo: quas antequam te uidero attingere non possum. Conserua te: mihi dies promissorum adest: quem etiam re
C præsentabo si adueneris. Epistola. xiiii. ¶ Omnia a te data mihi putabo: si te ualentem uidero. summa cura expectabam aduentum Menandri quem ad te miseram. Cura si me diligis ut ualeas: & cum te be
D ne confirmaris: ad nos uenias. Epistola. xv. ¶ Expecto tuas litteras de multis rebus: teipsum multo magis. Demetrium redde nostrum: & aliud siquid potes boni de Anfidiono nomine nihil te hortor. Scio tibi curæ esse sed confice. & si ob eam rem moraris accipio causam si id te non tenet: aduola litteras tuas ualde expecto. Epistola. xix. Hæc & pauca quidẽ

Ad Idem.



Enio ad ea quæ scribis: neq; per aliũ: neq; litteris posse transigi: & propterea me hortaris ꝙ meum aduentum maturem. uellem omnia cum rep. causa tum etiam perpetua in te beniuolentia mea: quæ uel consilio uel opera mea possent bene patriæ nostræ euenire: aut usui tuo esse: quanq̃ admirer quæ possit res esse in qua tantopere officium meum desideretur. Sed postea tantum operã meã ac studiũ in remp. a ciuibus nostris expeti significas: non differã ultra meũ accessum. Scio eni te nõ sine causa ut ita faciã ad me scripsisse. Non possum frustra hoc iter agere: mõ te incolumẽ salua nostra reip. inueniam. Gasparinus. ¶ Quod uero me hortaris ut hoc tanto bono sciẽs & uidẽs uobiscũ fruar (utor eni libẽter uerbis tuis) facis amice: quanq̃ adortatõe tua non egerẽ: & iam apud uos essem: nisi fuissent maxime occupatõnes: q̃bus nostræ reip. causa detẽtus fui. sed ut spero nõ multos dies abero. Quantũ oẽs præsentiã atq; officiũ tuũ expectãt. ex hoc potes cogitare ꝙ etiã inimici tui maxime in gratiã tuã reddire exoptant. Cura ut ad nos aduoles. Opus ẽ eni celeritate: nisi me uis esse cõiectum eo: unde nullo tẽpore non dico amici sed ne ipsa quidem salus esset si cuperet: possit me eximere. Quod nisi te maior cura detineat queso ipse accedas: ut iam non per litteras: sed in præsentia hoc tanto bono sciens & uidens nobiscum fruaris. Hortor uero te atq; etiã obsecro: ut ad nos accedas. Facies eni rem oĩbus post tuũ reditum amicis tuis gratissimã: mihi uero adeo iucundã: ut nulla maiori uoluptate cumulatius possis me afficere. Quare etiã atq; etiam ad nos festina. neq; ulla res tanta sit: quæ tuũ aduentum remoretur. Omnes quidẽ præsentiam tuã affectant: sciuntq; in te uno cõmunem oium salutem esse repositam. noli itaq; tantam expectationem omnium differre. Aliud non est quod in præsentia a te exigam nisi ut q̃primũ poteris: ad nos nauiges. Habeo enim tecum de multis conferre: quæ utriq; nostrũ maximam ut spero afferẽt utilitatem. sed uide ne te mari committas: nisi omnia ad nauigandum tuta uideas. Ego & si per incommode ex urbe discedam: constitui potius omnia post habere: q̃ ab his ludificari: ad quos sæpe multa ornamenta atq; adiumenta detuli. quare de hac re amplius eos non appelles si rem integram in meum aduentum reseruabis. Hortantur te omnes ut q̃primum opportunitas tibi aderit: non differas tuum aduẽtum. Est enim opus celeritate: cũ malũ nostrũ in dies propius accedat: nec multos defensores habeamus: ita me ad te scribere patres uoluerunt. Ego uero siquid an illorum autoritatem potest accedere id etiam atq; etiam magnopere quæso: ut cum reipub. causa omnia feceris: tum etiam pro nostra beniuolentia quæ ad summum peruenit: expeditionẽ tuam matures. Nunc item ex Gasparino circa secũdam Rubricæ partem ubi nos excusamus clausulas. accipe. ¶ Si fortunis tuis ut oportebat nõ affui: minime accusabis officium meum: qui cum maxime E

cuperem animo tuo satisfacere: illa ipsa patriæ no-
stræ caritas ex medio cursu quo ad te contendebam
plane me inuitum reuocauit. Hæc sunt quæ pro cau
sa mea duxi hoc tempore tibi respondenda: non qa
tuis admonitionibus succenseam: sed ut siquam nō
bonam opinionem de me cōcepisses: ego me apud
te purgarem. Vellem posse animo imperare & re-
spondere tibi molestius: cū non satis intelligo quor
sum hæc uerba tua tendant: sed postq̄ me cogie (cū
bona uenia tua) uellem ostenderes mihi quando ti-
bi in amore non responderim: imo quando te amā
do nō añcessi. Multa sunt de quibus si mihi peroccu
pationes meas licuisset: te in re tua pluribus uer-
bis admonuissem. sed quia ad ea omnia mihi ocium
non fuit: satis erit de studiis tuis: de molestia atq; hu
manitate: qua ratione illis utaris consilium meum
tibi aperire. Quod apud te hoc tempore dignitatis
meæ rationem habeam: id me necessario facere nō
procul a te aberit: si anteactam uitaȝ meam semper
longe ab ambitione reminisci uolueris. sed non sa-
tis æquo animo possum ferre isolentiam quorūdaȝ
hominum: qui neminem in ciuitate possunt ferre
nisi animo summisso & ignauo sit: ego dolorem me
um non possum dissimulare: q; bene agendo nullaȝ
gratiam possum promereri. Nosti q̄ durū sit homi
ni non ignobili & qui sit animo ingenuo supplicare
alteri. uix quidem induci potui ut has ad te litteras
darem qui mihi summe familiaris es. sed tua fides
ac beniuolentia omnem cōtentionem discussit. Tu
pro nostra amicicia etiam atq; etiam uidebis: siquid
erit in quo apud nostros amicos iuuare me possis.
Illud enim ego præ nimia uerecundia facere prohi-
beor. Nisi de tuo in me animo satis persuasum habe
rem: dubitarem ne tibi molestus fuissem: cum his
diebus causam Lucretii apud quæstorem nostrum
contra necessarium tuum defendissem: sed cum su-
perioribus temporibus nihil a me gestum in amici
cia nostra cognosceres: quod a ueteri existimatione
tua alienum esset: putaui etiam in hoc facto meo te
non permutaturum fuisse iudicium tuum. Nisi sci-
rem de qua re & apud quem agerem: non auderem
certe: præsertim hoc tempore quicquam ad te scri-
bere. Scis enim q̄ uariæ sint hominum suspitiones:
& q̄ promptissimæ linguæ ad maledicēdum. sed cū
summa causæ meæ sit æquitas: & tu ille sis qui nihil
possis nisi æquum facere: bono animo causam meā
tibi cōmēdabo. ℂ Quid egerim nemo nouit meli-
us q̄ ego ipse: nec est alius qui si male fixi pro me de
pendat. Semper huiusmodi cantilenas ad me scri-
bis. non uacas studio: noctu per adulteria pergis: cō
fringis hostia: hunc pulsas: illi contumeliosus es: &
multa huiusmodi: quæ ne patientissimus quidē pos
set æquo animo ferre. nescio quare mihi totiens ira
sceris maxime cum harum rerum nisi quātum ætas
& consuetudo iuuenū affert: mihi non sim conscius
nihil facio præter morem aliorū. Cumq; plures sint
quibus uita mea non satis est perspecta facile euenit
ut homines ad male credendū paratiores sint: q̄ pru
dentes ad iudicandum. Quare ne opinionem quā
semper apud ciues optaui: aliqua mea negligentia
aut tarditate amnitam: uide ut si quādo huiusmodi
sermones de me confingi ac disceptari audiueris: fa
mæ ac rationis meæ rationē habeas. nec minori stu
dio me defendas: q̄ semper ad omnē humanitatem
atq; modestiā me adhortatus fuisti. Quantū uero
studio meo ac diligentia fieri poterit: famæ tuæ ra-
tionem habeo & te excusabo apud omnes: siqd indi
gne de te referri audiā. Tu aūt dabis operā: ne cum
ego officiū tuū laudauero ipse aliqua in te bonā æsti
mationē hominū diminuas. Si uero aliud de te au-
dire me continget: non certe dissimulāter id feram:
sed faciā ut qui ad maledicēdum de alio parati uene-
runt ipsi multo de se pius audiant quicquid aūt illi
contra te moliantur: nihil est quod te magnope tur
bare debeat. Validior eni est opinio quā boni hoies
de te fecerunt: q̄ ut possit ab huiusmodi hominibus
uiolari. Quid cæteri de me tibi referant ipsi uideāt.
ego cōscientia mea utar. tu uero qui sapis & similēȝ
aliquādo procellā expertus fuisti: ꝑ tua sapientia ui
debis quid huiusmodi hominibus credēdū sit. Siqd
aūt erit quod suspitionem aliquā de me tibi afferat:
scribe: & ego me ut spero ab omni suspitiōe eximā.
Disperеā nisi rēp. semper pluris feci: q̄ aut meipsuȝ
aut meos liberos: ꝓpterea nō possuȝ nō iniquo aio
ferre maledicta eoꝝ nō posse effugere qui nihil ali-
ud student: q̄ quomodo in eā possim ifamari. Si tibi
nō satis perspectus est anim⁹ q te mihi inimicū red-
dere uoluit: nūc primuȝ ex me cognosces: ut atroci
iniqtate hoīs illius cognita: melius possis iudicare
quanta sit ei fides habēda. Nō præsumerē de hac re
scribere quam ego tibi minime placere scio: si a bo-
no uiro hoc tibi relatum esset: sed cū ab homine in-
uido ac pessimo id perspectū sit: ita eius exponam
uitā: ut nihil minus uerū esse intelligas. Hæc ex Ga
sparino Perganiensi. ℂ Solent qui errati ueniā pe- A
tunt causam aliquā sui erroris probabilem allegare.
Ego aūt siquā haberē: pridie illā ad te ꝑscripsissem:
sed nullā certe habeo quā afferre possim: nondum
probabilem: sed ne tolerabilem quidē; quare ad de-
precationem me cōfugere necessitas cogis. Scire tñ
abs te uellem: si facultatem illā tuam & humanitatē
pristinā obseruas: an postēaq̄ te nō nidi durior fact⁹
sis ut exinde cōsilium capiam. nam si mitis es: aude-
bo. si inexorabilis me contrahā. Malo enim perpe-
tuo silētio uti: q̄ aliquid petere quod a te ipetratur⁹
non sim. Leo. Aretinus. ℂ Noui enim te hominēȝ
prudentissimū e quadam quasi specula cuncta pro-
spicere. neq; solū qui cursus rerum: sed etiā q exitus
futurus sit. Quapropter ne diutius auribus tuis ꝑ-
strepam: iam meæ finē imponā epistolæ: in qua si-
qd superfluū legeris: id ex nimia quadā amoris abū
dantia dictū puto. Non secus enim hæc ad te exara-
ui: q̄ si tecum corā sermonem habuissem. Itaq; hoc
abs te exoratum uelim honorande præceptor: ut si
quicquam fortasse liberius q̄ decebat dixisse uide-
bor: pro humanitate atq; clæmentia tua mihi igno
scas atq; idipsum ut par est: bonam in parteȝ accipi
as. Reliquum uero sit: ut qui cūcta moderatur & re-
git deuote atq; suppliciter rogē & deprecer: ut uo-
tis tuis fauere ac quodcūq; acturus sis: id tibi ex sen-
tentia

B tentia secūdare dignetur. Gabriel Teglatius. ¶ Cō
pluribus iam diebus elapsis: longiusculam abs te su
scepi epistolā: & caritate & dicendi suauitate ornatis-
simam: cui si tardius fortasse q̄ decebat respondero:
non mihi succenseas uelim: hoc enim tempore non
nullis occupationibus & his quidem honestissimis
ita destrictus. itaq̄ impeditus fui ut non sine paruo
meo incommodo potuissem ad te quicquam antea
perscribere: quanq̄ uero te diuturna mearū expecta
tione frustratus fuerim: non tamen moleste tibi fe-
rendum est: ex eo ꝙ necessitas ipsa facere compulit.
Longiori fortasse oratione ad me purgandū opus
esset: si apud iniquum aliquē iudicē causam meam
agerem. Verū enim cū te nactus sim: de cuius æqui-
tate: clæmētia: humanitate: & principuo in me amo
re plurimū mihi persuadeo: nihil profecto dubitē
quin tullum mihi negocium fuerit abs te ueniā im-
petrari præsertim quando causa mea: uel quocunq̄
C alio iudice iusta atq̄ legitima iudicaret, Idē. ¶ Lit-
teras a te proxime accepi: quibus ut una conuenia-
mus hortaris: gratia beniuolētiæ inter nos redinte-
grandæ. Id ego laudo & iuxta tecū concupisco. Sū
profecto qui cuicunq̄ & tibi maxime gratificari ue
lim: neq̄ idipsum quod in præsentia efflagitas: per
me steterit antehac quo minus fieret ut nosti: nec sane
D stabit Antonius Panor. ¶ Antonius Panor. S. D.
P. Antonio Cremonensi uiro celeberrimo. Si uales
gaudeo. ego te quidem ualere opto. Ad celebritatē
diuæ Iuliæ non spectaculorum gratia: sed Scipione
reliquosq̄ beniuolentes salutandi uisendiq̄ Medio-
lanum me conferam quod proinde tibi cognitum
fieri studui: ut omnino ne abesses: curares. alioquin
iniucunda ac tristitia erunt omnia mihi sine te: ut si
non uenias: mihi lilia nigra uidentur: nec sapiēt fon
tes: & accessent uina bibenti. At si tu uenias: mihi cā
dida lilia fient: & sapient fontes: & dulcia uina bibē-
tur. Possent tamen uno casu euenire quo minus ac-
cederem: quem ex tabellario amicissimo meo itelli
gas uolo uiuo sermone. Vale mea uoluptas. Cæte-
ra agemus corā. Ex Papia q̄rapti. Idem. ¶ Si com
E mode fieri abs te potest: huc hodie uenias peto. Sū
enim tecum quædam commentaturus. Quare ue-
lim ne differas neq̄ committas ut te potius excusan-
dum contationis: q̄ laudandum properationis ostē
F das. Vale Mediolani. Natali Christiano. Franciscus
Philelphus. ¶ Nō possum officium tuum non ac-
cusare: ꝙ tam diu silentium egeris. nec enim mei obli
tus esse debes: quē mirifice diligere cōsuesti. nec etiā
pythagoreus factus es tam repēte: qui elocutionis
studio maxime omnium inseruire didiceris. nec te
superbum factū esse puto: qui humanitate & man-
suetudine nemini cedas. Itaq̄ nisi te iure excusandū
malis: facito ad me uenias: aut propediem itelligam
quid in causa fuerit: ut tāto silētio te dederis. Idem.
G ¶ At si tibi cordi est hos penitus merores aboleam
te oratū uelim tuum ad me pedem ex templo trans
feras: hic aliquot dies mecū uictitaturus: ut tua pru
dentia: autoritate: ac lepidissima demum consuetu-
dine mœroris reliquum possim eliminare. Baldasar
H Rasinus. ¶ Quū Sēpronius familiaris tuus a te p-

ficisceretur: mihi impare nequiui: quin ad te denuo
cōscripserim. Te scire uelim ut tuū summo gaudeo
animum expleam: uniuersum hunc populū tui ui-
dendi q̄auidissimū esse: & in primis tui socii: thala-
mi: & liberi: qui in hac calamitosa tempestate lachri-
mis usq̄ redundarunt. tuum flagrantissime aduen-
tum præstolantur: quem tuæ familiæ tuisq̄ omni-
bus rationibus apprime conducturum nec medio-
criter confido. Tuæ igitur agros in patrios reditio-
nis: me uelim q̄primum poteris: facias certiorem.
quando id animum induxerim meum: tibi cum le-
ctissimo tuorū contribuliū comitatu obuiā perueni
re. Idē. Hæc de his: nunc alia ex ordine exaremus.
¶ Circa uirtutes: honores: & scientias. Et ubi quē
ex eis collaudamus: aut ad prædicta inuitamus. M.
T. C. clausulæ incipiunt.


Ihi quidem humanitas tua uel summa
potius sapientia: non iniucunda solum:
sed admirabilis uisa est. libro primo. Epi
stola sexta. ¶ Te uero moneo: cum be-
neficiis nostris tum amore incitatus meo: ut omnē
gloriam ad quam a pueritia iflammatus fuisti: om-
ni cura atq̄ industria consequare: magnitudinemq̄
animi tui: quam ego semper sum admiratus: sem-
perq̄ amaui: ne unq̄ inflectas cuiusq̄ iniuria. Ma-
gna est hominum opinio de te: magna commenda
tio liberalitatis: magna memoria cōsulatus tui. Ea-
dē. ¶ Vt hæc multo añ meditere huc te pares: hæc
cogites: ad hæc te exerceas: sentiasq̄ id quod semper
sperasti: nō dubito quin adeptus intelligas te facilli
me posse obtinere summū atq̄ altissimū gradū ciui
tatis. Quæ quidem mea cohortatio: ne tibi inanis
aut sine causa suspecta uideretur: illa me rō mouet:
ut te ex nostris euentis cōmunibus admonendū pu
tarē: ut considerares in omni reliqua uita quibus cre
deres: quos caueres. Eadē. ¶ Lentulū nr̄um eximia
spe summæ uirtutis adolescentē: cū cæteris artibus
q̄bus studuisti semper ipse: tum in primis imitatio-
ne tui fac erudias. Nulla. n. erit hac præstantior di-
sciplina: quē nos & quia tuus: & quia te dignus est fi
lius: & q̄a nos diligit: & semperq̄ dilexit in primis
amamus carūq̄ habemus. Eadē. ¶ Noui eni tēpe-
rantiā & moderationē naturæ tuæ. noui animū tu-
um mihi amicissimū tū nulla in cæteros maliuolen-
tia suffusum: cōtraq̄ cū magnū & excelsum: tum eti
am apertum & simplicem. Epistola. ix. ¶ Ego te ab-
fuisse tādiu a nobis & dolui ꝙ carui fructu iucundis-
simæ consuetudinis: & lætor ꝙ absens omnia cum
maxima dignitate es consecutus: ꝙq̄ in oībus rebus
tuis meis optatis fortuna respōdit. Breue est quod
me tibi p̄cipere meus incredibilis in te amor cogit.
Tanta est enim expectatio uel animi uel igenii tui:
ut ego obsecrare obtestariq̄ non dubitē. si ead nos
cōfirmatus reuertare: ut quā expectationē tui cōci-
tasti: hanc sustinere ac tueri possis. lib. v. Epistola. i.
¶ Teq̄ ad studia sūmæ laudis cohortabor. Est eni
tibi grauis aduersaria cōstituta & parata incredibilis
quædā expectatio: quam tu una re facillime uinces
si hoc statueris quarū laudū gloriā adamaris: quibus
artibus hæ laudes cōparantur: in his esse labotādum

In hanc ſententiam ſcriberem plura : niſi te tua ſpõ-
te ſatis incitatum eſſe conſiderem: & hoc qcquid atti
gi nõ feci inflãmandi tui cauſa: ſed teſtificandi amo
ris mei. Epiſtola. iiii. ¶ Vnũ illud neſcio : gratulor
ne tibi an timeã: q admirabilis eſt expectatio redit⁹
tui: nõ quo uerear ne tua uirtus opinioni hominuꝫ
non reſpondeat: ſed mehercule ne cũ ueneris : nõ ha
beas iam quod cures: ita ſunt omnia debilitata iam
prope & extincta. Epiſtola. v. ¶ Quid eſt cauſæ cur
mihi in optatis non ſit cõplecti hominẽ florentem
ætate: opibus: honoribus: ingenio: liberis : propin-
quis: affinibus: amicis: collegã meũ pſertim: & in ip-
ſa collegii laude & ſcientia ſtudioſum mei: Epiſtola.
xiii. ¶ Officiũ meũ erga Rhodonem cæteraq; mea
ſtudia: quæ tibi ac tuis præſtiti: tibi homini gratiſſi-
mo grata eſſe uæhementer gaudeo: mihiq; ſcito in-
dies maiori curæ eſſe dignitateꝫ tuã: quæ quidẽ a te-
ipſo integritate : & clæmẽtia tua ſic amplificata eſt:
ut nihil addi poſſe uideat᷑. habes eni nemine hono-
ris gradu ſuperiorẽ. Epiſtola. xviii. ¶ Cilix libert⁹
tuus antea mihi minus notus fuit: ſed ut mihi reddi
dit a te litteras plenas & amoris & officii : mirifice
ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatẽ littera-
rũ tuarũ. Iucũda mihi eius oratio fuit : cũ de animo
tuo: de ſermonibus tuis quos de me haberes quotti
die mihi narraret . Quid quæris? biduo mihi factus
ẽ familiaris. Epiſtola. i. ¶ Hæc mihi ampliora mul
to ſunt: q̃ illa ipſa ꝑpter quæ hæc laborant . Inſignia
eni uirtutis multi etiã ſine uirtute aſſecuti ſunt. Tali
um uirorũ tanta ſtudia aſſequi ſola uirtus põt. Epi-
ſtola ultima. ¶ Seruus tuus uel potius noſter ſum-
ma me obſeruantia colit. cuius ego cum omni pro-
bitate ſum maq; uirtute: tum ſtudiis doctrinaq; dele
ctor . Is mecũ ſæpe de tua manſione aut diſceſſione
cõmunicat. libro. iiii. ¶ Ac nõ uereor ne aſſentaciũ
culã quadã aucupari tuã gratiã uidear: cũ hoc demo
ſtrẽ me a te potiſſimũ ornari celebrariq; uelle. Neq;
enim tu is es qui ſis neſcius: & qui nõ eos magis qui
te non admirentur inuidos q̃ eos qui te laudẽt aſſen
tatores arbitrere. Neq; autẽ ita ſum demens ut ſem
piternæ gloriæ per eũ cõmendari uelim: qui non ip
ſe quoq; in me cõmendando propriã ingenii gloriã
cõſequat᷑. libro. v. Epiſtola. xii. ¶ Placet eni Hector
ille mihi Neuianus: qui non tantũ ſe laudari lætat᷑.
ſed etiam addit laudato uiro. Eadẽ. ¶ Cũ enim te
ſemper magnum hominẽ duxerim: q his tẽpeſtati
bus es prope ſolus in portu: fructuſq; doctrinæ per
cipis eos qui maximi ſũt: ut ea cõſideres eaq; tractes
quorũ & uſus & delectatio ſunt oibus iſtorꝫ & actis
uoluntatibus anteponendi . Equidem hos tuos Tu
ſculauenſes dies inſtar eſſe uitæ puto libenterq; om-
nibus omnes opes conceſſerim: ut mihi liceat ui nul
la interpellante iſto modo uiuere : quod nos quoq;
imitamur ut poſſumus: & in noſtris ſtudiis libentiſ
ſime cõquieſcimus. libro. xiiii. Epiſtola. vi. ¶ Nihil
eni (mihi crede) uirtute formoſius: nihil pulchrius:
nihil amabilius. Epiſtola. xiiii . ¶ Itaq; te cũ uideo
ois mihi graccos: ois lucilios: uere ut dicam Craſſos
quoq; & Delios uidere uideor. Moriar ſi pter te quẽq̃
reliquum habeo in quo poſſim imaginẽ antiquæ &

uernaculæ feſtiuitatis agnoſcere. Epſa. xv. ¶ Om-
nia ſumma cõſecutus es uirtute duce comite fortu-
na: eaq; es adeptus adoleſcens multis inuidẽtibus:
quos ingenio induſtriaq; fregiſti . Nunc me aman-
tiſſimũ tui nemini cõcedente: qui tibi uetuſtate ne-
ceſſitudinis potior poſſit eẽ ſi audies: omnẽ tibi reli
quæ uitæ dignitatẽ ex optimo reip. ſtatu acqres . li.
x. Epiſtola. iii. ¶ Cõſul es deſignat⁹ optima ætate:
ſumma eloquẽtia: maxima orbitate reip. uirorꝫ tali
um. Incumbe per deos imortales in eam curã & co-
gitationẽ quæ tibi ſummã dignitatẽ & gloriã affe-
rat. Vnus aũt eſt hoc pſertim tẽpore per tot annos
rep. deiecta: reip. bene gerẽdæ curſus ad gloriã . Ea-
dẽ. ¶ Non me præteribat in tanta ſollicitudine ho
minũ & perturbato ſtatu ciuitatis fructuoſiſſimã eſſe
profeſſionẽ bonæ uolũtatis : magnoſq; honores ex
ea re cõplures cõſecutos uidebã. Epiſtola. viii. ¶ Ip
ſa fama quæ de tua uoluntate percrebuit : magnam
es laudẽ cõſecutus. Epiſtola. v. ¶ Is enim deniq; ho
nos uideri ſolet: qui non propter ſpem futuri bene-
ficii: ſed propter magna merita claris uiris defertur
& dat᷑. Quare ſit modo aliqua reſp . in qua honos
elucere poſſit oibus (mihi crede) ampliſſimis hono
ribus abundabis. Is autẽ qui uere appellari põt ho-
nos nõ inuitamentũ ad tẽpus: ſed perpetuæ uirtu-
tis eſt præmiũ. Quãobrẽ mi Plance icumbe toto pe
ctore ad laudẽ: ſubueni patriæ: opitulare collegæ: oi
runt: nec in futurum deerunt homines qui ſibi
uoluptati ducant: quos alicui bono ſtudio dedi-
tos uident: fama eſt bona opinione ſpoliare: & ſem
per aliquam falſam fabulam confingere: & ſpargo-
re in uulgo uarios rumores a quibus abſtinere non
eſt facile. Multa quidem perſimilia habent: neq; un
quam reprꝛhenduntur: niſi poſtquam nocue-
rint.

rint. Hæc ad te ſcribo non ſine cauſa. quanquã enim
ſumma in me utaris modeſtia: nec quẽquã in tuis lit
teris nomines: tamẽ quamprimum tuas litteras le-
gi: ſtatim intellexi quo ex fonte omnia manarent.
Tu uero ſi me carum habes: non plus his hominibꝰ
credas: q̃ & uita mea: & ipſa dicta & facta uerbis eo-
rũ cõſentiãt. Sed permitte quæſo te a me exorari: &
plus mihi uni credas qui omnia perſpecta habeo: &
te ſumme diligo: q̃ homini iſti. Sed tu pro tua pru
dentia non ſolum conſiderabis de quo aliquid dica-
tur: ſed etiam a quo homine: nec cuius uita impro-
bata ſit: eius orationi fidem habeas. Nunq̃ enim ad
duci potui ut uerbis eius fidem haberem: donec ſer
mone & litteris multorum idem afferri mihi intel-
lexi. Scæuus homo intollerabilis eſt: cuius temeritatẽ
niſi tua uirtus frãgat ac penitus retũdat: nullus erit
(crede mihi) qui eum perferre poſſit. Ille enim ſpi-
ritus qui adhuc metu legũ aliqua ex parte infringiť:
ſi omnia ſe impune moliri uiderit: nihil erit quod
non audeat. Si quid recte curatum uelis: ut eſt apud
comicum: huic mandes quem neq; iuſiurandũ: neq;
reuerentia amiciciæ: neq; hominum iudicia monẽt.
Non ſatis æquo animo poſſum ferre hunc Tiberi-
um qui ſemper ei licere credit quicquid ſibi libuit.
neq; ulla unquam fuit tanta legum reuerentia quin
libidini ſuæ crederet omnia debere licere. Niſi hono
rem tuum æque ac meum cariſſimum haberem: cer
te hodie has ad te litteras non dediſſem. ſed quia te
nimis amo: non poſſum te non admonere: ut dili-
genter tibi & tuis proſpicias ab homine illo qui tã-
tum familiaritatem tuam appetere uidetur. Niſi
animo prouideas qua ratione deuites aſtum ac ma-
liciam Titi: aliquam profecto inſignem contume-
liam tibi afferet. Solet enim maxime ſtudere a ſe de
ceptos eſſe: multis antea beniuolentiæ ſignis proſe-
qui: quo maturius nihil tale ſuſpicantes opprimat.
Audiui nuper ab his qui nunc ad te ueniunt: ꝙ fami
liariſſime uteris Lucio: quæ res certe ſummam de
tuis ſtudiis ac uirtutibus diffidentiam mihi attulit.
Eſt enim homo flagicioſiſſimus cummunis iuuenũ
pernicies & ingenuorum adoleſcentium corrupte-
la. Suſpicatus aliquid de te ſum: cum intellexi Cici-
lium hominem flagicioſiſſimum aſſumptum eſſe
in amicicia ac familiaritate tua. Nemo quidem eſt
hoc homine pernicioſior: & eius conuerſatio plus
quã credi poteſt eſt periculoſa. Iſta enim belua aut
aſpectu aut peſtifero anhelitu ſuo ut baſiliſcus bo-
nos corrumpit animos atq; inficit. Inimicus meus
homo eſt qui audacia & uiribꝰ ualet. Propterea neq;
tuam: neq; ullius hominis potentiam ſe timere di-
cit: cuius furorem niſi retundas timendum eſt: non
ſolum ei credendum eſſe in cauſa mea: ſed etiam ne
tuam autoritatem multo magis contemnat. Vel-
lem res tuæ meliori loco eſſent. Habes enim procu-
ratorem qui meo iudicio ad te fallendum magna ar
te utitur. Non poſſum facere quin ad te ſcribam q̃
paruifaciat atq; contemnat dignitatem tuã. ¶ Ty-
rus inuidus meus: nec tibi amicus: qui adeo immo-
derata ſua potentia ducitur: ut neminem putat in
noſtra ciuitate uiuere: cui quicquam in re illa a ſe de
ferendum arbitretur. Gaius homo locupletiſſimus
eſt: quod ego certe in parte laudis eius reponerem:
ſi ad neceſſarios uſus tantas pecunias comparaſſet:
ſed cum in perniciem bonorum ciuium id ab eo fa-
ctum ſit: cogita quantam apud te gratiam habere
ipſum conueniat. Commendarem facta Lucii: ſi ea
conſilio magis q̃ temeritate miniſtrata eſſent: ſed
cum fortunæ ſuæ uelit eam deberi gratiam quæ uix
conceditur uirtuti: non poſſum nõ ſtomachari: præ
ſertim cum ea re tantum ſibi iuris aſſumat in res alie
nas. Amicus noſter paulo elatior eſt q̃ conſuetudo
noſtræ ciuitatis ferat. confidit nimis ut mihi uide-
tur rebus geſtis: & gloria ſuorum maiorum. Noliq;
ex hoc pati ꝙ ab homine illo uiliſſimo cõtemnaris.
Fuit olim nobilitas rerum geſtarum gloria: nũc ue-
ro nihil aliud eſt quam alienæ uirtutis iactantia &
immoderata quædam dicendi faciendiq; omnia li-
bertas. Gaius homo iudicio ſuo & ingenioſus eſt &
non parũ doctus. Is ad te accedit quomodo ipſum
magnifacias. Ego uero neminem cognoſco cui ma-
gis comicum illud conueniat. Azinus: ſtipes: plum
beus: lapis: & ſiquid deterius eſt. Non poſſum non
ſtomachari quotiens mentem ſubit inquinatiſſima
uita huius tui tabellionis: qui ſi tibi ſatis notus eſſet
(crede mihi) hunc hominem in primis fugeres. Eſt
enim luxuria præditus: qui diem ſomno: noctem
uero inter ebrietates & uiliſſimas mulierculas con-
ſumit. Facio rem mihi inſolitam: cum apud te mo-
res cuiuſq; hominis accuſo: ſed quia ſpero te ita de
me ſentire: ut nihil noui a me ſine cauſa fiat: non du
bito ea libere dicere: quæ de Lucii uita ſentiam: mul
tos non negabo me cognouiſſe homines impudi-
cos: fruges (ut aiunt) natos conſumere: neminem
tamen habeo cuius uita magis turpi luxuria deper-
dita ſit atq; inclinata: q̃ hominis de quo ſtatim dixi.
Nam omnis eius uita eſt in patellis & uino amat ui
ctum & aginam: nunquam ſine ſcortis uiuit. Si rem
te dignam & mihi gratiſſimam cupis facere: uide
ne ullam tibi æſtimatiõem facias de homine qui ad
te uenit. Eſt enim adeo torpens & in omnibus rebꝰ
deſes: ut etiam in hiis quæ aliquãdo recte didicit nũ-
quam ullam rem perficiat. Tenetur enim tanta ſe-
gnitia atq; torpore ut homine illo nullam credam
teſtitudinem inceſſu tardiorem eſſe. Nunq̃ te illi tu
to comitas: quem in ſua re ceſſare ac frigere uideas:
quo in uitio ſiquis eſt qui frequẽs ſit: is certe eſt qui
nunc apud te maxime contendit: ut fortunas tuas
curæ ſuæ committas. Noli ergo ſi me amas: immo
ſi te carum habes: te committere huiuſmodi homi-
nibus: quorum omnis oratio blanda eſt: facta uero
aut inſidiarum plena: aut longe ab oratione eorum
diſſidentia. Cogor eni de ſalute tua ac de omnibus
fortunis ſollicitus eſſe: quod minime facerem: niſi
te maxime colerẽ. Scio iam annũ tertium agi poſtq̃
Papiam litterarum cauſa profectus fuiſti: quid ege
ris hoc tanto tempore quantumue profeceris: non
latet amicos tuos: utinam hæc ſumma eſſet iactura
quæ tantum ad opes attinet: illud multo deterius
eſt ꝙ hoc totum tẽpus ad digitos fluxit: nec intelli-
ges multos ex æqualibus tuis iã egregie doctos atq;

eruditos esse. Si te aliquando litteris meis repræhendi: & quid de te ciues tui sentiant scripsi. Dicis me tibi fabulas narrare: & esse nimis grauem atq; molestum. nec satis attendere quid ætas adolescentiū ferat. Illud autem uideo: neminem fere ac nostra ætate inueniri: qui diuersa studia eodem tempore nō sequatur: non quo magis proficiant: sed ut hominibus doctiores uideantur. mihi uero cum in omnibus rebus: tum maxime in disciplinis semper maximo odio fuit ambitio hæc: eorum opinionem probo: q̄ se malunt uideri quam esse. quod uitium hodierno die ita usitatum & frequens est: ut nemo sit qui non magis ad opinionem multorum quam ad ueritatē studia sua referat. Tu uero quoniam bene a natura institutus mihi uideris: magis curabis quid de studiis tuis sentias: q̄ quid alii iudicent. Nam plurimū refert: an uera laus de nobis p̄dicetur: an falsa & inanis sit gloria nostra. Illa enī suas habet radices: ista uero potius hominum sermone fulta est q̄ suis uiribus. Cogita ergo non posse unius hominis famam diuturnam esse: quæ nulla aut uera aut honesta causa constat. Siquid est quod ego ullo tempore apud te magno studio contenderim: nunc a te hoc etiam atq; etiā exigo: ut pro nostra amicicia legas animo attentissimo ea de quibus hodierno die ad te scribo. Sæpe ut scis te admonui: ut famam tuam non negligeres prospicerēsq; tibi in futurum: tu uero id negligentius adhuc tulisti: sed nisi tibi aduigilaueris: uideo non longe a te abesse periculum. Inquiunt enī homines te neq; modesto sumptu neq; honestis hominibus uti. Sæpe ad te scripsi ne uelis in tua re negligēs esse aut minus cautus quam oportet. sed uerba mea nescio quomodo adhuc pro ioco & ludo habuisti: nec uideris curare quid ego aut cæteri amici tui de te opinentur. has ad te litteras ultimas dare constitui: quibus si obsecutus fueris: tibi uni bene cōsules. sin uero perseueraueris pergere quo cœpisti consilium non est: tua stulticia meipsum excruciare animo. Ego enim (ut aiunt) in portu nauigo. tibi (mihi crede) ludus iste luditur. Si mihi fidē habueris gaudebo mediusfidius magis tua q̄ mea causa. Quod si in opinione tua perstabis: ego meo in te officio perfunctus ero: tu uero lues. Nunc uero ne te non admonitum a me dicas: scribo omnes amicos atq; necessarios tuos a te auersos esse: neq; ullam rerum tuarum uelle deinceps curā agere: ego adhuc resto: quem ut uideo a tuo amore ac beniuolētia extrudes. Tu quid tibi conueniat etiam atq; etiam uidebis. Ego te amabo si confirmaueris iudicium q̄d de te feci: si minus habebis me tibi summū aduersariū qui te plurimum ad hanc uitam ante omnes hortatus fui. Hæc ex Gasparino. Habeo scriptorem rudis ingenii & moribus rusticanis. Iam quattuor mensibus nihil aliud ago quam eum docere ut discat scribere: sed uereor ne litus arem. scribit modo Valeriū in quo experietur ruditatem suam: sed in diem fit stultior. Itaq; clamo: intono: iurgo: increpo: sed is habet aures pioatas: plumbeus: cautes: stipes: asinus. & siquid stolidus ineptiusq; dici potest. Dii eum perdant. obligatus est mecum biennio: forsan corrigetur. Scribis cancellarium depositum esse ab officio: honorificētius deposuisset postq̄ sentiebat se oppugnari. Poggius Florentinus. ¶ Nimis diu iacuimus in uitiis unde erui difficile erit. nō inquinati solum: sed pene infecti. Errauimus docti pariter & indocti: sed doctorum hominum maior est culpa qui eorum doctrina tam male abutuntur. Diligentius enim loqui q̄ uiuere didicerunt. Idem. Expediti circa uitia: nunc circa res aduersas tam reipu. q̄ priuatæ curauimus elaborare.

¶ Circa bellum & perturbatum reip. statum: & circa res aduersas hominis priuati .s. mortem & similia. Et ubi de his dolemus: aut quem solamur. M. T. C. Clausulæ incipiunt.

CIuem mehercule non puto esse qui temporibus his redire possit. profecto uides quāta uis in rep. temporum sit: quāta uarietas rerum: q̄ incerti exitus: q̄ flebiles hominum uoluntates: quid insidiarum: quid uanitatis in uita sit: nō dubito quin cogites. libro. ii. Epistola. vii. ¶ Magno dolore me affecissent tuæ litteræ: nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias & diuturna desperatione rerū obduruisset animus ad dolorē nouū. Epistola. xvi. ¶ Vtinā Serui salutis rebus (sic enim est loquendum) colloqui potuissemus inter nos: profecto aliquid opis occidenti reip. tulissemus. lib. iiii. Epistola. i. ¶ Res uides quomō habeat: orbē terrarum iperiis distributum ardere bello urbē sine legibus: sine iudiciis: sine iure: sine fide relictā direptioni & incēdiis. Itaq; mihi uenire in mētē nihil potest: nō modo q̄d sperē: sed uix iam quid audeā optare. Sin autē tibi homini prudētissimo uidetur utile esse nos colloqui: quanq̄ longius etiā cogitabā ab urbe discedere: cuius etiam nomen inuitus audio: tamen propius accedem. Epistola eadem. ¶ Tāta pturbatio & confusio rerū est: ita p̄clusa & p̄strata fœdissimo bello iacent omnia: ut is cuiq; locus ubi ipse sit miserrimus esse uideatur. Epistola. iiii. ¶ Posteaq̄ mihi renunciatū est de obitu Tulliæ filiæ tuæ: sane q̄ pro eo ac debui moleste tuli communemque eam calamitatem existimaui: qui si istic affuissem: neque tibi defuissem: coramq; tibi dolorem meum declarassem. Etsi genus hoc cōsolationis miserum atque acerbum est: propterea quia per quos ea fieri debent propinquos ac familiares: ipsi pari molestia afficiūtur: neque sine lachrimis multis id conari possunt: ut magis ipsi uideantur aliorum consolatione indigere: quā aliis posse præstare suū officiū: tamen quæ i præsentia in mentem mihi uenerunt. decreui breui ad te perscribere: nō q̄ ea te fugere existimem: sed q̄ forsitan dolore īpeditus: minus ea p̄spicias. Quid est q̄ tantopere te cōmoueat tuus dolor itestinus. Epistola. v. ¶ In unius mulierculæ animula si iactura facta est tātope cōmoueris: quæ si nō hoc tp̄e diem suū obiisset: paucis post annis tamen ei moriendū fuit: quoniā homo nata fuerat. Eadem. ¶ Noli te obliuisci Ciceronem esse: & eū qui aliis cōsueris p̄cipere & dare cōsiliū: neq; imitare malos medicos qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiā: ipsi se

curare

curare non possunt:sed potius quæ aliis tute præci-
pere soles:tute tibi subiice : atq; apud animũ propo
ne. Nullus dolor est quẽ lõginquitas tẽporis nõ mi
nuat ac molliat. Eadem. ¶ Plura me ad te de hac re
scribere pudet : ne uidear prudentiæ tuæ diffidere.
Quare si hoc unũ proposuero finẽ faciã scribẽdi. Vi
dimus aliquotiens secũdã pulcherrime te ferre for-
tunã: magnãq; ex ea re te laudẽ adipisci: fac aliquãdo
itelligam⁹ aduersam quoq; te æque ferre posse: neq;
id maius q̃ debeat tibi onus uideri: ne ex omnib⁹ uir
tutibus tibi hæc una uideat̃ deesse. Quod ad me atti
net: cũ te trãquilliorẽ animo esse cognoro: de his re-
bus quæ hic gerunt̃ quẽadmodũ ꝓuincia habeat cer
tiorẽ faciã. Eadẽ. ¶ Ego uero uelle; Serui ut scribis
in meo grauissimo casu affuisses: quantũ me præsen
tia eni adiuuare potueris & consulendo & ꝑpe æque
dolendo: facile ex eo intelligo: ꝙ litteris lectis aliquã
tulu; acquieui. Nam & ea scripsisti quæ leuare luctũ
possent: & in me consolando nõ mediocrẽ ipse ani-
mi dolorẽ adhibuisti. Epistola. vi. ¶ Neq; monere
te audeo præstanti prudẽtia uirũ: nec cõfirmare ma
ximi animi hominẽ uirumq; fortissimũ: cõsolari ue
ro nullo modo. Nã si ea quæ acciderũt ita fers ut au
dio gratulari magis uirtuti debeo q̃ consolari dolo-
rẽ tuũ. Sin te tãta mala reip. frãgunt: nõ ita abundo
ingenio ut te cõsoler: cũ ipse me non possim. Episto
la. viii. ¶ Itaq; omnibus his rebus qbus orbis & na-
tura & uolũtas & cõsuetudo assuefecerat : cũ cæteris
ut quidẽ uideor. tamen mihi ipse displiceo. Natus
eni ad augẽdũ semper aliquid dignũ uiro: nunc non
modo agẽdi rõnem nullã habeo: sed ne cogitãdi qui
dẽ. Epistola. xiii. ¶ Reliquũ ẽ ut consoler & afferã
rõnes quibus te a molestiis coner abducere. Ad ea q
dem facultas uel tui uel alterius cõsolãdi in te sum-
ma est: si unq̃ in ullo fuit. Itaq; partẽ eã quæ ab exq-
sita quadã rõne & doctrina proficiscitur nõ attingã
tibi totũ relinquã. Quid sit forti & sapienti homine
dignum: quid grauitas: quid altitudo animi: qd acta
tua uita: quid studia: quid artes : qbus a pueritia flo-
ruisti: a te flagitẽt tu uidebis. Ego quod intelligere
& sentire: quia sum Romæ: & quia talia curo atten-
do quæ possu;: id tibi affirmo te in istis molestiis in
quibus ex hoc tempore non diutius futurũ. Eade;.
¶ Extremũ illud ẽ ut te hortet & obsecrẽ aio ut ma-
ximo sis: nec ea solũ memineris quæ ab aliis magnis
uiris accepisti: sed illa etiã quæ ipse ingenio studioq;
peperisti: quæ si colliges & sperabis oia optime &
quæ accident qualiacũq; erunt sapienter feres. Sed
hoc tu melius uel optime omniũ. Eadẽ. ¶ Ego do-
lori tuo nõ solum ignosco: sed summã etiã laudẽ tri
buo. Meus eni sensus quanta uis fraterni sit amoris
admonet. A te peto ut tu quoq; te iudicem dolori
meo præbeas: si acerbe: si crudeliter: si sine causa a tu
is sum oppugnatus. lib. v. Epistola. ii. ¶ Habet eni
præteriti doloris secura recordatio delectationem.
Epistola. xii. ¶ Circũspice oia mẽbra reip. quæ no-
tissima sunt tibi: nullũ reperies ꝑfecto quod nõ fra-
ctũ debilitatũue sit. quæ ꝑsequerer: si aut melius ea
uiderẽ q̃ tu uides: aut cõmemorare possem sine do-
lore: quanq̃ tuis monitis præceptisq; ois abiiciẽdus

est dolor: ergo & domestica feremus ut censet: & pu
blica etiã paulo fortius fortasse : q̃ tu ipse qui præci-
pis. Epistola. xiii. ¶ Ignosces mihi de meipso aliqd
prædicanti. Quarum enim tu rerũ cogitatione nos
leuare ægritudine uoluisti: earum etia; cõmemora
tione lenimur. Itaq; ut mones qantu; potero me
ab omnibus molestiis & angoribus abducã: transfe
ramq; animum ad ea quibus secundæ res ornantur:
aduersæ adiuuantur. Eadem. ¶ Etsi unus ex omni-
bus minime sum ad te consolandum accõmodatus:
ꝙ tantum ex tuis molestiis cœpi doloris : ut conso-
latione ipse egerem: tamen cũ longius a summi lu-
ctus acerbitate meus abesset dolor quã tuus : statui
nostræ necessitudinis esse meæq; in re beniuolentiæ
non tacere in tanto tuo mœrore tãdiu: sed adhibere
aliquam modicam consolationem quæ leuare tuu;
dolorem posset: si minus sanare potuisset. Est aute;
consolatio peruulgata quidem illa maxime : quam
semper in ore atq; in animo habere debemus: homi
nes ut nos esse meminerimus ea lege natos: ut om-
nibus telis fortunæ proposita sit uita nostra: neq; es
se recusandum quo minus ea qua nati sumus condi-
tione uiuamus: neue tam grauiter eos casus feram⁹
quos nullo consilio uitare possumus euentisq; alio-
rum memoria repetendis : nil accidisse noui nobis
cogitemus. Epistola. xvi. ¶ Quamobrem omnib⁹
officiis amiciciæ diligenter a me sancteq; seruatis: ne
hoc quidem prætermittendum duxi: te ut hortarer
rogaremq;: ut & hominem te & uirum esse memi-
nisses. id est ut & communem incertũq; casum : quẽ
neq; uitare quisq̃ nostrum: neq; præstare ullo pacto
potest: sapienter ferres: & dolori fortiter ac fortu-
næ resisteres: cogitaresq; & in nostra ciuitate & i cæ-
teris quæ rerum potitæ sunt multis fortissimis atq;
optimis uiris iniustis iudiciis tales casus incidisse.
Epistola. xvii. ¶ Etsi egomet qui te consolari cupio
consolandus ipse sim: propterea ꝙ nullam rem gra
uius iamdiu tuli q̃ incommodum tuum: tamen ma
gnopere te non hortor solum : sed etiam pro amo-
re nostro rogo atq; oro: te ut colligas uirumq; præ-
beas: & qua conditione omnes homines : & quibus
temporibus nati sumus cogites. Plus tibi tua uirt⁹
dedit q̃ fortuna abstulit. Epistola. xviii. ¶ Omnib⁹
his de causis debes istam molestiam q̃ leuissime fer-
re: meus animus erit in te liberosq; tuos semper quẽ
tu esse uis: & qui esse debet. Eade;. ¶ Hoc loco si ui
deor augere dolorem tuum quem consolando leua
re debeam: fateor me communem malorum conso
lationem nullam inuenire præter illam : quæ eam si
possis suscipere maxima est: quaq; ego quotidie ma
gis utor : conscientiam recte uoluntatis maximam
esse consolationem rerum incommodarum: nec es-
se ullum magnum malum præter culpã: a qua quã-
do tantum absumus: ut etiam optime senserimus:
euentusq; magis nostri consiliũ q̃ consilium repræ-
hendatur: & quando præstitimus quod debuimus:
moderate quod euenit feramus. libro. vi. Epistola.
iiii. ¶ Etsi tali tuo tempore me aut consolandi: aut
iuuandi tui causa scribere ad te aliqd pro nostra ami
cicia oportebat: tamẽ adhuc id non fecerim: qa neq;

lenire uidebar oratione:neq; leuare posse dolorem
tuum.postea uero.q̃ magnã spem habere cœpi:fore
ut te breui tempore icolumẽ haberemus : facere nõ
potui quin tibi & sententiam & uolũtatẽ declararẽ
meam.Epistola.xiii. ¶ Nunc uero euersis omnibꝰ
rebus cum consilio nihil perfici possit:una ratio ui-
detur qcquid euenerit ferre moderate: præsertim
cũ omniũ rerum mors sit extremum:& mihi sim cõ
scius:me quoad licuerit dignitati reip.cõsuluisse. &
hac missa salutẽ retinere noluisse.hæc scripsi non ut
de me ipse dicerẽ:sed ut tu qui cõiunctissima fuisti
mecũ & sentẽtia & uolũtate eadẽ cogitares. Magna
enim consolatio est:cũ ea recordare etiãsi secus acci-
derit:te tamen recte uereq; sensisse. Atq; ut liceat ali
quando aliquo reip.statu nos frui:inter nosq; cõfer
re sollicitudines nostras quas pertulimus tamen cũ
timidi putamur quia dicebamus ea futura quæ fa-
cta sunt. De tuis rebus nihil esse quod timeas præ-
ter uniuersæ reip.interitũ tibi cõfirmo. De mea au
tem sic uelim iudices quantũ ego possim me tibi:sa-
luti tuæ:liberisq; tuis sũmo cũ studio presto semper
futurũ.Epistola.xxi. ¶ Ex oibus autẽ his quæ dixi
incõmodis nihil tollerabilius exilio præsertim ino-
cẽti ubi nulla adiuncta est turpitudo. Addo etiã cũ
ea urbe careas:in qua nihil sit quod uidere possis si-
ne dolore.libro.vii.Epistola.iii. ¶ Cũ decimũ iam
diẽ grauiter ex intestinis laborarẽ: neq; his qui mea
opa uti uolebãt me probarẽ non ualere: quia febriz
nõ haberẽ fugi in Tusculanũ. cum quidã biduũ ita
ieiunus fuissem:ut neq; aquã quidẽ gustarẽ. Itaq; cõ
fectus languore & fame magis tuũ officiũ desidera-
rem.q̃ a te reqri putaui meũ.Epistola.xxvii. ¶ Ca-
sum quo sum grauissime afflictus ferrẽ certe mode
ratius:si te haberẽ. Nã & oratio tua prudẽs & amor
erga me singularis multũ leuaret : sed quoniã breui
tẽpore ut opinio nostra est te sum uisurus:ita me af
fectũ offendes:ut multũ a te possiz iuuari: nõ quod
ita sim fractus : ut aut me hominẽ esse oblitus sim:
aut fortunæ succũbendũ putẽ. sed tamen illa hilari-
tas nostra & suauitas quæ te præter cæteros delecta
bat:erepta mihi ois est:firmitatẽ tamen & cõstantiã
si modo aliquãdo fuit in nobis: eãdẽ cognosces quã
reliquisti.libro.ix. Epistola. xi. ¶ Incidit in eaipsa
mala quæ summo studio uitauerat. Oppressus est
enim bello repentino.Epistola.xiii. ¶ Quæ potest
enim spes esse in ea rep. in qua hominis impudentis
simi armis oppssa sunt oia:& in qua nec senatus nec
populus uim habet ullã:nec leges ullæ sunt nec iudi
cia:nec oino simulacrũ aliqd ac uestigiũ ciuitatis. li.
x.Epistola.prima. ¶ Primo ita pugnatũ est ut acri
us nõ posset ex utraq; parte pugnari.Epistola. xxx.
¶ Quo tardius certior fierem de pliis apud Muti-
nã factis Lepidus effecit:qui meos tabellarios nouã
dies retinuit:tãetsi tantã calamitatẽ reip. q̃ tardissi-
me audire optandũ est.s. illis qui prodesse nihil pos
sunt neq; mederi.Epistola.xxxiii. ¶ Nã neq; deesse
neq; superesse reip.uolo :maxime tamẽ doleo adeo
& lõgo & infesto itinere ad me ueniri : ut die q̃dra-
gesimo post aut ultra etiã quæ facta sunt oia nũcien
tur.Eadẽ. ¶ Quod ad bellũ hoc attinet nec senatui
nec reip.deerimꝰ.quæ postea egerimꝰ faciã te certio
rem.Epistola.xxxiiii. ¶ Pãsa ammisso quãtũ detri-
mentũ.resp.acceperit:non te præteriit. Nunc auto
ritate & prudẽtia tua pspicias oportet : ne inimici
nostri cõsulibus sublatis sperẽt se cõualescere posse.
libro.xi.Epistola.ix. ¶ Sed bellũ istic renatũ miran
tur hoies:nihil tã pter spẽ unq̃.Epl'a.xiiii. ¶ Nunc
uero cũ sim cũ tironibus egẽtissimis:ualde & meã &
uestrã uicẽ doleã necesse est.Epistola.xix. ¶ Ego ni
si ualde necesse fuerit ex Italia non excedã. legiones
armo.paro spero me nõ pessimũ exercitũ habiturũ
ad ois casus & ipetus hoium.Epistola.xx. ¶ O rem
miserã:dominũ ferre nõ potuimꝰ cũ seruo seruimꝰ
& tamẽ me quidẽ fauente magisq̃ sperãte.libro.xii.
Epistola.iii. ¶ Seruii Supplicii morte magnũ psi-
diũ amisimus. Reliqui partim inertes: partiz ipro
bi.Epistola.v. ¶ Sin(quod dii omnes auertãt) op
pressus ibi erit:ois hoium cursus est ad nos. pinde
fac animũ tantũ habeas tantũq; apparatũ quantum
opus est ad uniuersam remp.recuperandã. Episto-
la.vi. ¶ Vt eni grauius egrotant hi q cũ leuati mor
bo uidenf:in eũ de integro inciderũt.sic uehemẽtiꝰ
nos laboramus qui profligato bello & pene subla-
to renouatũ bellũ gerere conamur.Epistola ultima
¶ Nõ queo reliqua scribere:tãta uis lachrymarũ est
neq; te in eundẽ fletũ adducam. libro.xiiii.Epistola
i. ¶ Ad te uero & nostrã Tulliolam nõ queo sine
plurimis lachrymis scribere. Vos eni uideo esse mi-
serrimas:quas:ego beatissimas semp esse uolui. Epi
stola.ii. ¶ A te quidẽ omnia fieri fortissime & amã
tissime uideo:nec miror:sed mœreo casu z huiusmo
di:ut tantis tuis miseriis meæ miseriæ subleuentur.
Nã ad me Publius Valeriꝰ homo officiosus scripsit.
Id quod ego maximo cũ fletu legi: quemadmodũ a
uesta ad tabulã Valeriam ducta esses. Hem mea lux
meũ desideriũ unde omnes opem petere solebant:
te nunc mea Terentia sic uexari: sic iacere in lachry-
mis & sordibus:idq; fieri mea culpa q cæteros serua
ui:ut nos periremus.Eadẽ. ¶ Accepi ab Aristocri-
to tris epistolas : quas ego lachrymis prope deleui.
Cõficior eni mœrore mea Terentia: nec meæ me
miseriæ magis excruciãt q̃ tuæ uestræq;. Ego autez
hoc miserior sum: quã tu quæ es miserrima : q; ipsa
calamitas cõmunis utriusq; nostrũ:sed culpa mea p
pria est.Epistola.iii. ¶ Nam mihi ante oculos dies
noctesq; uersatur squalor uester & mœror : & infir-
mitas ualetudinis tuæ. Spes autem salutis pertenu-
is ostendif. Inimici sunt multi:inuidi pene omnes.
Eadem. ¶ Non queo iã plura scribere ipedit mœ-
ror.Epistola.iiii. ¶ Omnis molestias & solicitudi-
nes quibus te miserrimã habui(id quod mihi mole
stissimũ est)Tulliolãq;:quæ nobis nostra uita dulci-
or est deposui & ieci.Epl'a.vii. ¶ Ad cæteras meas
miserias accessit dolor de Dolobellæ & Tulliæ uale
tudine:omnino de oibus rebus:ne quid cõsilii capiã
nec quid faciã scio. Tu uelim tuã & Tulliæ ualetudi
nem cures. Vale.Epistola. ix. ¶ In maximis meis
doloribus excruciat me ualetudo Tulliæ nostre de q̃
nihil est qd ad te plura scribã. Tibi. n. æque magnæ
curæ esse certe scio. Epistola. xix. ¶ Etsi oportu-
nitatem

ni tatem opere tuæ omnibus locis desidero tamen non tam mea quã tua causa doleo te nõ ualere. Sed cum in quartanam conuersa uis morbi est (sic enim scribit Curius) spero te diligentia adhibita etiã firmiorẽ fore. modo fac id quod est humanitatis tuæ: nequid aliud cures hoc tempore: nisi ut quã cõmodissime conualescas. Non ignoro quantum ex desiderio labores: sed erũt omnia facillima si ualebis. Festinare te nolo: ne nauseæ molestiã suscipias æger & piculosa hieme nauiges. lib. xvi. epistola. x. ℂ Quo in discrimine uersetᷓ salus mea & bonorum omniuꝫ atq; uniuersæ reip. ex eo scire potes: ꝙ domos nostras & patriam ipsam uel deripiendam uel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta est ut nisi quis deus uel casus aliqs subuenerit: salui esse nequeamus. Epl'a undecima. ℂ Incredibili suꝫ sollicitudine turbatus de tua ualetudine: qua si me liberaris: ego te omni cura liberabo. Epistola. xiii. ℂ Menandrius postridie ad me uenit ultra quam expectatem. Itaq; habui noctẽ plenam timoris ac miseriæ. Tuis litteris nihilo sum factus certior quomodo te haberes: sed tamen sum recreatus. Epistola decimaquarta. Hæc ex Tullio. Gasparinus Pergamẽ.

Ad Idem.

B Itteræ tuæ tantam attulerunt molestiam anio meo ut nullo tẽpore maiori in mœrore fuerim. Cum enim eo perducta sit fortuna nostræ reip. ut iam nihil præsidii possit ab hominibus expectari: maxime timendum est ne diuino & nostro auxilio priuati simus. Gasparinus. ℂ Epistolam tuam plenam rerũ nouarũ accepi. Miseret me conditionis & status tot magnificarum urbium atq; populorum prouinciæ uestræ. Quãtũ sim tuis litteris cõmotus: melius ab amicis & necessariis tuis intelliges. Nihil enim puto in nostra rep. esse quod sit molestius ferendũ: q̄ pro bene factis nostris malefacta referri: non tamen odio malorum nostra innocentia est deponenda: sed eo studiosius in remp. incumbendum: quo plures inueniuntur qui uel inuidia uel aliquo dolore in nostra studia inuehuntur. Multa habeo quæ me uæhementer excruciant: sed nihil tamen est quo magis angar q̄ ꝙ in urbe nostra nullum uideo locum esse humanitati atq; clæmentiæ. Mouet me plurimum ea factio quam oriri uideo in urbe nostra: cui nisi occurratur profecto erumpet in aliquod magnum malum bonorum ciuiuꝫ. Huius autem proditionis quis sit autor & si putem nos multis signis ĩtelligere posset: tamen aperte cognoscetis ex eo quem cum litteris meis ad uos mando. Narrarem hoc loco tibi quo in statu essem: nisi & dolor me præpediret: & tu is esses qui fortunam meam satis nosses. Plura iã ad te præ lachrymis scribere non possum: sed tu officio tuo ac pietate in me fungere. Cupis ex me scire quo in statu res nostræ sint. Caput est ꝙ si omnes homines in excidium nostrum coniurassent: uix deteriori loco esse possemus. Nisi aliud habeas noli mihi suasor esse in ea re quæ mihi posset plura q̄ credis: non soluꝫ incommoda: sed etiam uitæ meæ pericula afferre. Cum fortuna olim abstulisset: mors nouissime omnes mihi amicos & necessarios absumpsit: nihil igitur habeo cur diutius in uita aut manere uelim aut debeam: nisi aliqua mihi spes oriatur. Amisi quideꝫ uno tempore opes: amicos: dignitates patriam: & necessarios meos: uagorq; per alienas terras exul: inops: mendicus: & quod mihi durissimum est omnibus ignotus. nihil itaq; optatius q̄ mors. Et quoniam humana præsidia res nostras destituerunt cogimur (quod in tempestate sæpe nautis accidit) omnia consilia nostra: omnem spem atq; cogitationeꝫ ad deum referre: ad quam rem consequendam nobis eris & adiutor & socius. Quãuis eniꝫ deus uideatur auertisse animum & aures a nostris præcibus tamen speramus clæmentiam suam mutaturam esse in melius mala: quibus conflictamur & pene conficimur. Illud uelim scias: paulo minus hac tua iactura me esse animo cõmotum: q̄ si in parte fortunarũ mearum damnum factum esset. Ita eniꝫ semper de te iudicaui: nihil posse tibi accidere quod non mihi proprium esset: quod ego arbitror multis olim te signis perspexisse. Nemineꝫ hodierno die uiuere puto qui me uno infortunatior sit. Tanta enim me circumstant incommoda ut nullum ego exitum illis uideam: nisi quem mors mihi attulerit. Nam ita miser sum ut iam non habeat fortuna ubi possit me ferre. hoc ita uelim mihi credas: ut ex oraculo Pythii Apollinis non certius edictum putes. Tanto me dolore tuæ litteræ affecerunt: ut ego ipse maxima consolatione egeam. Nam ut semper in rebus lætis nostri sensus conueniebant ita posteaq̄ illa perturbata atq; abiecta sunt: quibus diu ĩter ciues tuos florueris: non minorem animo perturbationem sentio: ac si omnia rebus meis accidissent: quanq̄ quid magis potest meum dici: q̄ quicquid tuum est. Habebis ergo magis me tuarum erũnarum sociuꝫ atq; participem q̄ consolatorem. Etsi dolendo mœror leuatur: quamuis hoc genus consolationis per alienum sit: nihil in tuo dolore minuendo prætermittam. Facies ergo quod ego in hoc tuo dolore maxime cupio: stabis animo erecto: & perferendo uinces fortunam: quæ te prius uicerat. Si hoc feceris: maioreꝫ certe gloriam ex tua uictoria: q̄ ex oibus rebus iacturam referes. Commisereor equidem tibi: & aliquando acerbius huiusce tuæ calamitatis indignitatem fero quam tu ipse: perferremq; molestius nisi ea te uirtute cognoscerem quæ tibi satis præsidii afferret. Non satis possum ad te scribere quantã ægritudinem animo meo perceperim: de his rumoribus qui falso de te dissipati sunt. Nunc te uere diligere mihi uideor: cum audio quo animo hunc acerbissimum casum tuum feras. Quod enim maxima & plurima uitæ ornamenta inter paucissimos dies amiseris: fortunæ fuit. Quod autem infracto sis & magnanimo hoc est constantiæ & fortitudinis tuæ. Eo res meæ perductæ sunt: ut iam pluribus incommodis uitæ affectus sim: quã uel ipsi etiam inimici mei sperare ausi sunt. Non habeo ad quẽ potius me conuertã q̄ ad te ipsum: qui me ualde amãdo id effecisti: ut solus in me cõsolando magis apud me ualeas q̄ cæteri oẽs amici. Maiora sunt iam incom-

moda mea:q̃ ut eis quisquam possit mederi. unum
tamen habeo in his malis remedium: ꝙ ea non diu
sunt a me præferēda. Spero quidem cito: mors me
ab his absoluet. Quid enim est ꝙ me iam uiuere de-
lectet? aut cui spei me reseruo? Si omnes homines si-
mul affinitate colligarentur: uix mihi possent esse
auxilio. Sed hoc in his malis meis fruor solacio: ꝙ si
ne cuiusquā hominis iniuria uixi. Nolui te ærūnas
meas ignorare. qui siquid unquā iucundi in uita ha-
bui: semper mihi conscius fuisti. Quam graue mihi
sit in senectute propter inopiam seruire: facile po-
tes ex te & aliis cōiecturā facere. Sed hoc inter nos
refert: ꝙ tu paupertati assuetus es: ego uero cum in
maximo splendore & abundantia fortunæ semper
uixerim non possum iugum istud perferre. Cæte-
ris fortasse memoria rerū prosperarū molesta est:
ego uero non solum hoc malo crutior: sed etiā cum
huiusmodi incōmodorum nunq̃ expertus fuerim:
eo minus patientiam possum habere. Vtinam aut
in hac miseria natus essem aut q̃ beate uixerį nunq̃
meminissem. Quo in statu fuerim: aut in quo nunc
positus sim: nō te puto ignorare. illud autē me per-
turbat maxime ꝙ neq̧ animus neq̧ consiliū est mi-
hi: quo possim me iuuare. Non sum enim sic a natu
ra institutus: ut dolorem meum possim dissimula-
re: neq̧ sub his præceptoribus educatus: ut pauper
tatē meā fortiter pati possim. Scis q̃ molliter fuerį
a parētibus meis nutritus: nunq̃ sperare poterā huc
indignitatis peruenturū iri. Si uitio meo quod mul
tis accidere uideo ad inopiā redactus essem: aliquan
to fortunā meā æquiori animo præferrē. sed cū oia
præter mea studia bene multis faciendo aduersa ce-
ciderint: non satis possum mihi acquiescere. Si illuį
inopiæ meæ finē aut præsidium futurū sperarē: ni-
hil tā durū posset in hac mea fortuna esse: quod ma-
gno & incōcusso animo non perferrē sed cum nulla
prorsus me spes habeat: qd est ꝙ in uita diutius ma
nere cupiā. Solebam amicos meos a die natali nu-
merare: ut intelligerem quantū temporis secundū
naturam mihi restaret: tunc maxime uiuendi cupi-
dus eram: cū nihil erat cur uitam accusarem: nūc ue
ro nihil mihi prolixius annis uidet̃. Quo me credis
animo esse: cū fortunas meas ab omnibus amicis de
stitui intelligo: quæ res ita me perturbāt: ut mihi ip-
si immutatus esse uidear: nō expectabā ut qui semp
officio meo illos iuuissem: nunc simul ab his omni-
bus destitutus essem. Tandē ex magna sollicitudine
ac metu liberatus sum. Spero te multoꝝ sermone
& litteris intellexisse: me dū inter hetruriæ perage-
rem quo peterem urbem Romā in quosdā incidisse
qui assiduis latrociniis īfestabant eam prouinciam:
& fere omnes uiarum aditus occupabant. putabā
in manus carnificū uenisse qui me multis modis ex
cruciarēt. Ego uero cū animū pararem ad fortiter ꝑ
ferendū oēs pœnas quas illi mihi inferre uoluissent
neq̧ iam illos quicq̃ rogarem: inueni apud eos ma-
iorem pietatem: q̃ fuissem unq̃ ausus ab eis sperare.
Hæc ex Gaspa. ℭ Plures his diebus a te mihi reddi-
A tæ fuerūt epistolæ: omnes ferme cōmendaticie: qui
bus in respondendo tardior fui. Ignosce præcor nō
occupationibus reꝝ agēdarū: quæ nullæ hoc tēpo-
re sunt: sed perturbationi & ægritudini quibus assi-
due miꝝ in modū discrutior. Eū q̃ppe in locum res
deductas cerno: ut necessariuį sit mœrore confici &
quasi cōsternari amissis iā sæpe ac in peius labentibꝰ
in diē rebꝰ. Sed his omissis q̃ accusari facilius q̃ emē-
dari possunt breuiter respondebo. Leo. Aretinus.
ℭ Nos sumus hic continenter in armis: atq̧ eo fit
ut minus attendere litteris queam. Tanta est enim
Ro. populi inconstantia ac peruersitas: nullus ut re
linquatur quieti locus. Heri ante lucē egressi urbem
Romani cū quibusdā auxiliaribus regis pontē mo-
liū occupare tentauerunt. Turrim super eo ponte
nostri custodiunt: nequis inuito pontifice transire
possit. Væhementer ibi aliquot horis pugnatū est.
Tandē nostris laborātibus: subsidio missi equites ro
manos in fugā uertere: paucis interfectis: frequen-
tibus uulneratis. Illi in urbem reuersi solita temeri-
tate in capitolio consistunt: multitudinem cōuocāt
festus erat dies. plebs ociosa & uino calens: concur-
sat: sumuntur raptim arma: uexilla promuntur: ad
oppugnandas pontificis edes ire pergunt. Nostri
contra instare: parare tela. cohortari insistere. expe-
ctare forti animo populi īpetum. Ante molē Adria
ni quæ male parata nobis est uallum iacere. Nox de
niq̧ certamen dirimit. Ea nocte uigiliæ per totā ur-
bem factæ. Nescio quē finē res sit habitura. Tu gau
de: & siquid de Pisis habes me certiorem fac. Idem. B
ℭ Si serius mi doctissime karole ornatissimi atq̧
amātissimi quōdā mihi Laurētii nr̄i: debitū uirtu-
ti munus præstiti. q̃ eius in me officia postulabant.
nō negligentiæ: nō obliuioni tribuēdū est: sed dolo
ris magnitudini quē ex carissimi deq̧ me optime
meriti uiri morte suscepi. Tātus. n. mœror: tāta uis
ægritudinis mentē oppressit: ut quotienscunq̧ ani
mū ad eius memoriā reuocarim: nō scribendi facul-
tatē. sed lachrymarū copiaį ipsius recordatio mihi
suppeditarit: quodq̧ imbecillis solet animis euenire
ita cesserit dolori ratio scribendi: ut a tempore mœ-
roris mitigatio fuerit expetenda. Etenī quis tā durꝰ
uel potius ferreus esset qui fletū & lachrymas in ta-
lis uiri atq̧ amici cōmemoratōe cōtineret? Multa q̃p
pe diuersorū hominū uulnera quottidie ante ocu-
los obseruātur: ut nullius in obitu tanquā in re soli
ta obstupescere debeamus. sed tū maxima pars hoꝝ
hi sunt. ut incertū sit: uita ne illoꝝ morti potius. an
mors uitæ fuerit ꝑferenda. Viuāt. n. an intereant pa-
rū interesse mortaliū uidet̃. At uero cū morteį obiit
is cuius uita oibus cōfert: cuius salus multoꝝ salutē
āplectit̃: cuius opes ac fortunæ semper amicis præ-
sto fuere. q liberalitate atq̧ hūanitate oēs antecellit:
tū demū graue ac difficile est nō cōqueri. Quid. n.
uita hoium eēt derelicta bonoꝝ tutela: spoliato ami
ciciæ fructu? quē unū hēmus tutissimū portū in ua-
riis casibus q uident̃ in uita hominū cōstituti? Etenī
sic sentio nullū esse dolorē q ad amicoꝝ dolorem ac
cedat. Nam parētes: patres: filii: tū boni: tū mali qui
cūq̧ hi fuerit: natura tribuūt̃ nobis. Quo fit ut eos
persæpe odio habeamus: nobis quoq̧ eorum interi
tus exoptetur. Amicos uero nosipsi eligimus spōte
nostra

nostra qui sunt nobis carissimi: quorũ iucunditate
cũ ꝑuamur: nulla uidet̃ nobis uita eẽ iucũda. Quod
si cui unq̃ in amici obitu dolore licuit: mihi certe li-
cet: maxime qui non solũ dulcissimo ac suauissimo
amiciciæ fructu sed meipso uideor esse priuatus. Il
le eni parentũ mihi caritatẽ: amici officia: fratris be
niuolentiã præstabat. Ille meas curas suas esse dice-
bat. ille me opib⁹: pecunia: patrimonio subleuabat.
Deniq; ea erat inter nos mutua caritas ac beniuolẽ-
tia: ut illo uiuo nullã fortunã extimescẽs securus re-
rũ in tranquillo uidelicet portu uiderer quiescere.
Itaq; silentio meo cãm præbuit nõ obliuio: sed mœ
ror grauis: qui diutius q̃ uellẽ tenebras quasdam ita
animo offudit: ut nulla adhuc concedat̃ scribendi fa
A cultas. Poggius Florẽ. ¶ Tuã inter legẽdo episto-
lã nõ mediocris iniecta mihi dubitatio ẽ: plusne iu-
cũditatis attulerit: an acerbitatis. Nã cũ Lamolã me
um uita excessisse significet: quẽ pro hoĩs ingenio:
doctrina: uirtute ac studioꝝ societate: pietate ut fili
um: caritate ut fratrem: ueneratiõe ut natu maiorẽ
amplectebar. amarissimũ animo uuln⁹ accepi. Ami
co nãq; & intimo familiari meoq; diutius domesti-
co priuatus non acerbe mœreri non possum: cũ lõ-
gio te consuetudine permulta annoꝝ curricula cõ-
paratũ amicũ tã breuis hora & tpis pũctu intercepe
rit. Sed cessemus hoĩs mortẽ lamentis ꝓsequi: cum
spes melioris æui & fœliciotis habitaculi & nos gra
B tulari iubeat. Guarinus Veronẽsis. ¶ Lõgeua qdẽ
pacis securitas uenenũ est reꝝ publicaꝝ. Tũc eni ꝓ
uirtute ignauia: ꝓ idustria luxus: pro triũphis ciuiũ
discordia sensim obrepit. unde potẽtissimæ ac florẽ
res urbes sæpenumero euersæ fundit⁹ & deletæ sũt.
Vt eni bellũ laudabile illud quidẽ qđ assumit̃ pacis
& trãquillitatis causa: sic pax & illa repudiãda & exe
crabilis quæ ciuitatẽ effœminet exicium nutriat: ho
stes augeat: uictos ulciscat̃. Cato uir ille oĩum pru-
dẽtissimus nunq̃ aĩo induci potuit: ut optaret rẽp.
Romanoꝝ hoste carere oĩno: ueritus ne sublato ho
stiũ metu Romanũ illud robur atq; armoꝝ peritia
in socordiã abiret atq; luxuriã: domi quidẽ hostis id
est uoluptas ea sane perniciosissima est: eoq; magis
ꝑiculũ atq; discrimẽ: quo familiari⁹ bellũ. Si igit̃ ar-
moꝝ exercitatio: disciplina castroꝝ: ususq; miliciæ
Romanos orbis terraꝝ dominos fecit: & euexit ad
cœlũ: iã quantũ exercitatio cõducat reip. uidetis: tũ
ad parandã gloriã: tũ etiã ad cõseruãdã. Qua ex re
ur̃m hoc tã lõgeũ ociũ & exosã semꝑ maiorib⁹ nr̃is
lentitudinẽ: nõ possum nõ uæhemẽter odisse: ueri-
tus iã nobis posse cõtingere qđ abominor: ea quæ
& amplioribus atq; potẽtiorib⁹ ꝑ ignauiã accidisse
ciuitatib⁹ legi. Nemo quidẽ bello aut aliqua iniuria
lacessere audebit: quẽ accinctũ ad obsistendũ: tũ ad
uindicãdũ expeditũ & ꝓmptũ itellexerit. Aliogn in
rebus bellicis celeritas multo magis q̃ uirtus & for-
titudo ꝓdesse cõsueuit. Nulla res alia magis Philip
pũ Macedoniæ regẽ uictorẽ. & sæpe triũphantẽ ef
fecit: q̃ celeritas ipsa & ꝑuentio reꝝ agẽdaꝝ. Quid-
est per imortales deos uiri genuẽses: Cur nõ putez
atq; uaticiner uos uictores atq; fœlices euasuros:
quos sciã fortes cõtra timidos: strenues cõtra igna-
uos: iustos contra iniustos. deniq; bellatores contra
mercatores fore dimicaturos. Auro. Parno. ¶ Pro C
fuit certe nobis hostẽ labi: q cũ eẽt cõflictãdũ: ne for
te nimio ocio atq; inertia nr̃a iuuẽtus emarcesceret
aut cæteroꝝ animi ex maxĩa trãqllitate torpẽtiores
euaderẽt. Reor itaq; nostro hosti debere plurimũ q
ciues meos honestis q artib⁹ domi operã nauabãt.
ab usu armoꝝ abhorẽtes. oĩ certamĩs genere ex fre-
quẽtib⁹ prælis iã eruditos reddidit. Repetite quæ-
so memoria id tpis cũ armoꝝ hostiliũ fragor. ur̃a
superiore ãno menia circũsonaret. cũ agros nostros
furẽs hostis atq; suburbia grãdi cũ ignominia atq;
detrimẽto uastaret: uestrã quoq; in mẽtẽ suburbani
ueniãt. coloniq; nostri. q reb⁹ ab hoste exuti oĩb⁹ ad
uos cũ liberis atq; uxorib⁹ cateruatim stipẽ postulã
tes sese cõferebãt: quoꝝ calamitatẽ estis utiq; colla
to suffragio cõmiserati. Baldasar Rasi. ¶ Te nunc
ex cũctis quos unq̃ uiderĩ mortaliũ excipio: meas
q cũ fortunas cõferre magis cõcupiscã. & ea in pri-
mis quæ ærũnosa atq; luctulẽtissima nostro in solo
patrio recẽtissime uersari llqdo cõcernunt̃. Celeber
rimoꝝ sane uiroꝝ ac doctissimoꝝ in te ꝑcepta insti
tutaq; sæpi⁹ iterlegisse mihi cõstaret: his rebus cala-
mitosis qdꝑ iã afferre solaminis ipse ꝑ molirer. No
stræ eqdẽ libertatis oĩno sũ exꝑs: quãdo id fit ĩ ꝓm
ptu nostrã urbẽ legũ: iudicioꝝ. iuris. fidei: oĩumq;
bonaꝝ artiũ ꝓrsus exꝑtẽ esse: frequẽtiq; ꝑdæ ac de
populationi plurime miꝝ in modũ addictũ. Te igi
tur ꝑsuasũ uelim tãetsi quos unq̃ sum cõspicat⁹: oĩ
um sis hoĩum cordatissim⁹. ĩfractũ atq; ĩcõcussũ ti-
bi aĩuz cõpares: & qcqd acerbi nouercãs fortuna ius
serit. ĩcaparata frõte patiaris. Idẽ. ¶ Minus iter cæ
teros te curis agitari oportet: qñ has ærũnas haucq;
oĩum ꝓpereꝝ itẽperiẽ alto ex peculari tua sapiẽtia
ꝓuideris. his de causis te uæhemẽter hortor iucũdã
tibi uitã istituas. philosophiæq; moralĩ naues opãt
quæ in calamitatibus refocillatrix est maxĩa quãdo
qdẽ arti oratoriæ. cui sũmo studio antehac icũbebas
nec in foro neq; in senatu qp piã sit loci relictũ. Idẽ.
¶ Tristi ubi læto tui gnati meæ fuerũt aures ꝑcul- D
sæ: mediocri aut mœrore fui ꝑcitus: quẽ tui si facul-
tas ꝑsentis mihi oblata fuisset palã certo patefecis-
sem. Hãc nẽpe solãdi ꝓuinciã longe difficilẽ esse in
tueor. ꝓpterea q uulgo id refocillãdi genus his ad
dici solet aduersis eoꝝ casibus: qbus uel amicicia uel
necessitudine sunt deuincti: qui focillamine etiã ege
re uident̃. quo fit sua minime uota q̃tũ cõcederet ex
ꝑlere queãt. & cũ aĩum ĩdĩduxissem meũ: ut tuas in
præsentia curas aliquãtisꝑ meo chirographo leuarẽ
nõ potui ocellos meos a lachrymis temperare: quæ
aĩa aduersiõĩ plurmo sunt. ĩpedimẽto. Ea igit̃ gratia
q̃ sum dicturus cõtrahã ĩ paucula & in elimata qdẽ: A
quãdoquidẽ si lõgior reb⁹ in huiuscemõi mea foret
or̃o. tuæ mediusfidius sapiẽtiæ diffidere uiderer: q̃
semꝑ maximã cẽsui. Solũ qppe patriũ: bona: oĩaq;
suauia: q̃ tuo cũ ingenio: tũ fortuna tibi cõpararas.
amisisti: qua in calamitate aĩo cõstanti & infracto ꝑ-
mãsisti. Cũ itaq; tuis rebus duris & acerbis anim⁹ in
duruerit: longe demiror q gnati tui extrema tanto
ꝑe deplores: quãdo ea perdideris: quæ tibi multo

debuerunt esse cariora. Præterea neq; te laꝫ est om
nia quæ mari: terra & cælo nascunť diuina lege inte-
rire atq; labi oportere: quod æquo animo ferre de-
bes: ut prudentes cæteri quorũ numero ascriberis.
uides quoq; iuga: urbes insulas: & quæq; humana in
dies perire: ac labefactari: quæ suapte natura plus ni
mirũ habẽt roboris: q̃ humana imbecillitas. Quæ
res nos admonet casus similes nobis occurẽtes æquo
aĩo ferre debeamus. Multo deniq; plura ad te scribe
rẽ: quæ curaꝝ leuamini cõducerẽt: si his te egere in-
telligerẽ: alioꝝ quẽ hominũ semper sapientissimũ
iudicaui. Idẽ. ¶ Vt te solari possiꝫ nec me dignum
existimo: qui prudentia omnibus antecellis. neq; id
esse opus pcẽsco: ꝓpterea ꝙ aĩo es fortissimo & cõ-
stantissimo. quæ res cõgratulationi magis q̃ solami
ni multo est cõducibilior. Cui sane plurimũ debeo:
tuũ ẽ id aĩo uolutare. his si reb⁹ infœlicibus tibi cõ-
E modo aut adiumẽto esse possim. Idẽ. ¶ Fortunaꝫ
in te tuosq; acerrimã sæuire nuper: nouercariq; plu
rimũ mihi recẽtissime ĩtellectũ est quod quãtũ mœ
roris ac solicitudinis mihi attulerit nec facile dixerĩ
Id asit lex iubet amiciciæ ut quæ calamitosa nostris
obtingãt amicis: nobis quoq; aduenisse certo arbi-
tremur. Idẽ quoq; iudiciũ in res lœtas atq; iucũdas
qui recte sapiũt trãsferre solẽt. Ast tui erit muneris
aĩo ut cõstãti & infracto quæ fracta iubẽt patiaris:
quod tuæ anxietatis summa fuerit antidotus. Ipse
uero tua ꝑ sapientia uirtuteq; singulari iniuriã coꝝ
qui tibi insidianť: audẽter ꝓpulsabis quoad poteris:
quibus si minime resistere licuerit: sũmæ tibi laudi
erit aĩo haut q̃q̃ cecidisse. Veꝝ ne tu existimes fortis
auspicatæ ac fœlicis mõ uestigia me sectari: ærũno-
sasq; amici rõnes: quod pleriq; turpiter factitarunt
depiscari: oẽ meũ studiũ: curã: diligẽtiã: opes: corp⁹:
ac deniq; animũ quo nihil mihi est carius: tuas ad ca
lamitates leuãdas prorsus: aut salutẽ leniẽdas polli-
ceor atq; libẽs offero: qđ ne temere dictũ' arbitreris
quæso periculũ facias: qđ si feceris me germanicæ fi
dei qua nulla ẽ præstãtior singularisq; amiciciæ per
petuũ æmulatorẽ eẽ ac fore nẽpe iudicabis. Idẽ. Bal
F dasar Ra. ad Georgiũ hessler. ¶ Si uitã & gratiam
meã seruare uobis uultis: nullus auferat uobis pullũ
nec frumẽta: nec segetẽ: neq; uinũ: nõ oleũ: nõ salem:
nõ lingua quisq; sit stipẽdio suo cõtẽtus. De ꝑda. n.
hostiũ: nõ de lachrymis amicoꝝ uiuere. debent. hẽ-
ant arma sua tersa & lucida ferramenta acuta: calcia-
mẽta fortia. uestes nouas & nõ ueteres. stipendium
nõ in sacco: sed in balteo portẽt: equũ & ꝑdas suas ali
is nõ uendãt. a medicis gratis curenť. alter alteri ob-
sequať. in hospiciis hẽant honeste. qui litẽ fecerit ua
pulet. Epistola est Aureliani iperatoris ad suũ exer-
A citũ. ¶ Nos ꝑ tuis iniuriis cõtinuis aĩo strenue cõ
moti inimiciciæ tecũ bellare studem⁹: sed cõis exẽpli
ac fidei gratia uisum est ut te saluũ uelimus: ut esset
quẽ armis uincere possemus. Ad nos uenit Nitias
familiaris tuus quæ sibi a nobis ꝑciũ peteret. si te clã
interfecisset. id nos negauimus: neue ex huiusmodi
re aliqđ cõmodi expectaret. siml' uisum est ut certio
rẽ facerem⁹: ne qcq̃ tale si accidisset. id nr̃o cõsilio ci
uitates putarẽt factũ. & ꝙ nobis nõ placet præmio

aut precio: aut dolis pugnare. tu nisi caues iacebis.
Ep̃la ẽ. G. Fabricii & æmilii cõsulũ Ro. ad Pyrrhũ re
gẽ. ¶ Rex Aragonũ utriusq; Siciliæ. ¶ Spectabi- B
les & magnifici uiri deũ hoiesq; testamur: quãta ha-
ctenus cura & diligẽtia semꝑ operã dederim⁹ atq; i-
cubuerim⁹ ut uobiscũ in pace & tranqllitate uiuere-
mus: sed nos inimicis nostris fauorẽ æs atq; auxiliũ
ꝑstãtes ꝙ ne ageretis & lr̃is plurimis & nũtiis sæpe
monuim⁹. Nos & ꝑfecto inuitos ac lacessitos ad ea
erga uos agẽda ipulistis: quæ hucusq; quoad potui-
mus: semꝑ effugere nixi sumus. Quapꝑ qa nõ ulte-
rius nos cõtinere possum⁹: qn aduersus uos & qdẽ
merito bellũ geramus. Vos dehinc huiusmõi nr̃is
lr̃is: nr̃os publicos hostes declaram⁹ sic indicturi bel
lũ. A qbus æmulis & inimicis ligæ nr̃æ: q̃ ad uniuer-
salẽ pacẽ atq; qetẽ Italiæ inita & cõtracta ẽ: fauente
altissimo uictoriã speram⁹ obtinere. Datũ i castello
nouæ ciuitatis nostræ Neapolis die. ii. mẽsis Iunii.
anno. &c. lii. lr̃æ in dictionis belli cõtra Florẽtinos.
¶ Vbi rẽ aliq̃ gestã amico significamus: aut qđ ab
eo exposcimus: aut eum ad rem aliquam peragen-
dam exhortamur. M. T. C. clausulæ incipiunt.

Pompeiũ & hortari & orare & iã liberius
accusare & monere: ut magnã infamiam
fugiat non desistamus. sed plane nec pre
cibus nostris: nec ammonitionib⁹ reliqt
locũ. Nã cũ in sermone quottidiano: tum in senatu
palã sic egit causam tuã: ut neq; eloquentia maiore
quisq̃: nec grauitate: nec studio: nec cõtentione age-
re potuerit cũ summa testificatione tuoꝝ in se offi-
cioꝝ & amoris erga se tui. li. i. Epistola. i. ¶ Inclina
ta res est Libonis & hypsæi nõ obscure. Nos in eã au
toritatẽ eo minorẽ hẽmus: ꝙ tibi debemus: gratiaꝫ
aũt nostrã extinguit. hoium suspicio. eadẽ. Idib⁹ Ia-
nuariis in senatu nihil est cõfectũ. propterea ꝙ dies
magna ex parte cõsumptus est altercatione Lentu-
li cõsulis & Caninii tyranni. Epistola. ii. ¶ Eius orõ
ni ab oĩbus uæhemẽter reclamatũ est. Erat enim ini-
qua & noua. Cõsules neq; cõcedebãt. neq; ualde re-
pugnabãt: diẽ cõsumi nolebãt. Id qdẽ est factũ. Per-
spiciebãt enĩ in Hortẽsii sentẽtiã multis partib⁹ plu
res ituros. Eadẽ. ¶ Hac cõtrouersia usq; ad nocteꝫ
deducta senatus est dimissus: & ego eo die casu apđ
pompeium cœnaui: nactusq; tempus magis idone
um q̃ unq̃ antea ꝙ post tuum discessum is dies ho-
nestissimus nobis fuerat. In senatu ita sum cũ illo lo
cutus: ut mihi uiderer aĩum hoĩs ab omni alia cogi-
tatione ad tuã dignitatẽ tuendã traducere. Eadem.
¶ Hæc scripsi ad. xvi. kalen. Februarii ante lucẽ: eo
die senatus erat futurus. Nos in senatu quẽadmodũ
spero dignitatẽ nostrã ut potest in tanta hominũ ꝑ-
fidia & iniquitate retinebimus. Eadem. ¶ Quæ ge
rantur accipies ex Polione: qui omnibus negociis
non interfuit solũ sed præfuit. Epistola. v. ¶ Quod
scire uis qua quisq; in te fide sit & uoluntate difficile
dictu est. de singulis illud unum audeo ꝙ antea tibi
sæpe significaui: nunc quoq; re perspecta & cogni-
ta perscribere: uæhementer quosdam homines &
eos maxime qui te & maxime debuerunt: & pluri-
mũ iuuare potuerũt inuidisse dignitati tuæ. Quo-
rum

rum autoritatem:dignitatem:uoluntatemq; defen
deras:nõ tam memores essent uirtutis tuæ q̃ laudis
inimici quo qdẽ tpe ut pscripsi ad te antea cognoui
Hortensium percupidum tui studiosum luculum.
Ex magistratibus autem Luciũ Ratilium & fide &
aio singulari. Epistola.vi. ℂ Illa me ratio monet ut
te ex nostris euentis cõmunibus admonendũ puta-
rem:ut considerares in omni reliqua uita:qbus cre-
deres:quos caueres. Eadem. ℂ Hic ego quantũ hu-
mano cõsilio efficere potui:circunspectis rebus om
nibus meis rationibusq; subductis:summã feci cogi
tationũ omniũ mearũ:quã tibi sic breuiter exponã.
Epistola.ix. ℂ Et quoniã meam tuorꝫ erga me me-
ritorum memoriã unq̃ nulla delebit obliuio:te ro-
go ut memineris quantæcũq; tibi accessiones fienti
& fortunæ & dignitatis:eas te nõ potuisse cõsequi:
nisi meis puer olim fidelissimis atq; amãtissimis cõ
siliis peruenisses. Quare hoc animo in nos esse debe
bis:ut ætas nostra iã ingrauescẽs:in amore atq; ado-
lescẽtia tua cõquiescat. libro.ii. Epistola.i. ℂ Breui
tũ sic habeto:in eũ statũ temporꝫ tuũ reditũ incide-
re:ut his bonis quæ tibi natura:studio fortuna data
sunt:facilius omnia quæ sunt in rep. amplissima:cõ
sequi possis q̃ muneribus:quorꝫ neq; facultatẽ q̃sq̃
admiratur.(Est eni copia munerꝫ nõ uirtutis) neq;
quisq̃ est quin societatẽ iam defessus sit. Epistola.iii.
ℂ Summã scito in te expectationẽ esse:eaq; a te ex
pectari:quæ a sũma uirtute:summo ingenio expe-
ctanda sunt:Ad quæ si es ut debes paratus(quod ita
esse cõfido)pluribus maximisq; muneribus & nos
amicos & ciues tuos uniuersos:& rẽp. effices. Eadẽ.
ℂ De rebus urbanis ꝙ me certiorẽ fecisti. cũ per se
mihi gratũ fuit:tũ quod significasti tibi oĩa manda-
ta mea curæ fore. In quibus te unũ illud præcipue
rogo:ut cures nequid mihi ad hoc negocii aut one-
ris accidat aut tẽporis:Hortensiumq; nostrum col-
legã ut familiarẽ roges:ut si unq̃ mea causa q̃cquam
aut sensit:aut fecit: de hac quoq; sententia decedat:
qua mihi nihil põt esse inimicius. libro.iii. Epistola.
vii. ℂ Illud quod polliceris uelim pro tua fide: dili-
gẽtiaq; & pro nostra nõ instituta: sed iã inueterata
amicicia cures:enitare ut supplicatio nobis q̃ hono-
rificẽtissime quãprimum decernatur. Epistola.viii.
ℂ Etsi scio nõ iniucundissimũ me nunciũ uobis al-
laturꝫ:tamẽ quoniã casus & natura in bonis domi-
natur:uisum est faciẽdũ quoquomodo res haberet
nos certiores facere. lib.iiii. Epistola.xii. ℂ Ita uir
clarissimus ab hoie teterrimo acerbissima morte est
affectus:& cui inimici propter dignitatem peperce
runt:inuentus est amicus qui ei mortem afferret.
Eadem. ℂ Sed de nostris rebus satis uel etiam nimi
um multa. de tuis uelim ut eo sis animo quo debes
esse. id est:nequid tibi præcipue timendu; putes. Si
eni status erit ciuitatis aliquis quicũq; erit:te omniũ
periculorꝫ uideo expertẽ fore. Nã alteros tibi iã pla
catos esse itelligo:alteros nunquã iratos fuisse. Epi-
stola.xiiii. ℂ Quare te rogo si opus erit ad Cæsarẽ
causam meam agas neq; tibi in omnes partes defẽ-
dendũ putes:hoc existimãs neminẽ te tui amantio-
rẽ habere. libro.v. Epistola.x. ℂ Ut potui accuratis
sime te tuãq; cãm tutatus sum. Et ꝓxime recẽti aduẽ
tu meo cũ rẽ aliter istitutã offendissem ac mihi pla-
cuisset si affuisse;. tũ nulla re saluti tuæ defui. Episto
la.xvii. ℂ Te hortor aio forti magnoq; sis. Ita eni
natus:ita educatus:ita doctus es:ita cognitus etiã ut
tibi ita faciundũ sit. Deinde spẽ quoq; habeas firmis
simã ꝓpter eas causas quas scripsi. A me uero tibi li
berisq; tuis oĩa paratissima esse cõfidas uelim. Id.n.
& uetustas nostri amoris: & mea cõsuetudo: & tua
multa erga me officia postulãt. libro.vi. Epistola.v.
ℂ Me scito omnẽ meũ laborẽ:oẽm operã.curã.stu
dium. in tua salute consumere. Nã cũ te semper dile
xi.tũ fratrũ tuorꝫ quos æque atq; te summa beniuo
lentia su; cõplexus. singularis pietas amorq; frater
nus. nullũ me patitur officii erga te studiiq; munus
aut tẽpus prætermittere. sed quæ faciã fecerimq;. ꝑ
te. ex aliorꝫ te litteris quã ex meis malo cognoscere.
Quid aũt sperẽ aut cõfidã. & exploratũ habeã de sa
luti tua. id tibi a me declarari uolo. Nã si quisq̃ est ti-
midus in magnis periculosisq; reb⁹. sempq; magis ad
uersos rerꝫ exitus metuens quã sperãs secundos: is
ego sum. & si hoc uitiũ est. eo me non carere confite
or. Epistola.xiiii. ℂ De reliqs ut te sæpe ꝑ litteras
hortatus sum:ita uelim tibi psuadeas te in hac causa
nihil habere ꝙ tibi timẽdũ sit præter cõmunẽ casu;
ciuitatis:qui & si est grauissimus: tamẽ ita uiximus:
& id ætatis iam sumus:ut oĩa quæ nõ nostra culpa
nobis accidãt:fortiter ferre debeamus. Epistola.xx.
ℂ Fac quæso qui ego sum esse te. Est ne aut tui pu-
dori:aut nostri primũ rogare de die:deinde plus an
nua postulare. Sed essent mi Galle omnia facilia si &
ea mercatus esses quæ ego desiderabã;:& ad eã sum
mam quã uoluerã:attamẽ ista ipsa quæ te emisse scri
bis nõ solũ rata mihi erunt:sed etiã; grata:plane.n.
intelligo te non modo studio:sed etiã amore usum:
quæ delectarint hominem: ut ego semper iudicaui
in omni iudicio elegantissimũ: quæ me digna puta
ris coemisse. lib.vii. Epistola.xxiiii. ℂ Caminio cõ-
sule scito neminem prendisse: nihil tamen mali eo
consule factũ est. Fuit eni mirifica uigilantia qui to-
to suo consulatu somnum non uiderit. Hæc tibi ridi
cula uidentur. nõ.n. ades:quæ si uideres: lachrymas
non teneres. Epistola.xxxi. ℂ Omnia tibi expone-
re nisi coram non possum:idq; celeriter fore spero.
libro.viii. Epistola.ix. ℂ Per fortunas tuas Cicero:
per liberos oro:obsecro:neqd grauius de salute & i-
columitate tua consulas. Nam deos hominesq; ami
ciciamq; nostram testor me quæ tibi ꝑdixi nec teme
re monuisse. Epistola.x. ℂ Quare si tibi tu:si filius
unicus:si domus:si spes tuæ reliquæ tibi curæ sunt:
si aliquid apud te nos:si uir optimus gener tuus ua
let:quorꝫ fortunas nõ debes uelle cõturbare. seque-
re eam causam in cuius uictoria salus nostra est: ne
aut odisse:aut relinquere cogamur:aut impiam cu-
piditatẽ contra salutẽ tuã habeamus. Eadẽ. ℂ Plus
facio q̃ Caminius mandauit. Is.n. siquid ego scire;
rogarat quod tu nescires. Ego tibi ea narro quæ tu
melius scis q̃ ipse qui narro. Faciã ergo illud qđ ro-
gatus sum:ut eorũ quæ tẽporis huius sint: quæ tua
audiero nequid ignores. Epistola sexta. lib.ix. ℂ Et

Tullia nostra recte ualet. Terentia minus bene ha-
buit: sed certum scio iam conualuisse eam. Preterea
rectissime sunt apud omnia. Epistola. ix. ¶ Oratiū
culam pro Deiotaro quā requirebas habeam me-
cum. q̄ non putarem. Itaq: eam tibi misi quā uelī
sic legas ut causam tenuem & in opem: nec scriptio
ne magnopere dignam. Sed ego hospiti ueteri &
amico munusculū mittere uolui leui dense crassi fi-
lio: cuiusmodi ipsius solent esse munera. Epistola.
xii. ¶ Si me amas tu: fac ut sciā quid de nobis futu-
rum sit. Habuisti. n. in tua p̄tāte ex quo uel ex sobrio
uł certe ex ebrio scire posses. Epistola. xvii. ¶ Hoc
tamen scito non modo me qui consiliis non intersū
sed ne ipsum quidem principem scire quid futurū
sit. Nos enim illi seruimus: ipse temporibꝰ. Ita nec
ille quid tempora postulatura sint. nec nos quid il-
le cogitet scire possumus. Eadē. ¶ Dupliciter dele-
ctatus sum tuis litteris: & q̄ ipse intellexi iam posse
ridere te. Me aūt ut scurram uel item male oneratū
esse non moleste tuli. Illud doleo in ista loca uenire
me ut constitueram non potuisse. Habuisses enim
non hospitem. sed contubernalem: At quem uirū:
nō eum quem tu es solitus pro mulside conficere.
Integram famē ad ouū affero. Itaq: usq: ad assum
uitellinum opera perducitur. Illa mea quæ solebas
antea laudare. O hominem facilem. O hospitē nō
grauem. Nam omnem nostram de rep. curam: co-
gitationē: de dicenda in senatu sententia commentā
tionem causarum obiecimus. In epicurrinos castra
aduersarii nostri coniecimus. nec tamen ad hanc in-
solentiam: sed ad illā tuā lauticiā ueterem dico: cum
me in sumptum habebas. Etsi nunq̄ plura prælia ha
buisti: proinde te para cū homine edaci tibi res est
epistola. xxx. ¶ Hæc igitur est nunc uita nostra: ma
ne salutamus domi bonos uiros multosq: tristes:
& hos lætos uictores qui me quidem perofficiose &
peramanter obseruant: ubi salutatio defluxit litte-
ris me inuoluo: aut scribo: aut lego. Veniunt etiam
qui me audiunt quasi doctum hominē. quia paulo
sum q̄ ipsi doctior. Inde corpori omne tēpus dat̄.
patriā eluxi iam & grauius & diutius: q̄ illa mater
unicum filiū. Sed cura si me amas ut ualeas. ne ego
te iacente bona tua comedā. statui enī tibi ne ægro
A to quidem parcere eadem. Heri ueni in Cumanū.
cras ad te fortasse. sed cum certum sciā. faciā te pau-
lo ante certiorem & si. M. Ceparius cum mihi in sil-
ua Gallinaria obuiā uenisset. quæsissemq: quid age-
res. dixit te in lecto esse. q̄ ex pedibus laborares tu-
li scilicet moleste ut debui. sed tamen constitui ad te
uenire. ut & uiderem te & uiserem & cenarem etiā.
Non enim arbitror cocum & architriclinum habe-
re. Expecta igitur hospitē. tū minime edacē. tū ini-
micū cœnis sumptuosis. Epistola. xxxiii. ¶ Sed me
hercule mi Pete extra iocum moneo te. quod p̄tine
te ad beate uiuendū arbitror. ut cū uiris bonis: iucū-
dis: amantibus tui uiuas: nil est aptius uitæ: nil ad
beate uiuēdū accomodatiꝰ. nec id ad uoluptatē refe
ro. sed ad comitatē uitæ atq: uictus. remissionemq:
aīorum quæ maxime me sermone efficitur familia-
ri qui in cōuiuiis dulcissimus. epistola. xxiiii ¶ Cū
Marco Fabio (q̄ scire te arbitror) mihi summꝰ usus
est. ualde eum diligo. tum propter summam probi
tatem eius ac singularem modestiam: tum q̄ in his
controuersiis quas habeo cum tuis combibonibus
epicuris. optima opera eiꝰ uti soleo. Epistola. xxxv.
¶ Itaq: mihi maximæ curæ est nō de mea qdē uita
cui satisfeci: uel ætate: uel factis: uel etiā siquid hanc
ad rem pertinet gloria: sed me patria sollicitat. lib.
x. epistola. i. ¶ In his aūt rebus quæ nihilominꝰ ut
ego absim confici possunt. peto a te ut rationem ha
bere uelis & salutis & dignitatis meæ. ep̄la. ii. ¶ Cū
ipsum Furnium per se uidi libentissime: tum hoc li-
bentius q̄ illū audiens te uidebar audire. Nā & in re
militari uirtutē: & in administranda prouincia iusti
ciam: & in omni genere prudētiam tuam exposuit:
& præterea mihi non ignotam: in consuetudine &
familiaritate suauitatem tuam adiunxit. Præterea
summam erga se liberalitatem: quæ omnia mihi
iucunda fuerunt exposuit. hoc extremum etiā gra-
tum fuit. epistola tertia. ¶ Caue tēpus ammittas:
Sic moneo ut filium. sic faueo ut mihi sic hortor ut
& proprium & amicissimū. epistola quinta ¶ Cre-
de igitur mihi Plance: omnes quos adhuc dignita-
tis gradus consecutus sis (es autem adeptus amplis-
simos) eos honorū uocabula habituros nō dignita-
tis insignia: nisi tecū libertate populi Ro. & cū sena-
tus autoritate coniunxeris. epistola. vi. ¶ Seiunge
quæso aliquādo ab his cū quibus te nō tuū iudiciū:
sed tēporū uincula coniunxerunt Eadē. ¶ Copias
adduco & nūero & genere & fidelitate firmissimas.
epistola. ix. ¶ Sedulitas mea ut spo & mihi & reip.
tulit fructū. nāq: assiduis internūtiis cū Lepido egi:
ut ommissa omni cōtentione reconciliataq: uolun-
tate nostra communi consilio reip. succurreret: se:
liberos: urbēq: pluris q̄ unū perditū abiectūq: latro-
nē putaret: obsequioq: meo si ita faceret ad omnis
res abuteretur. profeci itaq: per laterēsem internū
tium: fidē mihi dedit: se Antoniū si p̄uincia sua pro
hibere nō potuisset: bello persecuturū. epistola. xv.
¶ Ego eā sententiā dixi: cui assensi sūt oēs: ad unū: ea
quæ fuerit ex senatuscōsulto cognosces. epistola. xvi
¶ Quod si oīa mihi integra & ipse & fortuna serua
rit: recipio me uobis celeriter negociū ex sententia
confecturum. Fratrem meum assiduis laboribus
concursationibusq: confectum grauiter se habuisse
antea tibi scripsi: sed tamen eum primum posse
ingredi cœpit: non magis sibi quam reip. se con-
ualuisse existimans: ad omnia pericula princeps es-
se non recusauit. sed ego eum non solum hortatus
sum: ferum etiam coegi isto proficisci. epistola. xvii.
¶ Sed mi Plance incūbe ut belli extrema perficias.
In hoc erit summa & gratia & gloria. epistola. xix.
¶ Sin ut scripsisti ad collegā ita res habet: oī cura li-
berati sumus. nec tamē erimus priusq̄ ita esse tu nos
feceris certiores. epistola. xx. ¶ Nec depugnar̄ si oc
casio tulerit: nec obsideri si necesse fuerit: nec mori si
casus iciderit p̄ nobis paratior fuit qsq̄. Quare hor-
tor te mi Cicero exercitū huc traiiciēdū q̄ primū cu-
res & matures priusq̄ hostes magis corroborētur:
& nr̄i pturbēt. i quo si celeritas erit adhibita resp. in
possessione

poſſeſſione uictoriæ deletis ſceleratis permanebit. Epiſtola.xxi. ¶ In quo hanc capio uoluptatē quod certe quo magis me petiuerunt.tanto maiorem iis fruſtratio dolorem attulit: Tu mi Cicero quod adhuc feciſti:idem præſta:ut uigilanter neruoſeq́ nos qui ſtamus i acie iubornes.Epiſtola.xxiii. ¶ Quod uiuit Antonius hodie:ꝙ Lepidus una eſt ꝙ exercit⁹ habet non cōtēnendos:ꝙ ſperant:ꝙ audent: omne Cæſari acceptum referre poſſunt.Epiſtola.xxiiii. ¶ Quàobrem ſiquid operis tibi etiam nunc reſtat: id magnopere cenſeo perſequendum.Ep'la.xxv. ¶ Sed tamen ſententiam meam tibi ignotam eſſe nolebā:cuius eſt hæc ſumma:ut hæc omnia te metiri dignitate malim q̄ ambitione maiorēq́ fructū ponere in perpetuitate laudis:q̄ in celeritate præturæ. Eadem. ¶ Mihi enim negocii plus reliquiſti uni q̄ præter me omnibus.Epiſtola.xxviii. ¶ Cæſarē uero ꝙ me in tanta fortuna mō cognitū uetuſtiſſimorum familiariū loco habuit:dilexi ſumma cum pietade & fide. Quæ mea ſententia gerere mihi licuit ita feci:ut optimus quiſq́ maxime probaret: quod iuſſus ſum eo tempore atque ita feci.ut appareret īuito iperatū eſſe.Epiſtola.xxxi. ¶ Abs te mi Cicero magnopere peto.ſi meam uitam & ſtudiū diligētiſſime ſuperiorib⁹ tēporib⁹ in adminiſtranda rep. quæ Lepido digna ſunt pſpecta habes: ut paria aut eo ampliora reliquo tempore expectes: & perinde tua autoritate me tuendum exiſtimes:quo tibi plura tuo merito debeo.Epiſtola.xxxiiii. ¶ Fallere nemo nos poteſt niſi tu.quod certe abeſt a tua uirtute & fide:ſed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. Tibi enim uni credimus & credituri ſumus. li. xi.Epiſtola.ii. ¶ Vt principiis conſentiant exitus: tuum eſt hoc munus:tuæ partes.a te hoc ciuitas uel omnes potius gentes non expectant ſolum:ſed etiā puſtulant:quāquam cum hortatione nō egeas:non utar ea pluribus uerbis.Epiſtola.v. ¶ Quāobrē ad omnia ita paratus:ita animatus debes eſſe:nō ut nihil facias niſi iuſſus.ſed ut ea geras quæ ab oībus ſūma cum admiratione laudētur.Epiſtola.vii. ¶ Cōiunctio tua cū collega cōcordiaq́ ueſtra.quæ litteris cōibus declarata eſt ſenatui populoq́ Ro. grauiſſima accidit.Quod ſupereſt perge mi Brute:& iā nō cū aliis;ſed tecum ipſe certa.Epiſtola.xv. ¶ Quod ꝑ me non facio.id ꝑ te facere amor meus i te tuaq́ officia cogunt ut timeam.Epiſtola.xx. ¶ Ego niſi ualde neceſſe fuerit:ex italia non excedam.Eadem. ¶ Nos hic ualemus recte:& quo melius ualeamus operam dabimus.quæ tibi ſuperiorib⁹ litteris mea manu ſcripſi:terrendi tui cauſa homines loquuntur Epiſtola.xxiii. ¶ Crede mihi niſi iſta fiant quēadmodum ſcribo:magnum nos omnis adituros periculum.Rogo te uidere quibus hominibus negociū detis:qui ad me legiones adducant:& fide opus eſt & celeritate.Epiſtola.xxvi. ¶ Reliqua magna ſunt ac multa.ſed poſita omnia i nobis.quāquā quid primum explicemus non uideamus. libro.xii.Epiſtola prima. ¶ Veſtri enim pulcherrimi mi facti ille furioſus me principem dicit fuiſſe:utinam quidē fuiſſem:moleſtus nobis non eſſet.Epiſtola tertia.

¶ Vellem Idibus Martiis me ad cœnam iuitaſſes: reliquiarum nihil fuiſſet.Epiſtola quarta. ¶ Sed tu quid ageres:quid acturus:ubi deniq́ eſſes neſciebā. Fama nunciabat te iſſe in Siriam.auctor erat nemo Eadem. ¶ Hyemem credo adhuc prohibuiſſe quo minus de te certum haberemus quid ageres: maximeq́ ubi eſſes.epiſtola.v. ¶ Dixi de te que potui tāta contentione:quātum forū ē:tāto clamore cōſenſuq́ populi:ut nihil unq̄ ſimile uiderim.quod autē & in ſenatu pluribus uerbis diſſerui & dixi in concione:in eo uelim fidem meam liberes.epiſtola.viii. Nunc te tohortatione non puto indigere: ut nos abſentis remq́ publicam quantum opus eſt defendas epiſtola.xi. ¶ Hæc a te peto non ſolum reip. q̄ tibi ſemper cariſſima fuit: ſed etiam amiciciæ noſtræ nomine quam confido apud te plurimum poſſe Epiſtola.xii. ¶ De noſtra dignitate uelim tibi ut ſemper curæ ſit:& quocunq́ tempore occaſionem habueris:& in ſenatu: & cæteris rebus laudi noſtræ ſuffragere.Epiſtola decima quarta. ¶ Ego porro non mediuſfidius cupiditate prouinciæ producimihi longius ſpacium uolo.Nam fuit mihi iſta prouicia plena laboris:periculi:detrimenti.Eadem. ¶ Athenas ueni ad undecimum Kalendas Iunias: atque ibi (quod maxime optabam) uidi filium tuū deditum optimis ſtudiis ſummaque modeſtiæ fama. Qua ex te quantam uoluptatem ceperim: ſcire etiam potes me tacente.Non enim neſcis quanti te faciam & quam pro noſtro ueterrimo ueriſſimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis: non modo tanto bono gaudeam. Noli putare mi Cicero me hoc auribus tuis dare: nihil adoleſcente tuo carius atque adeo noſtro (nihil enim mihi a te eſſe ſeiunctum) aut amabilius omnibus his qui Athenis ſunt: aut ſtudioſius earum artium quas tu maxime amas hoc ē optimarum. Itaque tibi quod uere facere poſſum libenter quoque gratulor: nec minus etiam nobis:ꝙ eum quem neceſſe erat diligere qualiſcunque eſſet: talem haberemus: ut libenter quoq́ diligamus.Epiſtola.xvi. ¶ Audiebam quædam turbulenta quæ ſcilicet cupio eſſe falſa: ut aliquando ocioſa libertate fruamur:quod uel minime mihi adhuc contigit:ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti concinaui tibi munuſculum ex inſtituto meo.Eadem. ¶ Et ſi periniquo patiebar animo te a me diſgredi: tamen eo tempore me conſolabar:ꝙ in ſummum etiam ociū te ire arbitrabar.Et ab impendentibus magnis negociis diſcedere.Epiſtola.xviii. ¶ Omnem conditionem imperii tui ſtatumque prouinciæ mihi demonſtrauit. Tratorius.O multa intollerabilia locis omnibus.Sed quo tua maior dignitas eo quæ tibi acciderūt minus ferēda.neque.n.quæ tu ꝑꝑ magnitudinē & animi & igenii moderate feres:a te nō ulciſcēda ſunt:& ſi nō ſint dolēda. Sꝫ hæc poſterius rerum urbanarum acta tibi mitti certe ſcio.quod ni ita putarem eſſe:perſcriberem.Epiſtola.xxiii. ¶ Atq́ antehæc quidem ſperare ſaltē licebat.nunc etiā id ereptum eſt.Equidē & hæc & oīa quæ homini accidere poſſunt ſic fero.ut philoſophiæ magnā habeaꝫ gra

tiam:quæ me non modo a solicitudine abducit. sed
ēt cōtra oīs fortunæ ipet⁹ armat tibiq: idē scio faciū
dū. Nec a quo culpa absit gcq̄ i malis numerādū. S3
hæc tu meli⁹. Eadē. Te tn̄ hortor ut oi cura i rēp. icū-
bas h c ē animi. hoc ē igenii tui hoc ē spei quā habe
te debes amplificādæ dignitatis tuæ. Sed de hac re
alias ad te pluribus. Epistola. xxiiii. ℂ Quāquā ad-
modū sūmus iā defatigati. sed nulla lassitudo ipedi-
re officiū & fidē debet. Verū hæc hactenus. ab aliis te
de me q̄ a meipso malo cognoscere. Audiebamus eā
q̄ maxie uellem⁹ de Gneo municio quē tu qbusdam
lr̄is ad cælū laudib⁹ extulisti. Rumores duriores erāt
id q̄le sit: oinoq: quid istic agatur facias me uelī3 cer-
tiorē. epistola. xxv. ℂ Velim si qua offensiūcula fa-
cta ē animi tui puersitate aliquor (noui. n. gentem
illā) des te ad lenitatē. uel ppter summā humania-
tē: uel etiam honoris mei cā. lib. xiii. Epistola pria.
ℂ Impedior uerecūdia ne te pluribus rogē: neq: tn̄
dubito quin si tua nihil: aut non multum itersit eos
sis animo quo ego essem siquid tu me rogares: mihi
certe gratissimū feceris. Epistola. ii. ℂ Sed hæc q̄ su
prascripta sunt eo spectāt ut te horter & suadeam.
Reliqua sunt q̄ ptinēt ad togādū. ut nō solū tua cā ti
bi cōsiliū me dare putes: sed q mihi opus sit me a te
petere & rogare. Gratissimu3 igitur mihi feceris: si
Volteranos omnibus rebus integros icolumisq: eē
uolueris. Epistola. iiii. ℂ Pro tuo animo in me sin-
gulari existimaui me oportere ad te accuratius scri-
bere: & si nō sum nescius & q̄ temporum rō: & quæ
tua potestas sit: tibiq: negocium datum esse a Gaio
Cæsare non iudicium præclare itelligo. Quare a te
tantum peto: quantum & te facere posse: & libenter
mea causa facturum esse arbitror. Et primum uelī3
existimes (quod res est) municipii fortunas omnes
in isto uectigali consistere. his autē temporibus ma
ximis oneribus pressum summis affectum esse diffi-
cultatibus. Hoc & si commune uidetur esse cum
multis: tamen (mihi crede) singulares huic munici-
pio calamitates accidisse: quas idcirco non comme-
moro: ne de miseriis meorum necessariorum con-
querens homines quos nolo uidear offendere. Epi
stola. viii. ℂ Sed hoc quale si tu pro tua prudentia
considerabis. Ego te plane rogo: atq; ita ut maiore
studio: iustiore de causa: magis ex animo rogare ni
hil possim: ut Albino parcas: predia laberiana ne
attingas: magna me affeceris non modo lætitia: sed
etiam quodammodo gloria. Epistola. ix. ℂ Nero
meus mirificas apud me tibi gratias egit: prorsus
incredibiles: ut nullum honorem sibi haberi potuis
se diceret: qui a te prætermissus esset. Magnum fru-
ctum ex ipso capies. Nihil est enim illo adolescente
gratius. Sed mehercule mihi quoque gratissimum
fecisti. Pluris enim ex omni nobilitate nemmem fa-
cio. Itaque si ea feceris quæ ille per me tecum agi uo
luit: gratissimum mihi feceris. Epistola sexagesima
sexta. ℂ Tu quod me hortaris ut animo si3 magno
& spem habeam recuperandæ salutis: id uelī3 sit eius
modi, ut recte sperare possimus. Nunc miser quan-
do iam tuas litteras accipiam? Quis ad me perferet?
Quod reliquum est sustenta te mea Terentia ut po
tes honestissime uiximus: floruimus: non uitiu3 no
strum: sed uirtus nostra nos affixit. peccatum ē nul
lum: nisi quod non animam una cum ornamentis
amissimus. libro. xiiii. Epistola. q̄rta. ℂ Si tu & Tul
liola nostra lux ualetis: ego & suauissimus Cicero
ualemus. Pridie Idibus Octobris Athenas uenim⁹
cum sane aduersis uentis usi essemus: tardeq; & in-
commode nauigassemus: de naue exeuntibus no-
bis achastus cum litteris præsto fuit. Epistola quita.
ℂ Pollucem si adhuc non est profectus. q̄primum
fac extrudas. Epistola. vi. ℂ Statim ita sum leuatus
ut deus mihi aliquis medicinam fecisse uideatur: cui
quidem tu deo quemadmodum soles pie & caste sa-
tisfacias. Epistola. vii. ℂ Si uales bene est ego, ualeo A
ualetudinem tuam uelim cures diligentissime. Nā
mihi & scripium & nunciatum est: te in febrim cito
incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris litte-
ris certiorem fecisti mihi gratum. Item posthac si-
quid opus erit: siquid acciderit noui: facias ut sciam.
Cura ut ualeas. Epistola. viii. ℂ Da operam ut con B.
ualescas: q opus erit: ut res tempusq: postulat pro-
uideas atque administres. & ad me de omnibus re-
bus quamsæpissime litteras mittas. Epistola. xxi. C
ℂ Nos quottidie tabellarios nostros expectamus:
q si uenerint: fortasse erimus certiores quid nobis
faciendū sit: faciemusq: stati te certiorē. Valetudinē
tuam cura diligenter. Epistola. xxii. ℂ Summa tua
autoritas fecit meumq; perpetuum de tua singula-
ri uirtute iudicium: ut magni mea interesse putarē:
& res eas quas gessisse3 tibi notas esse: & nō ignora
ri a te qua æquitate & continētia tuerer socios: pro
uinciamq: administrarem. His enim a te cognitis ar
bitrabor facilius me tibi quæ uellem probaturum
libro. xv. Epistola. iiii. ℂ Idq: & si talibus de rebus
grauissimos homines & rogare solere & rogari scio
tamen admonendum potius te a me q̄ rogandum
puto. Eadē. ℂ Si mihi minus tecum esset q̄ est cum
tuis omnibus: allegarem ad te illos a quibus intelli-
gis me precipue diligi. Patris tui bn̄ficia in me sunt
amplissima: neq;. n. saluti meæ neq: amori amicor D
qsquā dici potest. Frater tu⁹ quāti me faciat sempq;
fecerit esse hominem qui ignorat arbitror nemi-
nem. Domus tua deniq: tota me semp oibus sūmis
officiis prosecuta est. Neq: uero tu in me diligendo
cuiq̄ concessisti tuorum. Quare a te peto in maiorē
modum: ut me p te q̄ ornatissimū uelis esse: meāq;
& in supplicatione decernenda: & in cæteris rebus
existimationem satis tibi esse cōmendatam putes.
Epistola. x. ℂ Non audeo uehementer a te conten
dere: ne aut ipse tuæ ppetuæ consuetudinis erga me
oblitus esse uidear: aut te oblitum putē. quare ut te
uelle arbitror: ita faciā: atq: ab eo quē oēs gentes sci
unt de me optime meritū breuiter petā. Ep̄la. xiii.
ℂ De fabio faciemus studiose quæ rogas. Tu mul-
tis de causis uellem me conuenire potuisses. Primū
ut te quem iam diu plurimi facio tanto interuallo
uiderem. Deinde ut tibi (quod feci per litteras) pos
sem præsens gratulari: tum ut quibus de rebus uel-
lemus: tu tuis. ego meis inter nos cōicaremus. Po-
stremo ut amicicia nr̄a quæ sūmis officiis ab utroq;

culta est:sed longis interuallis temporum interru-
ptam consuetudinē habuit:confirmaret͂ uæhemen
tius. Idē cū nō accidit:utemur bono litterarū:& ea-
rū fere absentes quæ si coraʒ essemus cōsequemur.
Vnus.s.ille fructus q in te uidēdo ē pcipi litteris nō
pōt:alter gratulatiōis est:is quidē exilior q̄ sit tibi te
ipsum ituens gratularer:sed tamē & feci antea & fa-
cio nunc. Tertiū ē ut id qđ de rebus nostris corā cōi
cassem⁹ inter nos cōficiam⁹ idem litteris. Epistola.
xiiii. ℭ Te penitus rogo:ne tā longe nauigationi
& uiæ per hyemē nisi bene firmū cōmittas:neue na
uiges nisi explorate:uix i ipsis tectis & opidis frig⁹
infirma ualetudine uitat͂(magnæ eni nobis est solli
citudini ualetudo tua)nedū in mari & uia sit facile
abesse abiniuria tēporis. Frigus inimicissimū macil
lentis iquit Euripides:cui tu quātum credas nescio
ego certe singulos eius uersus:singula eius testimo-
nia puto. libro.xvi. Epistola.viii. ℭ Nos a te ut scis
discessimus ad.iii.nonas nouem. Leucadeʒ uenim⁹
ad.viii. Idus. No. ibi propter tempestatē morati su-
mus. Inde ad.v. Idus Corcyrā bellissime nauigaui-
mus:ibi retenti uentis sumus. interea qui cupide ꝓ-
fecti sunt multi naufragia fecerunt. Soluimus inde
austro leuissimo cælo sereno: nocte illa & postero
die in Italiam ad idruntem ludibundi peruenimus:
eodemq: uento postridie Brūdusium uenim⁹. Epi-
stola.ix. ℭ Asclapo medicus plane cōfirmat ꝓpe-
diē te uallentem fore. Nūc quideʒ ego te hortor ut
oēʒ diligentiā adhibeas ad cōualescendū tuam pru-
dentia.temperantiam:amorem erga me noui. Scio
te oino facturū ut nobiscū q̄primū sis. Sed tamē ita
uelim ut nequid ꝓperes.neue temere nauiges. So-
lent nautæ festinare quæstus sui causa. Caut⁹ sis mi
Tyro:mare magnum & difficile tibi restat. Si pote
ris cum miscinio:caute is solet nauigare.si min⁹: cū
honesto aliquo homine cuius autoritate nauiculari
us moueatur. In hoc omnem diligentiam si adhi-
bueris:teq: nobis incolumen feceris:omnia a te ha-
beo. Etiam atq: etiam noster Tyro uale. Medico de
D te scripsi diligentissime. Eadem. ℭ Expecto tuas lit
teras de multis rebus:teipsum multo magis Deme
trium redde nostrum:& aliud siquid potes boni.
De anfidiano nomine nihil te hortor. Scio tibi cu-
ræ esse:sed confice:& si ob eam reʒ moraris accipio
causam. si id te non tenet. aduola. Litteras tuas ual-
de expecto. Vale. Hæc ex Tullio.

ℭ Ad idem.

Gasparinus Pergamensis.

E Scio te rerū nouaꝝ cupidū eē:& accusas-
se me sæpe:q nūquā ad te scribo de his
rebus quæ hic fiunt. Faciam hodierno
die ne possis deinceps criminari negli-
gentiam meam. Implebo itaq: te non uulgarib⁹ ut
multi solēt:neq: falsis rumorib⁹:sed magnis & de q
bus certos autores habemus. Gasparinus. ℭ Nihil
est quod libentius facio:q̄ de maximis & pulcherri-
mis rebus quæ hic fiunt te certioreʒ facere. Si re no
ua delectant:habeo quidem unde possim abūde hu-
ic tuo desiderio satisfacere. A nostra quidem aut pa
trum memoria tantæ reruʒ mutationes nō fuerūt:
quantæ hodie instant:& iā hic fiunt. Nouissima res
his diebus nobis accidit:de qua te certiorē facere uo-
lui:ut intelligeres nullam rem fore tantam aut tam
occultam:quā non maxime cuperem in primis tibi
esse notam. Nihil autem in hac nostra regione agi-
tatur:quod uel suauitate uel magnificentia sit ad te
scribendum. Sumus enim omnes tanto in ocio:quā
to nescio an alias fuerimus. Et uereor ne hoc forte
priscæ uirtuti & bonis artibus nostris noceat. Nā ut
nimia fortunæ asperitas:ita etiam imoderata pros-
peritas sæpe gloriæ nocuit. Etsi ea de quib⁹ ad te scri
bo non ita noua atq: inusitata sint:ut nunq̄ aliis ho
minibus aliquid huiusmodi obtigerit:tamē nō par
uam ex opinione quæ habebatur admirationem ex
citarunt. Cū de rebus inusitatis ad te scribo: uideor
mihi rē tibi pergratā facere. Scio.n.semp te harum
rerū cupidū esse. Faciam ergo te particip ē facti pul
cherrimi non multis annis ante a quoq̄ nostrū audi
ti. Si ullo tēpore de rebus magnis ad te scripsi: illud
ꝓfecto ē sūmum ac maximū omniū quo tanta mihi
uidentur mala rebus nostris impendere:ut nisi de⁹
aliquis hæc ipa a nobis auertat:facile possim nostra
rum partium desolationē ac ruinam diuinare. Vo-
lui hæc omnia tibi nota esse:ut qui periculorum no
strorum semp socius fuisti:etiam publicæ tranquil-
litatis particeps fieres & fortunis nostris congratu
lareris. Quomodo in periculis reip. me gesserim:
& si tibi renuntiatum esse non dubitē:tamē quo cer-
tior de oībus rebus fias: illud a te perscribo. Quid
adhuc in cā tua iudices egerint:satis arbitror ab his
oībus tibi renūtiatū:qui quottidie a nobis ad te ue-
niunt. Postridie autē cætera & grata ut puto ad te ꝑ
scribā. Si a nostris legib⁹ nō abhorreret de causa tua
bene te sperare iubeo. Siqd aliud in cæteris reb⁹ co-
gnosceres quid ad me ptineat:facies ut cœpisti me
certiorem. Ne desideriū tuū differā:statim satisfaciā
tibi de eo quod maxime optabas a me audire. Cura
bis ut quācunq: fortunā res uestræ habuerint: nihil
sit qđ me per te lateat. Scio me omnib⁹ posthabitis:
magno studio ꝑfecisse omnia quæ ad te pertinere
intellexi:de quibus nunc ad te quo sint a me ordine
gesta perscribo. Cum tātum habeā fidei prudentiæ
tuæ sūmæq: in me beniuolentiæ:quātum nemini te
etiam atq: etiam hortor ac moneo ut. Sed unum a
te quæso:non obliuiscaris te illum esse:cui ipa resp.
se & suos ciues cōmendat. Sed illud te rogo,atq: ob-
secro:ut si quod remedium ad hanc oportunitatem
potes per alios adhibere nullam occasionem præ-
termittas. Sed illud a uobis etiam atq: etiā uidendū
est:ne animum uestrum nimium in secunndis reb⁹
efferatis. Et est maxime prouidendum sicut facitis:
ut uictoriam uestram referatis potius ad diuinam
causam q̄ ad humanam. Sumus fere omnes in peri
culis nostris animo summisso:& tunc summe uene-
ramur:ac excolimus deum. nescio qua iniqtate po-
stea ingrati reperimur:cum summā uotoꝝ attingi-
mus. deinde queruntur homines nullam fœlicitatē
esse perpetuam:& fortunā accusant. Hæc ex Gaspa-
rino pergamēsi:nunc ex aliis accipe. ℭ Romā ueni A
ad.viii. Kalēdas Aprilis:moxq: ut primū licuit pō-

tificem adiens & ſalutandi cauſa & mei ipſius exhi-
bendi: ab eo perbenigne quidē ac perhūaniter rece-
ptus ſū; quāquā primo ſtatī; cōgreſſu ubi me aſpe-
xit: nullo adhuc uerbo a me facto cōuerſus ad eos q
proxime aſtabant. Iunior hic eſt inquit longe q̄ pu
tarā. Hæc pria uox illius a me audita ē. Poſt hæc ego
cōſueta ueneratione illū affatus cum eſſē: ipſeq; per
pauca quędā reſpōdiſſet: reſumpſit ea ipſa quæ pri-
B mo aſpectu edixerat. Leo. Aretinus. ¶ Statuerā ni
hil ad te ſcribere antequā rediſſem: ſed cū Laurenti⁹
cremonēſis uir perfamiliaris & ſtudioſus tui hodie
mihi occurrēs: nūquid ad te uellē rogaret: nolui ipſ;
oino uacuū dimittere litterarū mearū. Scito igit iā;
me multos dies. Viterbii cōmoratū. Nā inter ſic in-
feſtū latrociniis & hoſtilibus incurſionibus fuit: ut
tuto tranſire deſperari;; nunc uero quoniā induciæ
quędam cū hoſtibus factæ dicunt: licebit iter arripe
re: quod faciā hodie uti ſpero. Ex urbe Roma proli
xius ad te ſcribā. Vale. Idē. ¶ Negocia Lupi noſtri
de quibus ſignificari tibi iā ſæpius me per tuas litte-
ras monuiſti: ſcias plane his ꝓximis diebus eē confe
cta. Poſtulatio eni; quæ mihi illius nomine tradita
fuerat nobis depręcantibus per pontificem admiſ-
ſa eſt: de quibus ad ipſum ſcribo latius quæ litteræ ut
ei reddantur curabis. Idem non puto opus eſſe mul
tis ut te uerbis cohorter: cum tibi & de amiciſſimi
uiri negocio: & de re tibi grata leue onus impono.
Tu ipſe te cognita moueri debes ſine ulla poſtula-
C tione aut rogatione noſtra. Idem. ¶ Niſi ue rerer
pater optime ne te auocarem a tua contēplatiōe &
ſanctitate: qua uteris hoc ieiunii tēpoꝛe: eſſem lon-
gior in ſcribendo: ſed te diuinis rebus ita occupatu;
puto: ut ſtultum uideatur inanibus uerbis uelle ob-
ſtrepere auribus tuis: quæ quottidie ſanctoꝝ uiroꝝ
uocibus replentur. Sed tamen id unū ſcribā: quod te
libenti animo pro noſtra amicicia auditurū cōfido.
Cōmater tua (octauus hic eſt dies) peperit mihi in
fantulū pulcellū: cui nomē indidi Ioānis baptiſtæ.
Ago deo gratias qui me hoc tanto dono: & laudabi
li uoluptate cumulauit: qua fruar quoad libuerit ei
qui illū nobis largitus eſt. Et certe magna in me gra
tia dei fuit: cū ſenectā meā tā bella prole conſoletur.
Vtinā memorē me efficiat beneficiorū ſuorū quæ q
meminit conſequet ampliora. In hoc autē educādo
non eſt opus ut me iterum moneas: quoniam ſupe-
riores litteræ ita copioſæ in ea re fuerunt: ut nihil ui
deatur ad eam doctrinam amplius addi poſſe. Vale
& me ama. Poggius Florentinus. ¶ Ego ſatis ha-
beo & honoris & lucri. non cupio diues fieri: hoc eſt
ualde opulentus. Nā diues quidē ſum. poſui eni ter
minū deſideriis. Cupio aliquando quieſcere. Itaq;
ego tibi cæteriſq; amicis hunc laborem remitto. Re
gnum non eſt tantum ut ſtatum pro eo uelim mu-
tare. Sum in loco celeberrimæ urbis: fruor libertate
maxia: lucror quantum ſatis eſt ad modeſtā uitam
paruo cum labore. non curo quis conſcendat aut de
ſcendat: nulla ambitione laboro: conuenit mecū ſta
tus meus. Quid ad hanc uitam addi poteſt? Excedo
cenſum diuitiis: cū modū poſuerim cupiditati. Igit
uale & ſi me amas hac in re obmuteſcas oro. Idem.

¶ Nunc uero te ꝑ noſtra amicicia hortor moneoq;
ut has ſtudiorū tuoꝝ primicias tales eē uelis: ut ex
agro & fertili & beneculto ꝓdire uideantur. Cultu-
ra uero animi uirtus eſt quæ uberrimos fructus pa
rit. hanc āplectere. hanc exerce. Curaq; oī diligentia
ut propter doctrinā iuris recte quoq; uiuendi ſtu-
diū conſequaris. In primis corruptellas fuge: teque
immaculatū a peccatis ſerua: neq; quicq̄ agas quoad
poteſt fieri: cuius te pœnitere neceſſe ſit. Inter cæte
ra iuſticiā cole. Recte iudica: & quicqd agis deū ſpe-
ctatorē cogita. Præſtat eni pauperiorē eſſe integris
moribus q̄ diuitē uita perdita. Id age ut iuris ſcien
tia non ſolū afferat uitæ ſubſidiū: ſed ut etiā uirtutis
ornamentū. Hi eni; rectiſſime mihi uita; inſtitue
re uidentur qui uerā doctrinā coniungunt cum ſan
ctimonia uiuendi. Sed omnia aſſequeris: ſi fugeris
auaritiā malorū omniū irritamentū. Scripſi hæc
paucis propter amorē in te meū: quæ tu accipias i
bonā partē uolo. Alter fortaſſe te ad lucrū & quæ-
ſtū te cohortaretur. ego & illud idē tibi ſuadeo: dū-
modo non ſit a uirtute ſeiunctū. Nā in turpitudine
nihil poteſt eſſe utile. Sed hæc tu melius. Vale. Idē.
¶ Si tu ac tui ualetis bene eſt: ego quidē ualeo. Hāc D
uel peſtē uel peſtis ſuſpitionē cū aliis de cauſis tum
uero hac ipſa deteſtor & maledico: q me tua iucun-
diſſima conſuetudine priuauit. Inuidet nobis cre-
do fortuna: ſi tantum uoluptatis ex mutua familia-
ritate ſuſciperemus: & ſi longe ſemota fuerint cor-
pora: præſentes erunt animi cogitatio & mutua re-
cordatio q̄ res ꝓcul eſſe nō ſinēt. Si nō dabit ut corā
loqui: & uiuos habere ſermones poſſumus interue
nit mutuū litterarū officium: quod abſentiæ noſtræ
moleſtias mitigare ac tēperare queat. Fit enim ne-
ſcio quomodo: ut mira quadā ſcribendi ſit uoluptas
cū aliquādo abſentibus amicis interrupta eſt oratio.
Guarinus Veronenſis. ¶ Poſteaq̄ a nobis abiſti de E
te nihil accepimus. Itaq; non poſſumus nō uereri:
nequid tibi quod nolimus acciderit. Nā hoſpes ille
ad quē aduerteras nocte cuius ꝓximo die hinc ꝓfe-
ctus es. Mediolanū modo ueniēs renūciauit te cum
eſſes apud ſe hoſpitatus uiſu; eſſe e ſtomacho labo
rare: & de caupone queſtu; apud quem prandiſſes.
Quare uelim me facias de te tuiſq; conſiliis q̄primū
certiorē. Nam ſi uales: quid iſtic tempus inaniter te
ras neſcio? Sin minus uales danda eſt opera: ne tua
negligentia ſis peiore conditione. Vale. Franciſcus
Philelphus. ¶ Papiam ueni ubi tādiu acturus ſum F
donec Mediolani peſtilentia deſierit deſęuire. Cum
primum nuntium idoneum nactus fuero: mittam
ad te pecuniolam pro uiluto. Interim abs te peto:
ut eruditiſſimum Michaelem parmenſem: qui iſtic
adoleſcentiam docet nomine meo adeas: & ab eo
certior fias: quinam ſit qui illud opus de uarietate
metrorum habet: quod pergamenſis epiſcopi fuit.
Ait enim eius quidam diſcipulus rem eſſe per egre-
giam. Si illud offenderis: fac exſcribi mea impēſa: il-
ludq; ad me dabis; Cupio epiſtolas meas huic no-
uellino papiēſis ciuibæ gubernatori ad me des eaſq;
papireis pluribus pānoue lineo inuolutas: quo tu-
tiores ſint ab imbribus. Iacobū meū ualere plurimū
cupio.

cupio. Tu me. M. Ioanni commenda. Vale cum Bar
tholomeo melio. barbaries aūt reliqua male ualeat.
Idē. ¶ Nisi uæhemēter amē amorē tuū ingrat⁹ sū.
Quæ magnifici equitis aurati Ioānis tholentinatis
scriba tuo noie mihi corā exposuit: libētissime audi-
ui. Quid aūt aut sentiam aut uelim: tecū una cremo-
næ ad paucos usq; dies cōmentabor atq; statuā. Nā
ad kalendas Maias hinc iter capiam ad urbē Romā
negocii mei gratia & id quidē ex pricipis nostri sen-
tentia. Quod āt queri uisus es: q nihil ad te scribam
nō iure id facis. Nā proximis diebus lr̄as ad te dedi.
Tu uero Endymionis sōnū dormis: respondesq; oi-
no nihil: sed idcirco ignosco tibi: q ita ranarū Cre-
monensiū clamoribus obtuderis: ut apud te esse nō
G possis. uale. Idē. ¶ Iā uer est in limine. Itaq; a te pe
to: ut hyeme plantas illas ficulneas ad me dare uelu-
ti peritior agricola noluisti: nūc tādē dare incipias.
Nisi fortasse quod nolim moleste feras res ullas bo-
nas fore tibi cōmunes cū aliis. Nā si pluribus rogari
te cupias: non possum non uereri uel īuidiæ uel ob-
trectationis sis accusandus: quas quidē perturbatio-
nes indignas arbitror magnitudine animi tui. Cu-
pio itē plātas prunoꝝ damascenorū. Vale. Idem.
H ¶ Peto abs te in maiorē modū: ut quod & mihi co
rā recepisti: & ex proximis meis litteris audire po-
tuisti: id apud patrē tuū præstātissimū & munificen
tissimū principē q̄primū & q̄optime cōficias. Hac
mihi re neq; gratius quicq̄ neq; magis necessarium
I præstare potes. Vale. Idē. ¶ Petii abs te proximis
litteris secūdū, q, etiā nunc tertiū & peto: & te quoq;
si pateris rogo: ut rē meā apud principē nostrū mu
nificētissimum patrē tuum: ubi minus cōfeceris ita
cōficias: ut mihi abiens coram recepisti. In hunc diē
neq; tu respondisti quicq̄ nec ex alio sum certior fa-
ctus quid egeris aut nō egeris. Itaq; aut responde q̄
primum: aut equum mitte quo uehar ad uos. Nā si
ad uos uenero facile futurum suspicor: ne uacu⁹ Me
diolanum repetam: præsertim cum iam instet nata
lis christianus qui principes solet ad beneficentiam
A exhortari. Vale. Idem. ¶ Quod & princeps noster
Franciscus Sphortia tibi abeunti iusserat: & ipse uer
bis pluribus abs te petii: si minus in hanc diē confi-
cere potuisti: ut conficias tandē cupio. Hac eni una
re neque gratius mihi quicq̄ præstare queas: neque
etiam iucundius. Atqui beneficium illud quis non
libenter conferat quod is in quem conferamus ma-
ximi sit facturus & eo tamen usurus non sit! Sic enim
cum sumus liberales: cum ex huiusmodi nostra libe
ralitate neque molestiæ neque incōmodi quicquam
accipimus. Tenes quid uelim. Vale. Idem Philel-
phus. ¶ Nunc circa clausulas generales extra pro-
positum auctoritates: & prouerbia nostram insti-
tuemus doctrinam:
¶ Circa res generales & extra propositum: ac circa
auctoritates: prouerbia & exempla. M. T. C. clau-
sulæ incipiunt.



IN hac rōne qd res: qd cā: qd tēp⁹ ferat tu
facile optimeq; perspicies: qd nobis pla
cuisset ex me potissimum putaui te scire
oportere. lib. prio. Epistola. vi. ¶ Itaq;
tota iam sapientum ciuium qualem me & esse & nu
merare uolo: & snia & uoluntas mutata eē debet. Id
enim iubet Plato: quē ego uæhemēter autorē sequor
tātum cōtēdere in rep. quātum pbare tuis ciuib⁹ pos
sis: uim neq; parēti: neq; patriæ afferre oportere. epi
stola nona. ¶ Dux nobis sis & autor: op⁹ ē & eorum
uentoꝝ quos pposui moderator quidā & quasi gu-
bernator: qui & si ex oibus unus exoptādus esset: quē
tecum conferre possemus non haberemus. libro. ii.
epistola. vi. ¶ Putares me unq̄ accidere posse ut mi
hi uerba deessent: neq; solum ista uestra oratoria: sed
hæc etiā leuia nostratia! Epistola. xi. ¶ Vrbē mi ruf
fe cole: & in ista luce uiue. Ois peregrinatio (qd ego
ab adolescētia iudicaui) obscura & sordida ē his quo
rum idustria Romæ potest illustris eē. quod cum p-
be scirē utinā in sentētia pmāsissem. Cum una meher-
cule ambulatiuncula atq; uno sermone nr̄o: oēs pro
uinciæ fructus non cōfero. epistola. xii. ¶ Hæc eo
pluribus scripsi: q mihi significabāt tuæ lr̄æ subdu-
bitare te: qua erga illum eēm uoluntate. Credo te au
disse aliqd falsum ē (mihi crede) si qd audisti. Nihil
enim feci unq̄ neq; dixi: quod cōtra illius existima-
tionē eē uelim. epistola. xiii. ¶ Miro me desiderio
urbs afficit & oēs mei: tuq; in primis. Eadē. ¶ Non
me ista terrent quæ mihi ad te ad timorē fidissime
atq; amantissime proponūtur. epistola. xvi. ¶ Eg-
dē pro eo quāti te facio qcqd feceris approbabo. sed
te quoq; confido ea facturū quæ mihi maxime itelli
ges eē accomodata. libro. iii. epistola. iii. ¶ Siquid
nunc me fefellit in scribendo (procul enim aberā a te
ipsa & a locis) simul ac pgredi cæpero: q̄ cæteri⁹ po-
tero & q̄ creberrimis litteris: faciā ut tibi nota sit ois
rō dierum atq; itinerum meorum. Oneris tibi im-
ponere nec audeo quicq̄ nec debeo. epistola quarta.
¶ Verūtamē plus in hac spe: tua sapiētia & huma-
nitas consolatur: q̄ oportunitas tēporis. Itaq; quē-
admodum expediā exitum huius istitutæ orōnis nō
reperio. epistola undecima. ¶ Nemo ē hominum
quicum potius mihi q̄ tecum cōmicādum putem.
Nec enim clarissimorum uirorum quorum similes
eē debem⁹ exempla: neq; doctissimorum quos semp
coluisti præcepta fugiunt. libro. iiii. Epistola pria.
¶ Quantum nos fefellerit: & quem in locum res de
ducta sit uides: neq; solum ea perspicis quæ gerunt
quæq; iam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerum: q
exitus sit. Epistola. secunda. ¶ Quid est quo nō pri
us q̄ datum est ademptū sit. Epistola. v. ¶ Nōne ma
uis sine periculo tuæ domi esse: q̄ cū periculo alienæ!
Equidē etiā si appetenda mors: domi atq; in prima
mallē: q̄ I extremis atq; alienis locis. Epistola septia.
¶ Hisdē igit de rebus etiā atq; etiā hortor quib⁹ su-
perioribus litteris hortatus sum: ut in ea rep. quæ-
cunq; est quāprimum uelis esse. Multa uidebis for-
tasse quæ noles: non plura tamen quā audis quoti-
die. Nō ē porro tuū uno sensu solum oculoꝝ moue
ri cū illud idē auribus pcipias: quod ēt maius uidere
solet minus laborare. At tibi ipsi dicendum erit aliqd
quod non sentias: aut faciendum quod non probes:
primū tempori cædere: idē necessitati parere semp
sapientis est habitum. Deinde non habet: ut nunc

quidez est id uitii res:dicere fortasse quæ sentias nõ
licet:tacere plane licet. Epistola.ix. ¶ Sapientis est
carere patria:duri non desiderare.&si rep.non pos-
sis frui:stultum est nolle priuata. Eadez. ¶ Sæpius
mihi ueniebat in mentẽ queri ꝙ ita uiuerem:quam
gaudere ꝙ uiuerẽ. Epistola.xiii. ¶ Non enim igno
ro quã ipudẽter faciã qui tibi primũ tantũ oneris i-
ponã (potest enim denegare occupatio tua) libro
quinto. Epistola.xii. ¶ Qui semel uerecũdiæ fines
transierit:eũ bene & gnauiter oportet esse ipudẽtẽ.
Eadẽ. ¶ Neq; ita feci ut te ad meũ arbitriũ adduce-
rẽ sed tribui tibi tantũ:quãtũ tribuisse nũquã penite
bit. Epistola.xx. ¶ Tibi persuade præter culpam &
peccatũ quo semp caruisti & carebis homini accide-
re nihil posse:quod sit horribile aut pertimescendũ.
Epistola ultima. ¶ Ego quanti te fatiam semperq;
fecerim:quanti me a te fieri intellexerim suz ipse mi
hi testis. libro sexto. Epistola.x. ¶ Est tuæ sapiẽtiæ
magnitudinisq; animi quid amiseris obliuisci : quid
recuperaris cogitare. Viues cũ tuis:uiues nobiscum
plus acquisisti dignitatis:quã amisisti rei familiaris.
Epistola.xi. ¶ In quibus ipse pompeius confiretur
se & operam & oleum perdidisse. libro.vii. Epistola
pria. ¶ Vetus est eni ubi nõ sis qui fueris nõ eẽ cur
uelis uiuere:sed tamen uacare culpa magnũ est sola-
tiũ:præsertim cum habeã duas res quibus me sustẽ-
tẽ optimarũ artium scientiã & maximarum rerum
gloriã:quarũ altera mihi uiuo nũquã eripiet:altera
ne mortuo quidem. Epistola.iii. ¶ Quid agas : qd
constitueris:& ubi sis hyematurus cupio scire. Epi-
stola.ix. ¶ Verũtamen rideamus licet. sum eni a te
inuitatus. Epistola.x. ¶ Sed hæc iocati sum⁹ & tuo
more:& nõ nihil etiam nostro. Epistola.xiiii. ¶ In
equo troiano scis esse in extremo. sero sapiunt phry
ges. Epistola.xvi. ¶ Eum librũ tibi misi Regio scri-
ptũ quã plenissime res illa scribi potuit. Sin tibi q̃dã
uidebũtur obscuriora:cogitare debebis nullã artem
litteris sine iterpte & sine aliqua exercitatiõe percipi
posse. Epistola.xx. ¶ Si ualebis meaq; negocia ui-
debis:meq; diis iuuãtibus añ Brumam expectabis.
B Epistola.xxi. ¶ Luseras heri ĩter scyphos qđ dixerã
cõtrouersiã eẽ:possentne hæres quod furtum ãtea
factũ esset furti recte agere:itaq; & si domũ bene po
tus seroq; redierã tamẽ id caput ubi hæc cõtrouersia
fui notaui & descriptuz tibi misi:ut scires id quod tu
neminẽ sensisse dicebas. Sextũ Eliũ Maniliũ. M. Bru
tũ sensisse. ego tamẽ Sceuolæ te teste assentior. uale.
Epistola.xxiii. ¶ Hæc etiam auditu acerba sunt. ta-
mẽ audite tolerabilius est q̃ uidere. Epistola.xxxi.
¶ Illa q̃uis ridicula essent sicut erant mihi tamen ri
sum nõ mouerunt. Epistola.xxxiii. ¶ Non diu sed
acriter nos tuæ supplicatiões torserũt. Incideram⁹
enim i difficilẽ nodũ. libro.viii. Epistola.v. ¶ Facil-
limũ erit ab eo tibi ipsi ipetrare:& meas tum preces
apud eum nõ minimũ auctoritatis habituras puto.
libro.ix. Epistola.ix. ¶ Extremũ illud est. qđ tu ne-
scio an primũ putes. Plures iã Pauones cõfeci q̃ tu
pullos columbinos. Tu te istic hateriano iure dele-
ctato:ego me hic hirciano. Epistola.xviii. ¶ Non ẽ
ignotus mihi sensus tuus:neq; si facultas optabilis

mihi quidẽ tui præsentis esset unq̃ a tuis cõsiliis dis-
creparẽ:nec nũc cõmittã:ut ullũ factũ meũ iure rep-
hẽdere possis. lib.x. Epl'a.iiii. ¶ Sed nõ possuz nõ
exhorrescere:siqd itra cutẽ subest uulneris qđ prius
nocere potest q̃ sciri curari possit. Epistola.xviii.
¶ Quãtũ aũt i acie tironi sit cõmittẽdum nimiũ sæ
pe exptũ hẽmus. epistola.xxiiii. ¶ Plane beneq; pe
culiatus his rumoribus utrũ gadis referat: an Ro-
mam (ad singulos enim nuntios turpissimum con
silia muta) nõdũ scio. Epistola.xxxii. ¶ Succurret
fortasse hoc loco alicui nostrum:cur nouissimum tẽ
pus expectamus potius:q̃ nunc aliquid moliamur!
quia ubi cõsistamus non habemus. libro.xi. epl'a.i.
¶ Id si ita est omnia faciliora. Sin aliter:magnũ ne
gociũ:cuius exitũ non extimesco:tuæq; partes sũt:
ego plus q̃ feci facere nõ possum:te tamen id quod
spero omnium maximũ & clarissimũ uidere cupio.
Epistola.xiiii. ¶ Hoc cum populus romanus me-
minit teipsum meminisse turpissimum . epl'a. xvi.
¶ Sed imoderate quidã & igrate nostra fœlicitate
abutuntur. ueruz hæc ꝓpediẽ & multa alia coraz. li-
bro.xii. epistola.i. ¶ Sed homo amẽs & perditus
multoq; negor q̃ ille ipse quem tu nequissimum oc-
cisum esse dixisti cædis initiuz quærit. Epistola scđa.
¶ Sed hæc tollerabilia illud non ferendum quidez
est. eadem. ¶ Sed hæc melius ex re & ex tẽpore con
stitues:mihi quidem usq; curæ erit quid agas : dum
quid egeris sciero. Epistola.xix. ¶ Pansa & sentit &
bene loquitur fortiter. Hirtius noster tardius con-
ualescit:quid futurum sit plane nescio. Spes tamẽ ẽ
una aliquando populum Ro. maiorum similem fo
re. epistola.xxii. ¶ Sed ita fato nescio quo cõtigis-
se arbitror:ut tibi ad me ornanduz semper detur fa
cultas:mihi ad numerandum nihil suppetat præter
uoluntatem:ornasti consulatũ. ornasti reditũ meũ.
lib.xv. epistola.xiii. ¶ Sed ea sunt consueta:ut ma-
gis mirꝫ sit accidere illa potuisse:q̃ nos nõ uidisse ea
futura:nec hoies cũ essemus diuinare potuisse. epl'a
.xv. Hæc ex tullio. ¶ Sequũtur nũc similiter ex tul-
lio sine quota epistolaꝝ: eo ꝙ sub breuitate sequen-
tes contexuntur clausulæ. ¶ Longe alia conditiõe
ego sum ac cæteri. Non mehercule erit deprecatio-
nis locus. Vos dormitis neq; hæc adhuc mihi uide-
mini intelligere. ¶ Nostri ualde depugnare & fa-
cile algere & esurire consueuerunt. ¶ Quid faciam
tempori seruiendum est. ¶ Atq; hæc una uox om-
nium est. ¶ Est tamen non alienum a dignitate tua
Sed de his rebus coram plura propediem ut spero,
Sedebamus enim in pupi. Tua me dius fidi⁹ magis
q̃ mea causa cupio. Viribus certandum cum ualen-
tioribus non putaui. Nescis me ab illo omnia expi-
scatum. Sed quid ludimus nescis quo cum imperato
re tibi negocium sit. Non minus posse te q̃ uelle ex-
ploratum mihi est. Si quidem quæ nuntiantur ulla
ex parte sunt uera. Attendere te uolo quæ in mani-
bus sunt. Nec eius quidem rei finem uideo. ¶ Hæc
omnino nobis sunt expedienda. Cætera cuiusmodi
sunt & ex hoc iudica. Sed redeamus illuc unde diuer
timus. Nõ putaui fieri posse ut mihi uerba deessẽt.
Sed uereor ne iam mihi superesse uerba putes quæ

de futura

Intolerabilius nihil eſt q̄ fœmina diues.
Excepit blanda intrantes atq; æra popoſcit
Continueq; iacens conctorum obſorbuit ictus A
Si uerum excutias facies non uxor amatur
Tres rugæ ſubeant & ſeſe cutis arida laxet B
Fiant obſcuri dentes oculiq; minores
Collige ſarcinulas dicet libertus & exi C
Iam grauis es nobis & ſæpe emungeris exi
Otius & propera ſicco uenit altera naſo.
Si tibi ſimplicitas uxoria deditus uni
Eſt animus:ſummitte caput ceruice parata
Ferre iugum:nullam inuenies quæ parcat amanti
Ardeat ipſa licet:tormentis gaudet amantis Et ſpoliis D
Nulla unq̄ de morte hominis cunctatio longa eſt
O demens ita ſeruus homo eſt:nil fecerit eſto.
Hoc uolo ſic iubeo ſit pro ratione uolūtas Imperat ergo uiro
Diſperanda tibi ſalua concordia ſocru E
Illa docet ſpoliis nudi gaudere mariti
Illa docet miſſus a corruptore tabellis
Nil rude nil ſimplex reſcribere.decipit illa F
Cuſtodes:aut ære domat:tunc corpore ſano G
Aduocat archigenem oneroſaq; pallia iactat
Abditus interea latet & ſecretus adulter
Impatienſq; morę pauet & præputia ducit
Nulla fere cauſa eſt in qua non fœmina litem Mouerit
Semper habet lites alternaq; iurgia lectus
In quo nupta iacet & minimum dormitur in illo
Tunc grauis illa uiro tunc orba tigride peior
Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti H
Aut odit pueros aut ficta pellice plorat
Huberibus lachrymis ſemperq; paratis.In ſtatione ſua
Clames licet & mare cœlo
Confundas:homo ſum:nihil eſt audacius illis

Depræhensis.iram atq; animos a crimine summunt
Vt spectet ludos conducit oculnia uestem
Conducit comites:sellam:ceruical:amicas.
Imponit finem sapiens & rebus honestis
I Namq; docta nimis cupit & facunda uideri
Et hinc miseri fiscantur labra mariti
K Ad mœchum lota ueniunt cute:quando uideri
Vult formosa domi:mœchis foliata parantur
Virgine pygmæa nullis adiuta coturnis
L Et leuis erecta consurgit ad oscula planta
Ille petit ueniam quotiens non abstinet uxor
M Concubitu:sacris obseruandisq; diebus
Magnaq; debetur uiolato pœna caduco.
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Vos ego pupilli moneo quibus amplior est res
Custodite animas:& nulli credite mensæ
Minor admiratio summis
Debetur monstris quotiens facit ira nocentem:
Nos tamen hoc agimus tenuiq; in puluere sulcos
Ducimus & littus sterili uersamus aratro
Respicit hoc primum qui litigat an tibi serui
Octo:decem:comites:post te sit sella togati.Ante pedes
N Rara in tenui facundia panno
O Quis color:& quod sit causæ genus:atq; ubi summa
Quæstio quæ ueniant diuersa parte sagittæ
P Nosse uolunt omnes mercedem soluere nemo
Si fortuna uolet fies de rhetore consul:
Q Si uolet hæc eadem fies de consule rhætor.
Fœlix ille tamen coruo quoq; rarior albo
R Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria:nobilitas sola est atq; unica uirtus
S Miserum est alienæ incumbere famæ
Summum crede nephas animam præferre pudori
Et propter uitam uiuendi perdere causas
T Pone iræ fræna modumq;
Pone & auariciæ miserere inopum sociorum
Ossa uides regũ uacuis exuta medullis. Respice qd moneãt
V Curandũ in primis ne magna iniuria fiat (leges
Fortibus & miseris:tollas licet omne quod usquam est
Auri atq; argenti scutum gladiumq; relinques
Et iacula & galeam.spoliatis arma supersunt
X Omne animi uitium tanto conspectius inse.
Crimen habet:quanto maior qui peccat habetur.
Fata regunt homines fatum est in partibus illis
Z Omnibus in rebus numerentur deinde labores
An facile & pronum est agere inter uiscera penem
Legitimum:atq; illic hesternæ occurrere cœnæ
Securus erit minus ille miser qui foderit agrum.Non dominũ.
aa O corydon corydon secretum diuitis ullum
Esse putas.serui ut taceant iumenta loquentur
Et canis & postes & marmora claude fenestras
Vela tegant rimas iunge hostia.tollito lumen
E medio clament omnes.prope nemo recumbat
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi
Proximus ante diem caupo sciet.
bb Viuendum recte tum propter plurima:tum his
Præcipue causis ut linguas mancipiorum.
Contemnas.nam lingua mali pars pessima serui.
A Vtile consilium modo sed commune dedisti:
Nunc mihi quid suades post damnum temporis?& spes
Deceptas.festinat enim decurrere uelox

Flosculus.angustæ miseræq; breuissima uitæ
Portio:dum bibimus:dum serta:unguenta puellas
Poscimus.obrepit non intellecta senectus.
Ratus uenit in cœnacula miles
Cantabit uacuus coram latrone uiator.
Ad generum cereris sine cede ac uulnere pauci B
Descendunt reges & sicca morte tyranni C
Exitus ergo qui est o gloria.
Mors sola fatetur.Quantula sint hominum corpuscula D
Da spacium uitæ multos da iupiter annos E
Hoc recto uultu solum hoc & pallidus optas
Sed quam continuis & quantis longa senectus
Plena malis?deformem & tetrum ante omnia uultum F
Dissimilemq; sui deformem pro cute pellem
Pendentesq; genas & tales aspice rugas
Sed tuus endymion dilectæ fiet adulter G
Matronæ mox cum dederit seruilia nummos
Fiet & illius quam non amat.exuet omnem
Corporis ornatum.quid enim ulla negauerit udis.Inguinib⁹?
Quandoquidem accepto claudenda est ianua damno H
Quippe minuti.Sēper & firmi est animi exiguiq; uoluptas
Vltio continuo sic collige quod uindicta
Nemo magis gaudet q̄ fœmina
Dociles imitandis Turpibus ac prauis omnes sumus.
Crescit amor numi quantum ipsa pecunia crescit K
Terra malos homines nunc educat atq; pusillos L
Ergo deus quoscunq; aspexit ridet & odit.Hæc Iuuenalis.
¶ Quis expediuit psittaco suum chære? M
Picasq; docuit nostra uerba conari?
Magister artis ingeniq; largitor.
Venter negatas artifex sequi uoces. N
O curas hominum o quantum est in rebus inane
Quid faciam?sed sum petulanti splene cachinno.
Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter O
At pulchrum est digito monstrari & dicier hic est
Rides ait & nimis uncis.Naribus indulges.
O lane a tergo quem nulla ciconia pinxit. P
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas Q
Nec linguæ quantum sitiat canis apula tantum
Vos o patritius sanguis quos uiuere fas est
Occipiti ceco posticæ occurrite sannæ.
Non secus ac si oculo rubricam dirigit uno.
Auriculas asini quis non habet?
Eleborum frustra cum iam cutis egra tumebit
Poscentes uideas:uenienti occurrite morbo R
Et quid opus cratero magnos promittere montes.
Discite & o miseri causas cognoscite rerum:
Quid sumus?aut quidnam uicturi gignimur?ordo
Quis datus?aut metæ q̄ molis flexus:& unde
Quis modus argento?quid fas optare:quid asper
Vtile numus habet?patriæ carisq; propinquis
Quantum elargiri deceat:quem te deus esse
Iussit & humana qua parte locatus es in te.
Tange miser uenas & pone in pectore dextram S
Nil calet hic:summosq; pedes attinge manusq;.Non frigent.
Egregium cum me uicina dicat.Non credam.
Respue quod non es:tollat sua munera cerdo T
Tecum habita & noris q̄ sit tibi curta supellex
Vatibus hic mos est centum sibi poscere uoces V
entum hora:& linguas optare in carmine centum
Folle premis uentos nec clauso murmure raucus X

Nescio quid graue tecum cornicaris inepte
Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas
Verba togæ sequeris iunctura callidus acri.
Ore teris modico pallentes radere mores
Doctus & ingenuo culpam defigere ludo
Hic ego centenas ausim deposcere uoces:
Vt quantum mihi te in sinuoso pectore fixi
Voce traham pura totumq; hæc uerba resignent
Quod latet arcana non enarrabile fibra
Y Tecum & enim memini longos consumere soles.
Et tecum primas epulis decerpere noctes
Vnum opus & requiem pariter disponimus ambo.
Atq; uerecunda laxamus seria mensa.
Z Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo
Consentire dies & ab uno sidere duci
Nostra uel æquali suspendit tempora libra
Nescio quod certe est quod me tibi temperet astrum.
aa Mille hominum species & rerum discolor usus
Velle suum cuiq; est nec uoto uiuitur uno
Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti
Rugosum piper & pallentis grana cumini
Hic satur irriguo mauult turgescere somno
Hic campo indulget. hunc alea decoquit ille
In uenerem putris. sed cum lapidosa chiragra
Fregerit articulos ueteris ramalia fagi
Tunc crassos transisse dies lucemq; palustrem
Et sibi iam seri uitam ingemuere relictam
bb Petite hinc iuuenesq; senesq;:
Finem animo certum. miserisq; uiatica canis
Cras hoc fiet. idem cras fiet. quid: quasi magnum
Nempe diem donas. sed cum lux altera uenit
A Iam cras hesternum consumpsimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos & semper paulum erit ultra. Hæc Persius.
B ¶ Acrius inuitos multoq; ferocius urget
Quam qui seruicium ferre fatentur amor. Oui. de fine titulo.
C Tu quoq; non paucos (si te bene nouimus) ures
Tu quoq; præteriens uulnera multa dabis
Non possunt (licet ipse uelis) cessare sagittæ
D Feruida uicino flamma uapore nocet.
Verba superciliis sine uoce loquentia dicam.
E Quæ tu reddideris ego primus pocula sumam
Et qua tu biberis hac ego parte bibam.
F Multa miser timeo quia feci multa proterue:
Exempliq; metu torqueor ipse mei.
G Vir bibat usq; roga precibus tamen oscula desint
Dumq; bibit furtim si potes adde merum
Si bene compositus uino somnoq; iacebit:
Consilium nobis resq; locusq; dabunt.
H Illa uerecundis lux est præbenda puellis:
Qua timidus latebras sperat habere pudor.
I Vt stetit ante occulos posito uelamine nostros
In toto nusq; corpore fæda fuit
Quos humeros. quales uidi tetigiq; lacertos
Forma puellarum q̄ fuit apta premi
Quam castigato planus sub pectore uenter
Quam & quale latus q̄ iuuenile femur.
K Singula quid referam: nil non laudabile uidi
Et nudam pressi corpus adusq; meum.
Cætera quis nescit fessi requieuimus ambo:
Proueniat medii sic mihi sæpe dies.
L Vrbibus obsessis clausæ munimina portæ

Profunt. in media pace quid arma times
Quid facies hosti si sic excludis amantem
Heu melior quanto fors tua forte mea est. M
Nox & amor nunq̄ mihi moderabile suadent N
Illa pudore uacat liber amorq; metu.
Omnia consumpsi nec te precibusq; minisq;. Mouimus
Astitit illa amens albo & sine sanguine uultu O
Exanimes: artus & membra trementia uidi
Suspensæq; diu lachryme fluxere per ora P
Qualiter abiecta de niue manat aqua
At tu ne dubita minuit uindicta dolorem. Q
Quælibet infirmas adiuuat ira manus. R
Tam fœlix esses q̄ formosissima uellem S
Ludunt formosæ casta est quam nemo rogauit.
At si rusticitas non uetat ipsa rogat.
Labitur occulte falliq; uolubilis ætas T
Et celer amissis labitur annus equis
Parcius exigito præcium dum rætia tendis
Ne fugiant: captos legibus ure tuis.
Sæpe simultates ira morata facit.
Nec siquem falles tu periurare timeto. V
Postmodo de stipula grandis aceruus erit.
Non bene si tollas prælia durat amor.
Impia sub dulci melle uenena latent. X
Di tibi dent nudosq; lares inopemq; senectam Y
Et longas hiemes perpetuamq; sitim.
Militat omnis amans & habet sua castra cupido Z
Quæ bello est habilis ueneri quoq; conuenit ætas:
Turpe senex miles turpe senilis amor
Quos petiere duces animos in milite forti:
Hos petit in socio bella puella uiro
Quis nisi uel miles uel amans & frigora noctis
Et denso mixtas perferet imbre niues!
Ille graues urbes: hic duræ limen amicæ
Obsidet hic portas frangit: ac ille fores.
Ergo desidiam quicunq; uocabit amorem
Desinat ingenii est experientis amor.
Inde uides agilem nocturna bella gerentem:
Qui nolet fieri desidiosus amet.
Cur sim mutatus quæris quia munera poscis aa
Hæc te non patitur causa placere mihi.
Stat meretrix certo quouis mercabilis ære bb
Non bene conducti uendunt periuria testes. cc
Gratia pro rebus merito debetur inemptis: dd
Pro male conducto gratia nulla thoro.
Omnia conductor soluit mercede soluta
Nec manet officio debitor ille tuo
Parcite formosæ precium pro nocte pacisci
Non habet euentus sordida præda bonos
Nec tamen indignum est a diuite præmia posci
Munera poscenti quæ dare possit habet:
Carpite de plenis pendentibus uitibus uuas
Præbeat autumni poma benignus ager.
Officium pauper præbeat studiumq; fidemq;
Quicquid habet dominæ conferat omne suæ:
Est quoq; carminibus meritas celebrare puellas
Dos mea: quam uolui nota sit arte mea. ee
Scinduntur uestes gemmæ franguntur & aurum
Carmina quæ tribuent fama perhennis erit.
Non dare. sed precium posci dedignor & odi
Quod nego poscenti desine uelle dabo

A Nunc iuuat in teneris dominæ iacuisse lacertis
Omnia perpeterer sed surgere mane puellas
Quis nisi cui non est ulla puella ferat
Optaui quotiens ne nox mihi cedere uellet.
B Mollierant duras dulcia uerba fores.
At facies teneræ laudata est sæpe puellæ
Quem metuit quisq; perire cupit.
C Vir doluit famæ damna puella tulit
Crede mihi nulli sunt crimina grata marito
Viderit ipse licet credet tamen ille neganti
Damnabitq; oculos & sibi uerba dabit
Aspiciet dominæ lachrymas: plorabit & ipse:
Quid precibus nostris mollius esse potest
D Non caret effectu quod uoluere duo
Centum sunt causæ cur ego semper amem
E Oscula cantanti rapta dedisse uelim.
F Candida me capiet: capiet me flaua puella
Est & in fusco grata colore uenus
Nullus amor tanti est abeas pharetrate cupido.
G Vt mihi sit totiens maxima uoto mori
Fœlix qui quod amat defendere fortiter audet
H Quod decuit reges cur ego turpe putem?
Vt tamen iratos in te defixit ocellos
Vidit te totis erubuisse genis.
I Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Me modo decipiant uoces fallacis amicæ
Sperando certe gaudia magna feram
K Et modo blandicias dicat modo iurgia nectat
Sæpe fruar domina: sæpe repulsus eam.
Fœlix quem Veneris certamina mutua perdunt
Dii faciunt læthi causa sit ista mei.
Vade memor nostri uento reditura secundo
L Anule formosæ digitum uincire puellæ
Inuida formosæ prius tangam ora puellæ
M Verba puellarum foliis leuiora caducis
Irritaq; ut uisum est uentus & aura ferunt.
N Implicuitq; suos circum mea colla lacertos
O Et quæ me perdunt oscula mille dedit
Vincor & ingenium sumptis reuocatur ad armis
P Cui peccare licet peccat minus ipsa potestas:
Semina nequitiæ languidiora facit
Desine (crede mihi) uitia irritare uetando
Obsequio uinces aptius ille tuo.
Q Ingenium quondam fuerat præciosius auro
R Curia pauperibus clausa est dat census honores
Inde grauis iudex inde seuerus eques
Viue pius. moriere pius: cole sacra colentem.
S Rustica nec uacuum pectus amoris habet
T. Non facit ad mores tam bona forma malos.
Facta mouent odium facies exornat amorem. Hæc ex Oui.
V ¶ Nuda ptãs: Armauit fratres pugna est de paupe regno.
X Spes anxia mentem. Extrahit & lõgo cõsumit gaudia uoto
Y Maior & in exiguo regnabat corpore uirtus.
Proh gnara nihil mortalia fati. Corda sui
Exulibus patriaq; fugatis. Nondum læta uenus.
Dabitur mihi crede merentum. Consiliis tranquilla dies.
Pone modum lætis
Z Non parat populus regnum breue.
O ceca nocentum. Consilia. o' semper timidum scelus
aa Fidamq; negant suspecta silentia pacem.

Prona

Prona fides populis deus omnia credere suadet.
Dulce loqui miseris ueteresq; reducere questus.
Dum tempus agit rem. Consulite.
Proh fors & ceca futuri Mens hominum
Subdit amor stimulos & uulnera sanat.
O iuuenes seruate animos auidumq; furorē. Sāguinis aduersi bb
Bellicus ardor. Consiliis obstat prohibetq; tueri
Vtere luce tua longamq; indue famam
Mille modis læthi miseros mors una fatigat. dd
Sed diuum fortia quid non. Tela queant.
Nox fæcunda operum pulchræq; accommoda fraudi ee
Inuidia fata piis & fors ingentibus ausis. Rara comes.
Et prolis amor crudelia pectora uincit.
Necnō ācipitis pugnat sētētia uulgi. discordesq; ferit mot? ff
Fœlix qui tantam lucem mercede reliquit.
Rara dari terrisq; solet contingere uirtus gg
Si pudor est primum miserere tuorum
Hæc pietas hic uerus honos ibi gloria tantum.
Ventosumq; decus tituliq; in morte latentes.
Adde moram celeri & metire quod audes.
Da ueniam afflicto dictis ignosce superbis. hh
Tristes mors obruit iras.
Ite alacres tantæq; precor confidite causæ. Hæc Statius.
¶ Omnibus una comes uirtutibus associatur. ii
Auxiliumq; suum fortis patientia miscet kk
Nulla anceps luctamen init uirtute sine ista
Virtus nam uidua est quam non patientia firmat.
Define grande loqui frangit deus omne superbum ll
Magna cadunt: inflata crepant: tumefacta premuntur.
Disce supercilium deponere disce cauere
Ante pedes foueam quisquis sublime minaris.
Peruulgata uiget nostri sententia christi
Scandere celsa humiles & ad iima redire foraces
Si pœnitet aut nocet error. A
Ne parcit propriis amor immoderatus habendi B
Pignoribus. spoliatq; suos fames inopia natos.
Stāt tuti rōnis ope stāt turbine ab oī. Immunes fortesq; aī.
Nil refert armis contingat palma dolis ue. C
Summa quies nil uelle supra q̄ postulet usus. D
Debitus. ut simplex alimonia uestis & una
Infirmos tegat & recreet mediocriter artus:
Expletumq; modum naturæ non trahat extra
Ingressurus iter: pera ne tollito: ne ue
De tunicæ alterius gestamine prouidus esto
Nec te solicitat res crastina ne cibus aluo E
Deserit redeunt escæ cum sole diurnæ
Nonne uides q; nulla auium cras cogitet ac se
Pascendam præstante deo non anxia credat
Confidunt uolucres uictum non defore uiles
Passeribusq; subest modico uenalibus asse.
Indubitata fides. dominum curare potentem
Ne pereat. tu cura dei faciesq; christi
An dubitas ne te tuus unq̄ deserat autor?
Ne trepidate homines uitæ dator & dator escæ
Quærire luciferum cælesti dogmate pastum
Qui spem multiplicans alit inuiolabilis æui
Corporis immemores memor est qui condidit illud
Suppeditare cibos atq; indiga membra fouere.
Nam pallor in ore. Conscius audacis facti dat signa reatus
Pax plenum uirtutis opus. pax summa laborum F
Pax belli exacti precium est. preciumq; pericli G

Sidera pace uigent consistunt terrea pace
H Nil placitum sine pace deo. non munus ad aram. Prudentius
I ℂ Non est crede mihi sapientis dicere uiuam
K Sera nimis est uita crastina uiue hodie
Sit mihi uera satrix sit non doctissima coniunx
L Sit nox cum somno sit sine lite dies.
Quid non scæua sibi uoluit fortuna licere
M Hominem malignum forsan tu esse credas
N Ego esse miserum credo cui placet nemo.
Crede mihi q̃uis ingentia dones
O Autoris pereunt garrulitate sui:
P Si duri puer ingenii uidetur. præconem facies aut architectũ.
Simpliciter pateat uitium fortasse pusillum est
Q Quod tegitur maius creditur esse nephas.
Impius infando miles corrumpitur auro
Accipe q̃ primum breuis est occasio lucri.
Inferior matrona suo sit prisce marito.
R Non aliter fiunt fœmina uirq; pares.
Principis est uirtus maxima nosse suos.
S Et si non dederis cæsar permitte rogari.
Offendunt nunquam thura præcesq; iouem
Et dominum mundi flectere uota ualent.
T Sit tandem pudor & modus rapinis
V Quid non ingenio uoluit natura licere?
Nunc quem mensa tibi quem cæna parauit amicum
Esse putas fide pectus amicitiæ
X Quis enim damnat sua uota libenter?
Y Quid non longa dies. quid non consumitis anni?
aa Vt captum teneas capto quoq; munera mitte
De cauea fugiat ne male pastus aper
bb Vrere nec miserum cessant suspiria pectus
cc Parce præcor lasso uanosq; remitte labores
Qui tibi non prosunt & mihi galle nocent.
dd Caluo turpius est nihil comato
ee Illa placet tellus in qua res parua beatum
ff Me facit & tenues luxuriantur opes
Ardua res hæc est opibus non tradere mores.
gg Sit pudor & tandem ueri respectus & æqui
Rebus in angustis facile est contemnere uitam
hh Fortiter ille facit qui miser esse potest
Vxor uade foras aut moribus utere nostris
ii Non sum ego nec curius nec numa nec tatius.
Si te delectat grauitas lucretia toto
kk Sis licet usq; die. thaida nocte uolo
Me meus ad subitas inuitet amicus offellas.
ll Hæc mihi quam possum reddere cæna placet.
Nil est deterius latrone nudo.
mm Qui sua metitur pondera ferre potest.
Quid dentem dente iuuabit
nn Rodere carne opus est si satur esse uelis
oo Claudere quæ cænas lactuca solebat auorum
Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes. Valerius. Martialis.
ℂ Heu senibus uitæ portio quanta manet?
Tu me sola tibi subdis miseranda senectus
Cui credit quicquid uincere cuncta potest
Continuos gemitus ægra senectus habet
Stat dubius tremulusq; senex semperq; malorum
Credulus & stultus quæ facit ipse timet.
Laudat præteritos præsentes despicit actus
Sunt sola fortes garrulitate senes
Exultat leuitate puer grauitate senectus

Ipsa etiam ueniens consumit saxa uetustas
Et nullum est quod non tempore cadat opus
Turpe seni uultus nitidi uestesq; decoræ.
Diuersos diuersa iuuant non omnibus horis B
Omnia conueniunt res prius apta nocet.
Est homini uirtus fuluo præciosior auro C
Cuncta trahit secum uertitq; uolubile tempus D
O quam dura premit miseros conditio uitæ
Non mors humano subiacet imperio E
Dulce mori miseris sed mors optata recedit
Sed cum tristis erit præcipitata uenit.
Crimen amare iocos, crimen conuiuia cantus F
O miseri quorum gaudia crimen habent.
Quid mihi diuitiæ quarum si dempseris usum G
Quamuis largus opum semper egenus ero
Deficiunt ualidi longæuo tempore tauri H
Et quondam pulcher fit modo turpis equus
Fracta diu ualidi compescitur ira leonis.
Foelix qui meruit tranquillam ducere uitam I
Et læto stabiles claudere fine dies
Iam nihil est totum quod uiximus omnia secum K
Tempus præteriens horaq; summa trahit.
Ortus cuncta suos repetunt matremq; requirunt L
Sic redit ad nihilum quod nihil ante fuit.
Quod natura negat reddere nemo potest M
Dura satis miseris memoratio prisca bonorum
Obtundunt siquidem curarum pondera sensus N
Non intellecti nulla est curatio morbi. O
Vnguibus & morsu teneri pascuntur amores.
Euentus uarios res noua semper habet. P
Rusticus expertum deflet cecidisse iuuencum. Q
Cum quo consueuit uictor honorat equum.
Castus amor ueneris dicite quando fuit?
O q̃ difficile est abscondere pectoris æstus.
Panditur inclusus sæpius ore furor. R
Omnia nemo pati non omnes omnia possunt
Sub qua discubuit requiescere diligit umbra S
Taurus & amissum quærit ouile pecus
Dulcius in solitis cantat philomela rubetis
Fitq; suum rapidis dulce cubile feris. Hæc Maximianus.
¶ Nam stultum nimis est cum tu prauissima temptes T
Alterius censor ut uitiosa notes
Pauperior caueat sese sociare potenti.
Nanq; fides illi cum parili melior.
Sic mos est hominis quicquid perfecerit ipse V
Vile licet maneat approbat ipse tamen.
Nolo uelis rerum quicq̃ laudare tuarum X
Ni sint alterius ore probata prius
Siqua uirture nites ne despice quenq̃ Y
Ex alia quadam forsitan ille nitet.
Hæc nos dicta manent magnis obsistere rebus Z
Paulatimq; truces exuperare minas.
Nemo suæ laudis nimium lætetur honore aa
Ne uilis factus post sua facta gemat.
Nemo nimis cupide sibi res desideret ullas bb
Nedum plus cupiat perdat & id quod habet.
Neue cito uerbis cuiusquam credito blandis cc
Sed si sint fidei respice quid moneant
Qui bene proloquitur coram sed postea praue dd
Hic erit inuisus bina q; ora gerat
Miramurq; magis quos munera mentis adornant ee

ff Quam qui corporeis emicuere bonis: Hæc Anianus
℄ Nam solet ars dominum sæpe iuuare suum
Ars animos frangit & firmat dirimit urbes
Arte cadunt turres arte leuatur onus.
gg Spes reficit dominum fallit & ipsa suum.
hh Gaudia semper amat & ludicra uerba iuuentus
Est cum lætitia pulchrior omnis homo.
ii Excitat & nutrit facundia dulcis amorem.
kk Credo quod interdum multis mendacia prosunt:
ll Incipe spe melius dedit & dabit omnia tempus.
Non sum qui fueram uix me cognoscere possum:
Verbula mixta iocis iurgia nulla mouent.
mm Sæpius impediunt iustos peccata malorum
Sic nocet alterius non mea culpa mihi.
nn Visus & ars docuit quod sapit omnis homo.
Me subito nimium deus & natura beauit
Nam diues redeo qui miser ante fui:
oo Visu crescit amor omnis decrescit ab usu
Perpetuo lignis crescit crescentibus ignis.
Detrahe ligna foco protinus ignis abest.
pp Prouidet & tribuit deus & labor omnia nobis
Proficit absq; deo nullus in orbe labor.
qq Principium uerbi finem quoq; aspice uerbi
Vt melius possis præmeditata loqui
rr Arbore de dulci dulcia poma cadunt
Demonstrat signis prolem natura frequenter
Sæpe solet similis filius esse patri.
Nostra modo uacuis deducimus ocia uerbis:
ss Ex minima magnus scintilla nascitur ignis.
tt Nam uenit a sola rusticitate pudor.
Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum.
A Multotiens hominum frustratur spesq; laborq;
Mitte quod esse nequit pete quod esse potest.
B Stulte quid insanis cur te dolor urget inanis
Acquirit gemitus præmia nulla tuus.
Terge tuas lachrymas respice quid facias.
C Sæpius exigua dolor ingens labitur hora
D Estq; serena dies post longos gratior imbres
Et post triste malum gratior ipsa salus.
Sic me fortassis falso solamine pascis.
E Solius est proprium scire futura dei.
Sorte sub ambigua spes & labor omnis habetur
F Est mens nostra suis contraria sæpe loquellis
Nec factis sequimur omnia quæ loquimur:
Et scelus immensum si diues fallit egenum.
Pallida furtiuum facies monstrabit amorem.
Læta decet lætis pascere corda iocis.
Conuenit ut quæras nostros quasi nescia casus
Cum res consiliis facta sit ipsa tuis.
Fructibus ipsa suis quæ sit cognoscitur arbor.
Vt grauiter doleant nō pertinet ad sapientes. Pamphilus.
G ℄ Quicquid præcipies esto breuis ut cito dicta
H Percipiant animi dociles teneantq; fideles
Omne superuacuum pleno de pectore manat.
I Nō semp feriet qcūq; minabit arcus. Horati⁹ in arte poetica
K ℄ Quam miserum est odium damnis accedere nostris
L Dulcis amica ueni noctis solacia præstans
Inter aues & enim nulla tui similis
Tu philomela potes uocum discrimina mille
Mille uales uarios rite referre modos.
M Nam quamuis aliæ uolucres modulamina temptent:
Nulla

Nulla poteſt modulos æquiperare tuos
Inſuper eſt auium ſpaciis garrire diurnis
Tu cantare ſimul nocte dieq; potes
Sancta tamen domino depromis munera laudis N
Tu uales fœlix ſeu longo tempore fœnix
Et foueat tellus uelut te pelle uitellus. Oui. de philomela. O
¶ Tota mente deus tota ui cordis ametur. Proſper.
¶ Quo melior cunctis deus eſt plus debet amari. Sapiens. P
¶ Non qualis ſis tu ſed quantus quæritur es tu. ſapi.
¶ Luxuriat animi rebus plerunq; ſecundis.
Nec facile eſt æqua commoda mente pati. Oui. de arte Q
Vt pecudes quo uult trahit impetuoſa uoluntas
¶ Sic homines agitat luxurioſus amor. ſapiens. R
¶ Exemplum nobis præbet formica laboris
Quando ſuo ſolitum portat in hore cibum. Horatius S
¶ Tu quácunq; deus tibi fortunauerit horam.
Grata ſumme manu nec dulcia differ in annũ. Oui. in epiſtolis. T
¶ Omnes uincit opes ſecuram ducere uitam
Pauper ius nihil eſt q̃ miſer opum uſus. Aeſopus. V
¶ Dilige non alta medium tum dilige ſemper. ſapi. X
¶ Rara quidem uirtus quam non fortuna gubernat
Paſſibus ambiguis fortuna uolubilis errat. Oui. de triſtibus.
¶ Ludus fortunæ uariatur imagine lunæ
Creſcit decreſcit in eodem ſiſtere neſcit. ſapiens.
A domino commiſſa tibi bona cuncta memento. ſapiens.
Non habet in nobis iam noua plaga locum. Oui. de ponto.
¶ Poſſe pati facile eſt ſi nõ patientia deſit. Oui. de remedio. Y
¶ Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt. Oui. de pon.
¶ Qui leuiter ſpondet non multum ſoluere curat. ſapiens. aa
¶ Qui ſua dat largo non dat ſed fenerat illi. bb
Sæmina pauca iacit commoda multa metit. ſapiens.
¶ Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo cc
Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat. Oui. de pon.
¶ Credite eunt anni more fluentis aquæ dd
Nec quæ præteriit iterum reuocabitur unda.
Nec quæ prætetiit hora redire poteſt. ee
Vtendum eſt ætate cito pede labitur ætas
Nec bona tam ſequitur q̃ bona prima fuit. Oui. de arte.
¶ Vt flos aut amnis hic mundus dicitur eſſe ff
Omnia prætereunt præter amare deum
Patet in hac urna q; non ſit uita diurna
Et quia non durat miſer eſt qui uiuere curat. ſapiens.
Sæpe creat molles aſpera ſpina roſas. Oui de pon.
¶ Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris. gg
Vicinumq; pecus grandius huber habet. Oui. de arte. hh
¶ Inuidus inuidia comburitur intus & extra
Inuidioſus ego non inuidus eſſe laboro. ſapiens. ii
¶ Quem ſua facta premunt. cur aliena leuat? Aeſopus.
¶ Vno correcto caſtigantur quoq; plures
Sicq; fit in multum ualeat correctio ſemper. Horatius. kk
¶ Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.
Euolat emiſſum ſemel irreuocabile uerbum. Oui. in epiſtolis. ll
Non ſecreta manent quorum fit conſcia turba
Mendaces faciunt ne credam uera loquenti mm
Nam multis iuſtis perfidus unus obeſt
¶ Qui nunq̃ iurat nunq̃ periurus habetur. Sapſ.
¶ Omne gen⁹ peſtis ſuperat mẽs diſſona linguæ. Aeſopus.
¶ Vit plenus fraude permiſcet mella ueneno. nn
Vt ſic decipiat improbo corde nimis. Horatius. oo
¶ Qualem commendas etiam atq; aſpice ne mox pp
Incutient aliena tibi peccata pudorem. Oui. in epiſtolis.

A ¶ Lauda tu parce si non uis uanus haberi
Nam laudans stultus nescit habere modum. Sapiens.
B ¶ Nil melius muliere bona nil inquam mala peius
Omnibus ista bonis præstat & illa malis
Mitior est anguis linguosæ coniugis ira
Qui tenet hanc eius non caret angue sinus
Deterior longe linguosa est fœmina scorto
Præualet in lingua qui non est fortis in armis
Nullus in hac pugna plus meretrice potest
Quem uir amat famulum miror si diligit uxor
C Semper in insidiis hunc timet esse sibi. Sapiens
Miror si mulier præuignum diligit ulla. sapiens
D ¶ Vilescit mulier suspitione cito. sapi.
¶ Scortum uas uile medio capra est quia fetet
Anguis ad extremum quia deuorat omnia demum
E Idcirco digne meretrix est dicta Chimæra. sapiens.
F ¶ Obsequio superant meretrix & prodior omnes. sapi.
G ¶ Est uirtus placitis abstinuisse bonis. Oui. Epistolarum.
H ¶ Non satis est tutum mellitis credere uerbis. Aesopus.
¶ Quisquis non fuerit patiens parendo iubenti
I Imperio nulli præficiendus erit. sapiens.
Deniq; non paruas animo dat gloria uires
Et fœcunda facit pectora laudis amor. Oui. de tristibus
K ¶ Occasum sapiens stultus considerat ortum. sapiens.
L Non semper sacras reddunt oracula sortes. Oui. de pon.
¶ Flecte genu. tunde pectus. nuda caput orans
Hæreat os terræ, mens cœlo. lingua loquatur. sapi.
Fœlicem dicas quem sua terra tenet. Oui. sine titu.
¶ Sæpe locum mutans animum cum re quoq; mutat. sapi.
¶ Fallere qui didicit fallere semper amat. Aesopus.
M ¶ Eximia est uirtus præstare silentia rebus.
Et contra grauis est culpa tacenda loqui. Oui. de arte
N ¶ Gutta cauat lapidē; cōsumitur anulus usu. Oui. de pon.
¶ Gutta cauat lapidem non ui sed sæpe cadendo.
O Ferreus assiduo consumitur anulus usu
Quid magis a saxo durum? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cauantur aquá. Oui. de arte.
P ¶ Artibus ingeniis quæsita est gloria multis. Oui. de pon.
Q ¶ Qui scit laudatur qui nescit uituperatur
Dat galenus opes dat sanctio iustiniana
Ex aliis paleas ex istis collige grana. Horatius.
¶ Fœcundi calices quem non fecere disertum? Oui. episto.
R ¶ Nō miror est uirtus q̄ quærere parta tueri. Oui. de arte.
¶ Aspera uerba mouent animum sed dulcia placāt. sapi.
S Non est conueniens prælatos ecclesiarum
Aut sanctos magna uelle manere domo. Sapi.
T ¶ In precio precium nunc est dat census honores
Census amicitias pauper ubiq; iacet. Ouidius de fastis.
¶ Qui se peccatis gaudet fœliciter uti
Infœlix nimis est prosperitate sua. Prosper.
V ¶ Sit tibi potus aqua. cibus aridus. aspera uestis
Dorso uirga. breuis somnus. durumq; cubile. Sapi.
X ¶ Quamuis non habeas meritorum munera digna
Non sis propterea reddere fessus ea. Sapiens.
Y ¶ Solaciū est miseris socios habere malorū. Oui. epistolaꝝ
Z Munera (crede mihi) capiunt hominesq; deosq;
Placatur donis iupiter ipse datis. Oui. de arte.
aa ¶ Non bene cum sociis regna uenusq; manēt. Oui. de arte.
bb ¶ Non bene conueniunt nec in una sede morantur
Maiestas & amor sceptri grauitate relicta. Oui. maior.
cc ¶ Successore nouo uincit omnis amor. Oui. de remedio.

¶ Nam miranda canunt ſed non credenda poetæ. Cato. dd
¶ Quo quiſq; maior magis eſt placabilis iræ ee
Et faciles motus mens generoſa ſapit. Oui. de triſtibus.
¶ Parcere ſubiectis neſcit iniquus homo Virgilius ff
Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.
¶ Hæc eſt in ſummis gloria ſumma uiris
Subiectis ſemper prodeſſe q̄ preæſſe memento
Nominis eſt aliter gloria uana tui. Sapiens.
¶ Flamma recēs parua ſparſa recedit aqua. Oui. epiſtolaꝝ.
¶ Vtile non rectum cupiunt homines crede gg
Diligitur cenſus ſpernitur ecce deus. Sapiens. hh
¶ Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo. Oui. in epiſtolis.
¶ Mors reſecat mors omne necat quod carne creatur ii
Eſt commune mori mors nulli parcit honori. Sapiens. kk
¶ Principio morbi medicum conducito ſemper. Sapi. ll
¶ Parua necat morſu ſpacioſum uipera taurum
A cane non magno ſæpe tenetur aper. Oui. de remedio.
¶ Cui male feciſti ne te comiſeris illi mm
Prætereunte malo permanet ira mali
¶ Nunq̄ ſpernendos a te tuus eſt inimicus. Sapiens. nn
¶ Leuiter ex merito quicquid patiare ferendum
Quæ uenit indigne pœna dolenda uenit. Oui. epiſtolarum.
¶ Impia pars mundi parti eſt infeſta piorum. Proſper. oo
¶ Copia uerborum eſt ubi non eſt copia ſenſus. Sapi.
¶ Aetas dat uarios cunctis per ſæcula mores.
Nam mens mutatur necnon complexio ſemp. Sapiens.
¶ Alterius uon ſit qui ſuus eſſe poteſt pp
Ditior eſt liber mendicus diuite ſeruo
Non bene pro toto libertas uenditur auro qq
Hoc cæleſte bonum præterit orbis opes æſopus.
¶ Præ cunctis animi libertas eſt ueneranda
Seruitutis onus ſit ſemper deſpiciendus. Sapiens. rr
¶ Prouida mens ſtabilem figit ubiq; gradum. Sapiens.
Nobilis atque potens committit peſſima ſæpe
¶ Pro quibus ſtultus grauia fert populus. Sapiens.
¶ Nam tua res agit paries cū pxim⁹ ardet. Oui. epiſtolaꝝ.
Quid ualet hic mundus, quid gloria quid ue triumphus B
¶ Poſt miſerum fumus puluis & umbra ſumus. Sapiens.
¶ Nam uirtus uidua eſt quam nō patientia firmat. Sapiēs. C
¶ Si quid agas prudenter agas & conſpice finem. æſopus.
¶ Ferre minora uolo ne grauiora feram. æſopus
¶ Accepti memores nos decet eſſe boni. æſopus.
¶ Omni nō credas nō omni tempore prudens. Sapiens.
¶ Sæpe minus faciunt homines qui magna minantur D
Sæpe gerit nimios cauſa puſilla metus. æſopus.
¶ Quod tibi non uis fieri ne feceris ulli.
Quæ tibi fieri uis hoc quoq; fac aliis. Sapiens.
¶ Quod tibi non faceres aliis feciſſe caueto. æſopus.
¶ Quod ſibi quis nollit fieri non inferat ulli. Proſper.
¶ Cum maiore minor contendere deſinat & ſe E
Conſulat & uires temperat ipſe ſuas. æſopus.
¶ Vade uale caue ne titubes mandataq; frangas. Horatius F
Fortes adiuuat ipſa uenus. Tibullus cum ſequentibus G
¶ Celari uult ſua furta uenus
Heu male nunc artes miſeras hæc ſecula tractant H
Iam tener aſſueuit munera uelle puer
Blandiciis uult eſſe locum uenus ipſa quærelis. I
Supplicibus. miſeris. flentibus illa fauet.
Sæpe ego temptaui curas depellere uino K
At dolor in lachrymas uerteret omne merum
Nam donis uincitur omnis amor L

M Munera nec poscas det munera canus amator
Vt foueat molli frigida membra sinu.
N Ah lapis est ferrumq; suam quicunq; puellam. uerberat.
Iuraui quotiens rediturum ad limina nunq̃
Cum bene iuraui pes tamen ipse redit.
O Spes fouet & semper cras fore ait melius
P Somnia fallaci ludunt temeraria nocte
Et pauidas mentes falsa timere iubent.
Q Ah crudele genus nec fidum fœmina nomen
Ah pereat didicit fallere siqua uirum
Sed flecti poterit mens est mutabilis illis.
R Venit post multas una serena dies.
S Fœlix qui cum dolore. Alterius disces posse cauere tuo.
Periuria ridet amantum. Iuppiter.
T Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis
Ipse mihi non si præstabit carmina phœbus
Et tibi qui possit magnis se accingere rebus
V Volgius. æterno propior nō alter homero. Hæc ex Tibullus.
Si memini fuerant tibi quattuor lelia dentes
Expuit una duos tussis & una duos
Iam secura potes totis tussire diebus
X Nil istic quod agat tertia tussis habet. Virgilius in uetulam
Accipe quod pro te lingua animoq; precor
Vt tibi dent annos superi dignissimus æuo es: Hermofrodita.
Vror & occultæ redunt præcordia flammæ
O ego si sileam terq; quaterq; miser.
Y Dulcis amœna fui multis mea facta placebant
Sed præter precium nil mihi dulce fuit.
Diruit hæc eadem quæ me construxerat una
Z Vna meæ uitæ causa nescisq; fuit.
Quid quereris? quid te tanto mœrore fatigas?
Spes mea. blanditiæ. deliciæq; meæ
Quid gemis? & totiens singultus pectora rumpunt
Quid lachrymis totiens lumina mœsta madent?
Sume animos lux nostra animæ pars altera nostræ
Qui uitæ arbitrium mortis & uiuis habes
Sume age. sume animos. o uita dulcior. o mi
Dulcis amor. uita carior ipsa mea
Pone modum lachrymis tantos compescere dolores
Angelma rogat quod rogat obsequere.
aa Ferrea non ego sum neq; sum de tigride nata
Ad placidus sanguis nobile corpus alit
bb Te clari exornant mores te uiuida uirtus
Te decor atq; altæ nobilitatis honos
Et tibi frons læta est & amica uirentibꝰ annis
Ingenuusq; tuo splendor in ore sedet
Illa gerit silices & clauso in pectore ferrum
Quæ talem imprudens nesciat amare uirum.
cc Hoc unum superest ut miseratus amantem
Excipias: nostros in tua iura sinus
Tu me ardere facis tu me languere furentem
Causa meæ uitæ causaq; mortis eris
Tu nostrum sidus tu gloria nostra perennis
Omnia tu nostræ iura salutis habes.
dd Forma fuit teneris semper suspecta puellis
ee Dii te perpetuent cuncta & per secula lætum
Reddant. sint uitæ flammina longa tuæ. Hermofrodita.
Rumor de ueteri faciet uentura timeri
Cras poterunt fieri turpia sicut heri.
Viuit at inuita quia uiuit paupere uita.
Torne putas plagis addere posse magis.

Nemo rebellatur & iuno belligeratur.
Miror φ fit ei mentio nulla mei. In exclamatione troiæ
A Si sapiens uiuas tibi solus commodus extas.
Vis fatuus fieri tibi fers incommoda soli.
Durior immanem succendit sermo furorem
B Mellificat diram responsum mollius iram
Insipiens totum festinat fundere flatum
C Temperat interdum sapiens in tempore motum
Semper solicitus cruciatur suspiciosus
D Qui sibi nil conscit secura mente quiescit
Quod legale uoues uotum ne reddere tardes
Pendere quod nolim promittere qualiter ausim
E Omne nocet nimium mediocriter omne gerendum
. Clauditur ad dandum uola panditur ad capiendum.
F Cum locuplete uiro litem motare caueto
Iure posus eris siqd sophistice q̄ris. Ex pueruiis Solomonis
ℭ Quod prope iacce diem tibi sum conuiua futurus
G Forsitan ignoras at fore ne dubites
H Ergo para cenam non qualem stoicus ambit
Sed lautam sane more curenaico
Nãq; duas mecum florenti ætate puellas
Adducam. quarum balsama cunnus olet.
Vernula sola domi sedeat quam nuper habebas
Si nondum cunnus uepribus horruerit
Sunt qui te insimulent & auari crimen amici
Obiciãt. facito rumor ut iste cadat. Philelphus ad Catonē.

ℭ Hæc sunt quæ tibi ex diuersis dare illustribus autoribus uolui carmina: ut ea tuis epistolarum generib⁹ loco parenthesis: aut alias ut melius cadere uidentur possis appropriare. Nunc autem de epistolarum su- præscriptionibus ut ex rubrica accepisti: q̄ breuiter uidere nostra erit institutio.

SAnctissimo Beatissimo Clementissimo Piissimo. Reuerendissimo. Religiosissimo. Colendissimo. Venerabili. Venerando. Deuotissimo. Benefico. Glorioso. Diuo inclito. incluso. Serenissimo. sacratissimo. christianissimo. inuictissimo. illustrissimo. excellētissimo. Illustri. excelso magnifico. magno potenti. fælici. magnanimo. strenuo oppimo forti. Constantissimo. grauissimo. integerrimo. præstantissimo amplissimo. spectatissimo. spectabili. clarissimo. generoso. insigni. celeberrimo. eximio. egregio sapienti. probatissimo circumspecto honorando. grãdæuo. primario. nobili. Doctissimo. erudito. præclaro. litteratissimo. ingenioso. ingenuo. obsequioso. liberalissimo emendato. moderato. urbano. mansueto. benigno. formoso. prudenti decoro. discreto. prouido. solerti. singulari. præcipuo peritissimo. elegantissimo. facundo. ornatissimo. uirtuoso. officioso splendido. Gratioso amico superiori perlæpido. iucundissimo. suauissimo. humanissimo. optatissimo. festiuo. facetissimo. studioso. honestissimo. dilecto desideratissimo. amãtissimo. charissimo necessario. cōiūctissimo. cordiali intimo. familiarissimo. domestico. peramando honorabili. munifico fideli. prōpto beniuolo. sagaci. constanti. diligentissimo. uigilantissimo. pari sincero. dulcissimo pacifico. affabili. Et multa his similia. Sed nunc huic finē Rubricæ statuo. & ad ultimā in ordine Rubricā quæ de conclusionibus erit Epistolarum accedam.

ℭ Circa artificiosas epistolarum conclusiones Marci Tullii Ciceronis clausulæ incipiunt.

AMe omnia summa in te studia officiaq; expecta non fallam opinionē tuā. libro primo. Epistola quinta. ℭ Tu me de tuis rebus oībus & de lentuli tui nostriq; studiis: exercitationibusq; tuis uelim q̄ familiarissime certiorē & q̄ sæpissime facias existimesq; neminē; cuiq; neq; cariorem neq; iucundiorem unq̄ fuisse q̄ te mihi. Idq; me non modo ut tu sentias: sed ut omnes gentes: etiam ut posteritas oīs intelligat esse facturū. Epistola. x. ℭ Tu uelim ad me de omni reipublicæ statu q̄ diligentissime perscribas Ea. n. certissima putabo quæ ex te cognoro libro secundo. Epistola. xi. ℭ Ego res romanas uehemēter expecto & desidero i primisq; qd agas scire cupio. Nam iamdiu pp hiemis magnitudinem nihil noui ad nos afferrebat. Epistola. xv. ℭ Hæc ad te scripsi liberius fretus cōscientia officii mei beniuolētiæq; quā a me certo iudicio susceptam quoad tu uoles conseruabo. libro. iii. epistola. vi. ℭ Hæc igitur tibi erunt curæ quemadmodum ostendis: meq; totum & mea & meos commendatos habeas. epistola. viii. ℭ Exploratum habeo quicquid nos communi sentētia statuerimus: id omnes homines probaturos. libro quarto. epistola prima. ℭ Sed plura quam statueram. Redeo ergo ad unum illud me tuum esse: fore cum tuis si modo erunt tui si minus me certe in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni amoriq; facturum.

Epistola.viii. ¶ Tum est consulere temporibus. & incolumitati & uitæ & fortunis tuis. Ep'la.ix. ¶ Pu-
taui ea de re te esse admonendum: sed quoniā quod mihi placeret ostendi. Reliqua tu pro tua pruden-
tia considerabis me tamen uelim quo ad tempus te expectemus certiorem facias. Epistola.x. ¶ Tu ue-
ro ut intelligas homini amicissimo te tribuisse offi-
cium: re tibi præstabo. Epistola undecima. ¶ Sed hæc tu melius uel optime omnium: ego quæ perti-
nere ad te intelligam studiosissime omnia diligen-
tissimeq́ curabo: tuorumq́ tristissimo meo tēpore meritorum erga me memoriā conseruabo. Episto-
la. xiii. ¶ Tu uelim & quid agas & quid acturum te putes facias me q̄ diligentissime certiorem. Epi-
stola. xiiii. Quapropter simus eo animo inter nos quo semper fuimus: q̄ de te sperare de me præstare possim. Epistola ultima. ¶ Si poteris uelim pristi-
nam tuam erga me uoluntatem cōserues. lib.v. Epi-
stola.iii. ¶ Tecum te ero tantum quātū patiet̃ utri-
usq́ ætas & ualetudo: & si esse una minus poterim⁹ q̄ uolemus animorum tamen coniunctione iisdēq́ studiis ita fruemur ut nonnunq̄ una esse uideamur. Epistola.xiii. ¶ Tu si quid forte ad me scripseris p-
ficiā. ne te frustra scripsisse arbitrere. Epistola.xvii. ¶ Ego si uidebit̃ recte fieri posse ad te ueniā breui siquid acciderit ut mutandum consiliū sit te certio-
rem faciam statim: tu ita fac cupidus mei uidēdi sis ut istinc te ne moueas tam infirma ualetudine. nisi ex me prius quæsieris per litteras quid te uelim face-
re. Me uelim ut facis diligas ualetudiniq́ tuæ & trā-
quillitati animi seruias. Epistola ultima. ¶ Tu ue-
lim scribas ad me q̄d agas & ubi futurus sis: ut aut quo scribam aut quo ueniā scire possim. lib.vi. Epi-
stola.ii. ¶ Hæc mihi: tu tui: tua omnia maxime cu-
ræ sunt: & dum uiuam erunt. Epistola.iii. ¶ Tu cu-
ra cum fortitudine animi te tum etiam spe optima sustētes. Epistola.vi. ¶ Caue dubites quin omnia de salute tua ac reditu perfecta sint. Epistola.xii. ¶ Hic tui omnes ualent: summaq́ pietate te deside-
rant: & diligunt & colunt. Tu & cura ut ualeas & te istinc ne temere cōmoueas. Ep'la.xx. ¶ Cura igit̃ ut ualeas & me hoc biduo aut triduo expecta. li.vii. Epistola.iiii. ¶ Cura ut ualeas & me ut amas ama. Ego tuas britanicas litteras expecto. Epistola.v. ¶ Quare omnibus de rebus fac ut q̄primū sciam: aut consolando: aut consilio aut te iuuero. Epistola. x. ¶ Scribe aliquando ad nos quid agas & a nobis q̄d fieri aut curari uelis. Epistola.xii. ¶ Tu ad me de istis rebus omnibus scribas uelim q̄ diligentissi-
me. Epistola. xiii. ¶ Te ualde amamus nosq́ a te amari tum uolumus tum etiā cōfidimus. Epistola. xiiii. ¶ Nihil te ad me postea scripsisse demiror p-
sertim tā nouis rebus. Epistola.xix. ¶ Reliquā spē nullā uideo: quare ad patriā redeo: sapienter hæc re-
liquisti si consilio: fæliciter si casu. Epistola.xxix. ¶ Nā est homo non ingratus: meq́ uæhementer obseruat. Ad eum de te diligentissime scripsi: eāq́ epistolam cum hac epistola cōiunxi: q̄ ille cū accepe-
rit: & q̄d tibi pollicit⁹ sit uelim ad me scribas. Episto-
la.xxxi. ¶ Tu uelim posthac sic statuas tuas mihi litteras longissimas quasq́ gratissimas fore. Episto-
la ultima. A te peto ut meas iniurias pinde doleas. ut me existimas & dolere & ulcisci tuas solere. libro. viii. Epistola.vi. ¶ Tu quid sis acturus. & quid tibi placeat pergratū mihi erit si ad me scripseris. libro. ix. Epistola.ii. ¶ Faciā ergo illud quod rogat⁹ sum ut eorū quæ tēporis huius sint quæ tua audiero ne-
quid ignores. Epistola.vi. ¶ Sed tamen si sciam q̄d tu constitueris meum cōsilium accommodabo po-
tissimum ad tuum: quare expecto tuas litteras. Epi-
stola.vii. ¶ Erit tuæ quoq́ fidei & humanitatis cu-
rare ut is tabellari⁹ quem ad te misi reuerti possit ad me: & a te mihi litteras referat. Epistola.ix. ¶ Tu uelim aio sapienti fortiq́ sis ut tua moderatio & gra-
uitas alioꝝ infamet iniuriā. Epistola.xii. ¶ Tu ue-
lim ut scribis cū fabris eam pspicias: si. n. nihil est in parietib⁹ aut in tecto uitii cætera mihi pbabūt̃. Epi-
stola.xv. ¶ Tu tamē pro tua sapiētia debebis opta-
re optima: cogitate difficillima. ferre quæcūq́ erūt. Epistola.xvii. ¶ Me quottidie aliud ex alio ipedit: sed si me expediero ut i ista loca uenire possim: non cōmittā ut te sero a me certiorē factū putes. Episto-
la.xix. ¶ Sed cura si me amas ut ualeas ne ego te ia-
cēte bona tua comedā. Statui eni tibi ne ægroto qui-
dem parcere. Epistola.xx. ¶ Interea q̄ ad dignitatē tuā ptinere arbitrabor studiose diligēterq́ curabo. libro.x. Epistola.iii. ¶ Quod si pinde ut ipse mere-
or mihi successerit: certe & tibi cui maxime cupio & oibus uiris bonis satisfaciā. Epistola.iiii. ¶ In illam igit̃ curā incūbe mi plance ut nequa scintilla teterri-
mi belli relinquat̃: q̄d si erit factum & remp. diuino beneficio affeceris & ipse æternā gloriā cōsequere. Epistola quartadecima. ¶ Fac ualeas: meq́ mutuo diligas: dignitatēq́ meam si mereor tueare: sicut ad-
huc singulari cū beniuolētia fecisti. Epistola decima septima. ¶ Litteras tuas uæhemēter expecto & q-
dem talis qualis maxime opto. Epistola xxii. ¶ Tu ut īstituisti me diligas rogo ppeq́ tuū persuadeas. Epistola.xxiiii. Magnā eni; inuidiā his faciem⁹: nil tamē nō postulandū putaui q̄d æquū esse statuerē. libro.xi. Epistola prima. Cū primū de Antonio ex-
ploratū habuero faciam te certiorē: Tu me amabis ita si hoc idem me in te facere senseris. Epistola.x. ¶ Maliuolentiæ hoīum in me si poteris occurres: si nō poteris hoc cōsolabere q̄ me de statu meo nul-
lis contumeliis deterrere possunt. Ep'la.xi. ¶ Hoc quam uim habeat te existimare malo q̄ me aperti-
us scribere. Epistola.xii. ¶ Ego plusquam feci face-
re non possum te tamen id quod spero omniū ma-
ximum & clarissimū uidere cupio. epistola quarta-
decima. ¶ Plura scribere nō debeo præsertim ad te quo magistro breuitatis uti cogito. epistola quinta-
decima. ¶ Ad has litterras stati; mihi rescribe: tuo-
rumq́ aliquē mitte siquid reconditū magis erit me-
que scire opus esse putaris. epistola uicesima. ¶ Si quid erit occultius & ut scribis reconditū meoꝝ ali-
quē mittā quo fidelius ad te litteræ perferant̃. epi-
stola uicesimaprima. ¶ Ego tuis neq́ desum neq́ deero: qui siue ad me referent siue non: mea tibi ta-
men in te beniuolentia & fides pstabitur. libro.xii. Epistola.ii.

tur ne turpe sit: Aut si turpe ne uideat esse utile. Esse
G enim iusiurandum affirmatio religiosa. Quod autẽ
affirmando quasi deo teste promiseris id seruãdum
est. Non enim falsum iurare peritura est: sed quod
animi tui sententia iuraueris. sicut uerbis cõcipitur
in ore nostro. id non facere periurium est. Nam nul
lum uinculum ad strigendam fidem iureiurãdo no-
stri maiores esse artius uoluerunt. Est autem ius eti-
am bellicum fidesq; iurisiurandi sæpe cum hoste ser
uanda, Non debet ratum esse quod actum est per
uim quasi uero forti uiro uis nõ possit adhiberi. Et
hæc ex libris officiorum: Marci Tullii Ciceronis.

De amicitia. M. T. C. Autoritates incipiunt.

H EXistimare debes hominem oculos in te
esse coniectos: unum te sapientem & ap-
pellant & existimant: non solum natura
& moribus: sed etiam studio & doctrina:
neq; sicuti uulgus sed ut eruditi solent appellant sa-
pientem. hanc esse sapientiã in te existimant: q̃ om
I nia tua in te posita esse ducas: humanosq; casus uir-
tute inferiores putes. Tu autem q̃ mihi tanti attri-
bui dicis: quantũ ego nec agnosco nec postulo facis
amice. Nullo casu arbitror hoc cõstanti homini pos
se cõtingere: ut nulla intermissio fiat officii. Suis in-
cõmodis grauiter angi nõ amicũ. sed seipsum ama-
K ris est. Quod dicam de moribus facillimis. de pieta-
te in matrẽ. liberalitate in sorores. bonitate in suos.
iustitia in omnes. hæc omnia nota sunt nobis. Quã
autem huic ciuitati carus fuit mœrore funeris iudi-
catum est. Quid ergo paucorũ annorũ accessio huic
iuuare potuisset? Quamobrem uita quidem talis fu
it uel fortuna uel gloria ut nihil ultra posset accede
L re moriendi autem sensum celeritas abstulit. Ego
uero uos hortari tantum possum: ut amicitiam om
nibus rebus humanis anteponatis. Nihil est enim
tam naturæ aptum tanq; conueniens ad res uel secũ
das uel aduersas sed hoc in primis censeo nisi inter
bonos amicitiam esse nõ posse. Nos autem ea quæ
sunt in usu uitaq; communi non ea quæ finguntur.
aut optantur spectare debemus. Agamus igit pin-
gui (ut aiunt) minerua. qui ita se gerũt qui ita uiuũt
ut eorũ probetur fides. integritas æquabilitas libera-
litas nec sit in eis ulla cupiditas libido. auaritia: sitq;
magna constantia: hos uiros bonos ut habiti sunt:
sic etiã appellandos putemus qui assequantur quan
tum homines possunt naturam optimã bene uiuẽ-
di ducẽ. Sic enim perspicere uideor mihi ita natos M
esse nos ut inter omnes societas quædam sit maior
autẽ ut quisq; proxime accedit. itaq; ciues potiores
q̃ peregrini propinqui q̃ alieni. cum his enim natu
ra ipsa peperit amicitiam: sed ea satis non habet fir-
mitatis. Namq; hoc præstat amicitia propinquita-
ti: q̃ ex propinquitate beniuolentia tolli potest. ex
amicitia non potest. sublata enim beniuolentia ami
citiæ nomen tollitur. propinquitatis manet. Quan
ta autem uis amicitiæ sit ex hoc intelligi potest ma-
xime: q̃ ex infinita societate humani generis. quam
conciliauit ipsa natura: ita contracta res est in angu-
stumq; deducta: ut omnis caritas aut inter duos aut
paucos cõiungeretur. Est enim amicitia nihil aliud N
nisi omnium diuinarum humanarumq; rerum cũ
beniuolentia & caritate consensio. Qua quidem ha
ud scio an excepta sapientia quicq̃ melius sit homi-
nibus a diis immortalibus datum diuitias alii præ-
ponunt bonam alii ualetudinem. alii potentiam.
alii honores. alii quidem uoluptatis corporis. Be-
luarum hoc quidem extremum est. illa autem supe
riora & caduca & incerta sunt: posita non tam in no
stris consiliis q̃ in fortunæ temeritate. Qui autem
in uirtute summum bonum ponunt: illi quidẽ præ
clare agunt. sed hæc ipsa uirtus amicitiam. & gignit
& cõtinet. quia nec sine uirtute amicitia ullo pacto
esse potest. Tales igitur inter uiros amicitia tantas
oportunitates habet quantas uix queo dicere prin-
cipio qui põt esse uita uitalis. ut ait Ennius qui non
in amici mutua beniuolentia cõquiescat. Quid dul-
cius q̃ habere qui cum omnia audeas sic loqui ut te-
cum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus:
nisi haberes qui illis æque ac tu ipse gauderet. Aduer
sas uero res ferre difficile esset sine illo qui grauius
etiam q̃ tu ferret. Deniq; cæteræ res quæ expetun-
tur oportunæ sunt singulæ rebus fere singulis diui
tiæ ut utare. opes ut colare. honores ut laudare. uo-
luptate ut gaudeas. ualetudo ut dolore careas & mu
neribus fungare corporis. Amicitia res plurimas cõ
tinet quocũq; te uerteris presto est. nullo modo. nullo
loco excluditur. nunq̃ intempestiua. nunq̃ molesta
est. itaq; nõ aqua nõ igne (ut aiunt) locis pluribus
magis utimur q̃ amicitia. Neq; ego de uulgari aut
de mediocri quæ tamẽ & ipsa delectat & prodest: se
de uera & perfecta loquor qualis eorum qui pauci
nominant fuit. Nam & secundas res splendidiores
facit amicitia: & aduersas partiens cõmunicansq; le
uiores. Cũq; plurimas & maximas commoditates
amicitia cõtineat: tamẽ illa nimirũ præstat oibus: q̃
bonam spẽ prælucet in posterũ: nec debilitari animos
aut cadere patitur: uerũ etiã amicũ qui intuet: tanq̃
exẽplar aliquod intuetur sui quocirca & absentes ad-
sunt. & egentes abundant & imbecilles ualent & quod
difficilius est dictu mortui uiuũt. tantus eos honos
memoria desiderium prosequet amicorũ ex quo illo-
rum beata mors uĩ horum uita laudabilis. Quod si
exemeris ex rerũ natura beniuolẽtiæ cõiunctionẽ
nec domus ulla nec urbs stare poterit nec agricultu
ra permanebit. Id si minus intelligitur quãta uis ami-
citiæ cõcordiæq; sit ex dissensionibus atq; discordiis

funditus possit euerti? ex quo quantū boni sit in ami
A citia iudicari potest. Amor. n. ex quo amicitia nomi
nata est priceps est ad beniuolētiā cōiungendā. Nā
utilitates quidē etiā ab his percipiuntur sæpe. qui si
mulatione amicitiæ colunt & obseruant tēporis cā.
B In amicitia autē nihil fictū est nihil simulatum & qc
quid est id uerum est & uoluntariū. Quapropter a
natura mihi uidet potius q̄ ab indigētia orta amici
tia applicatione magis animi cū quodam sensu amā
di q̄ cogitatione quantū illa res utalitatis esset habi
tura. Quod quidem quale sit etiā in bestii quibusdā
animaduerti pōt quæ ex se nitos ita amāt ad tēpus:
ab eisq; amant: ut facile earū sensus appareat qd in
hoie est multo euidentius primū ex ea caritate quæ
est inter natos & parētes quæ dirimi nisi detestabili
scelere nō pōt deinde cōsimilis sensus extitit amo
ris si aliquē nacti sumus cujus & moribus & natura
cōgruamus: itaq; in eo quasi lumē aliquod probita
C tis & uirtutis ꝑspicere uideamur. Nihil eni est uirtu
te amabilius nihil qd magis alliceat ad diligēdum:
quippe cū propter uirturē & ꝓbitatē etiā eos quos
nunq̄ uidimus quodāmodo diligamus. Quod si tā
ta uis ꝓbitatis est: ut eā uel eos quos nunq̄ uidimus
uel quod magis est etiā in hoste diligamus quid mi
rū est si animi hoium moueāt cū eorū quibus cū usu
coniuncti esse possunt uirtutē & ꝓbitatē cōspicere
uideant quanq̄ cōfirmat amor & beneficio accepto
& studio ꝑspecto. & cōsuetudine adiūcta quibus re
bus ad illū primū motum animi & amoris adhibitis
admirabilis quædā exardescit beniuolētiæ magnitu
do: quā siqui putāt ab ībecillitate ꝓficisci: ut res sit p
quā assequat quod qsq; desiderat: humile sane relin
quūt & minime generosum (ut ita dicā) ortū amici
D tiæ quā ex inopia atq; indigētia natā uolunt. Vt eni
bñfici liberalesq; sumus nō ut exigamus grām (neq;
eni beneficiū fœneramur) sed natura ꝓpēsi ad libe
ralitatē sumus: sic amicitiam nō spe mercedis addu
cti: sed ꝙ eius ois fructus in ipso amore inest expetē
dam putamus. Nā si utilitas amicitiā cōglutinaret
E eadē cōmutata dissolueret. Sed quiā natura mutari
nō pōt: idcirco ueræ amicitiæ sempiternæ sunt. Sci
pio nihil difficilius esse dicebat q̄ amicitiā usq; ad ex
tremū uitæ diem permanere. Mutari etiā mores ho
minū sæpe dicebat: alias ex diuersis rebus: alias ætate
ingrauescēte: atq; earū reꝝ exēplū ex similitudine in
euntis ætatis capiebat: ꝙ summi pueroꝝ amores sæ
F pe una cū prætexta uel toga deponerent. Si naūr lō
gius in adolescētiā ꝑduxissent dirimi tamē interdū
cōtētione uel luxuriæ. uel cōditionis uel cōmodi ali
cuius. ꝙ idē adipisci uterq; nō posset. Quod siqui lō
gius in amicitia ꝓuecti essent tamē sæpe labefectari
si in honoris cōtentionē incidissent pestē eni nullam
maiorē esse in amicitiis q̄ in plerisq; pecuniæ cupidi
tatē in optimis qbusq; honoris certamē & gloriæ ex
quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos ex
titisse: magna etiā dissidia & plerūq; iusta nasci dice
bar. Cū aliquid ab amicis quod rectū nō esset postu
laret: ut aut libidinis ministri aut adiutores essent ad
iniuriā: quod qui recusarēt q̄uis honesto id facerent:
ius tamē amicitiæ deserere arguerentur ab his quibus
obsequi nollēt. Illos aūt qui qduis ab amico audirēt
postulare postulatione ipsa profiteri oia se amici cā
esse facturos eorū querela inueterata: non modo fa
miliaritates extingui solere: sed etiā odia gigni sem
piterna itē dicebat scipio. Nulla eni excusatio pecca G
ti si amici causa peccaueris. Nā cū conciliatrix amici
tiæ uirtutis opinio fuerit difficile est amicitias ꝑma
nere si a uirtute deflexeris. Quod si rectū statuerim⁹
uel cōcedere amicis quicquid uelint: uel īpetrare ab
his quicquid uelimus: ꝑfecta quidē sapientia sumus
si nihil habeat res uitii. Hæc igit in amicitia lex san
ctiat: ut neq; rogemus res turpes: neq; faciamus ro
gati. Turpis eni excusatio est & minime accipienda
cum in cæteris peccatis. Tum siquis contra remp. se H
amici causa fecisse fateatur. Mihi non minori curæ
est qualis respublica post mortē meam futura sit: q̄
qualis sit hodie. Hæc igitur prima lex in amicitia san I
ctiat, ut ab amicis honesta petamus: & amicorū cau
sa honesta faciamus: nec expectemus quidē dum ro
gemur. studium semper assit. conctatio absit. consili
um uerum dare gaudeamus libere. Plurimū in ami
citia amicorum bene suadentiū ualet autoritas: eaq;
adhibeat admonēdum non modo aperte sed etiam
acriter si res postulabit: & adhibitæ pareatur. Solem
enim e mundo tollere uidentur qui amicitiam de ui
ta tollunt: qua nihil a diis immortalibus melius ha
bemus nihil iucundius. Videas rebus iniustis iustos
maximo dolore, imbecillibus fortes. flagiciosis mo
destos. ergo hoc proprium est animi bene constitu
ti & lætari bonis rebus & dolere contrariis. Quam
obrem si cadit in sapientem animi dolor qui profe
cto cadit nisi ex eius animo extirpetur humanitatē
arbitramur. qui causa est cur amicitiam funditus tol
lamus e uita: ne aliquas propter eam suscipiamus
molestias. Quid enim tam absurdum est q̄ delectari K
multis rebus inanibus: ut honore. ut gloria. ut edifi
cio. ut uestitu cultuq; corporis. animo autem uirtu
te prædito: atq; eo uel qui amare: uel (ut ita dicam)
remeari possit non admodum delectari. Nihil est L
enim remuneratione beniuolētiæ. nihil uicissitudi
ne studiorū officiorumq; iucūdius. quod si etiā illud
addimus quod recte addi potest: nihil esse quod ad
rē se ullā tam alliceat & tā attrahat: q̄ ad amicitiā si
militudo. Conceditur profecto uerū esse ut bonos M
boni diligāt accersentq; sibi quasi propinquitate cō
iunctos atq; natura. Nam quis est (proh deorū atq; N
hominū fidem) qui uelit ut neq; diligat quenq̄: neq;
ipse diligat ab ullo: circūfluere oibus copiis: atq; in
omni rerū abūdantia pauperrime uiuere. hæc enim
est tirānorū uita: in qua nulla fides: nulla caritas. nul
la stabilis potest esse beniuolentiæ fiducia. oia sem
per suspecta atq; solicita sunt. nullus amicitiæ locus.
Quis enim aut eū diligat quē metuat aut eū a quo
se metui putat? Coluntur tamē simulatione dūtaxat
ad tēpus. Quod si forte (ut fit plerūq;) ceciderint:
tū intelligūt q̄ fuerint inopes amicoꝝ. Nō solum ip
sa fortuna ceca est: sed eos etiam plerūq; cecos efficit
quos cōplexa est. Itaq; illi efferuntur fere fastidio &
contumacia: nec quicq̄ insipiente fortunato intolle
rabilius fieri potest. Quid autē stultius q̄ cū pluri
nis copiis

nis copiis facultatibus opibus possint cætera parare
quæ parantur pecunia equos. famulos. uestẽ egre-
giam uasa praeciosa. Amicos uero parare optimam
& pulcherrimã uitæ (ut ita dicã) supellectilẽ. Etenĩ
cætera cũ parant cum parantur nesciũt: nec cuius cau-
sa laborant. Eius enim est istorũ quod que qui uincit
uiribus. Amicitiæ sua cuiq; pmanet stabilis & fir-
ma possessio: ut etiã si illa manẽt quæ sunt quasi do-
na fortunæ: tamen uita inculta & deserta ab amicis
O nõ possit esse iucũda. Quã multa. n. quæ nostri cau-
sa nunq̃ faceremus amicoꝝ causa facimus. præcari
pro amico indigno. supplicare. tum in aliquẽ acer-
bius inuehi. insectariq; uahemẽtius: quæ in nostris
rebus nõ satis honeste: in amicorum sunt honestissi-
mæ. Multæq; sunt res in quibus de suis cõmodis ui-
ri boni multa detrahunt detrahiq; patiuntur. ut hi
P amici potiusq̃ ipsi fruantur. Beniuolentiã ciuiũ blã
ditiis & assentãdo colligere turpe est. uirtus quã se-
quitur caritas minime repudianda est. Sunt igit̃ fir
mi & stabiles & constantes eligendi quos ad amiciti
am idoneos iudicamus: cuius generis est magna pe
nuria: & iudicare difficile est sane nisi prius sit exper
tum. Experiendũ est autem in ipsa amicitia ita præ
currit amicitia iudicium tollitq; experiendi potesta
Q tem. Vbi eos inueniemus qui honores. magistratus:
imperia. potestates. opes amicitiæ. nõ anteponãt:
ut cum ex altera parte proposita hæc sint. ex altera
uis amicitiæ non multi illa malint? Imbecilla est enĩ
natura ad contemnendum potentiam. Vbi enim
istum inuenies qui honorem amici anteponat suo?
Itaq; ueræ amicitiæ difficillime reperiuntur in his
qui in honoribus reipublicæ uersantur. Qui omni
R in re grauem. Constantẽ stabilẽ se in amicitia præ-
stiterit: hunc maxime ex raro hominem genere de-
bemus iudicare & pene diuino. Firmamentum au-
tem stabilitatis constantiæq; eius quam in amicitia
quærimus fides est. Nihil enim stabile quod infidũ
A est. Simplicem præterea & cõmunem & consentiẽ-
tem id est qui rebus eisdem moueatur eligi par est:
quæ oĩa ptinẽt ad fidelitatẽ. Neq;. n. fidum põt esse.
multiplex igenuũ & tortuosum. Neq; uero qui nõ
eisdem rebus mouetur naturæq; cõsentit aut stabi-
lis aut fidus esse põt. Addẽdũ eodẽ est ut ne crimini
bus aut inferẽdis delectet̃ amicus: aut credat obla-
tis: quæ oĩa ptinẽt ad eã quã dudũ tracto cõstantiã.
ita fit ue᷑ illud quod dicit̃ amicitiã nisi inter bonos
B esse nõ posse. Est enĩ boni uiri quẽ eundẽ sapientẽ li
cet dicere hæc duo tenere in amicitia. primũ ne qd
C fictum sit ne ue simulatum. Appetere enim amare
uel odisse magis ingenuũ est q̃ fronte occultare sen
tentiã. deinde non solũ illatas ab aliquo criminatio-
nes repellere: sed ne ipsum quidẽ esse suspiciosum
semp aliqd existimantẽ ab amico fuisse uiolatũ. Ac
cedat huc suauitas quædã sermonũ oportet atq; mo
rum haud quoquã mediocre cõdimentũ amicitiæ.
Tristitia quidẽ & in omni re seueritas habẽt illa qui
dẽ grauitatẽ: sed amicitia remissior esse debet & libe
rior & dulcior. & ad oẽm comitatẽ facultatẽq; pro-
D cliuior. Non enĩ debẽt esse amicitiaꝝ sicut aliarũ re-
rum societates. Veterrima quæq; ut uina quæ uetu-
statem ferunt esse debent suauissima. Verũ illud est
quod dicit̃ multos modios salis simul edendos esse
ut amicitiæ munus expleat̃. Nouitates autẽ si spẽ os-
ferant ut tanq̃ in herbis non fallacibus fructus ap-
pareat: non sunt ille quidẽ repudiãdæ. Vetustas ta-
mẽ suo loco conseruãda est. Maxima enĩ uis est uetu
statis & cõsuetudinis atq; i ipso equo si nulla res ipe
diat nemo est qui nõ eo quo cõsueuit libẽtius utat̃
q̃ itacto & nouo. Nec uero in hoc qd est animal: sed
in his etiã quæ sunt inanimata consuetudo ualet cũ
locis ipsis delectemur montuosis & siluestribus in
quibus diutius cõmorati sumus. Sed maximũ est in
amicitia superiorẽ esse parẽ iferiori. Fructus enĩ in- F
genii & uirtutis oĩsq; præstãtiæ tum maximus capi
tur cũ in proximũ quenq; cõfert̃. Vt igit̃ hi qui sunt
in amicitiæ coniũctionisq; necessitudine superiores
exequare se cũ iferioribus debẽt. sic iferiores non do
lere se a suis amicis aut ingenio. aut fortuna. aut di-
gnitate superari. Odiosum sane genus hominũ offi G
cia exprobãtiũ quæ meminisse debet is poti⁹ in quẽ
collata sunt non cõmemorare qui cõtulit. Dispares H
mores dispaia studia sequũtur quorum dissimilitu
do separat amicitias. nec ob aliam causam ullam bo
ni improbis. improbi bonis amici esse non possunt
nisi q̃ tanta est inter eos quanta maxime potest esse
morũ studiorũq; distantia. In omni re cõsiderandũ I
est & quid postules ab amico & quid patiare a te im
petrari. Nihil est enĩ turpius q̃ cũ eo bellum gerere
qui cum familiariter uixeris. Quãobrem primũ dã
da est opera ne qua amicoꝝ dessidia fiant: sin q; etiã ca
uendũ est ne in graues inimicitias amicitiæ se cõuer
tant: ex quibus iurgia. maledicta. contumeliæq; gi-
gnunt̃: quæ tamẽ si tolerabiles fuerint ferendæ erũt
& is honos ueteri amicitiæ tribuẽdus est: ut is culpa
sit qui faciat non is qui patiatur iniuriam. Omnino
oium uitiorũ horũ atq; incõmodorũ una cautio est.
atq; una puisio: ut ne nimis cito diligere incipiant:
ne ue non dignos. digni autẽ amicitia sunt quibus
in ipsis inest causa cur diligant̃. Rarũ genus equidẽ.
oia præclara rara: nec quicq̃ difficilius q̃ reperire qd
sit ex oi parte in suo genere pfectũ. Sed pleriq; neq;
in rebus humanis quicq̃ bonũ norũt nisi qd fructuo
sum est: & amicos tanq̃ pecudes eos potissimũ dili-
gunt: a qbus sperãt se maximos fructus esse captu-
ros. Itaq; pulcherrima illa & naturali maxime carẽt
amicitia per se & ꝓpter se expetẽda nec ipsi sibi exẽ-
plo sunt. Verus igit̃ amicus nunq̃ reperitur. Est enĩ-
is quidã tanq̃ alter idẽ: qui & seipse diligat & alterũ
acqrat cuius animũ ita cũ suo misceat: ut efficiat pe-
ne unũ ex duobus. Sed pleriq; peruerse ne dicã ipu-
dẽter talẽ amicũ uolunt quales ipsi esse nõ possunt:
quæq; ipsi nõ tribuũt amicis: hæc ab ipsis desiderãt.
Par est aũt. primũ ipsum esse uirũ bonũ tũ alterũ si-
milem sui quærere. In talibus enĩ stabilitas amicitiæ
cõfirmari põt. cũ homines beniuolentia cõiũcti pri
mũ cupiditatibus his qbus cæteri seruiũt iperabũt.
deinde æquitate iustitiaq; gaudebũt. oiaq; alter pro
altero suscipiet: nec quicq̃ unq̃ nisi honestum & re-
ctum alter ab altero postulabit: neq; solũ colent in-
ter se ac diligẽt sed etiam uerebũtur. Nã maximum

ornamentum amicitiæ tollit. qui ex ea tollit nerecũ
diã. itaq; perniciosus error est in his qui existimauit
libidinũ peccatorũq; omniũ patere in amicitia licen
tiam. Virtutũ amicitia adiutrix a natura data est nõ
uitiorũ comes: ut quoniã solitaria non possit uirtus
ad ea quæ summa sunt peruenire: coniuncta & con/
K sociata cum altera perueniret. Cũ iudicaueris dilige
re oportet non cũ dilexeris iudicare. Multi diuitias
despiciũt quos paruo cõtẽtos tenuis uictus cultusq;
delectat. honores uero quorũ cupiditate quidam in
flamant q̃ multi ita cõtemnũt ut nihil mius nihil es
L se leuius existimẽt. Itẽq; cætera quæ quibusdam ad
mirabilia uident. ꝓmulti suos qui pro nihilo putẽt.
de amicitia oẽs ad unũ idẽ sentiunt. & hi qui ad rẽp.
se cõtulerunt. & hi qui in rerũ cognitiõe doctrinaq;
delectant: & hi qui suũ negociũ gerũt ociosi. postre-
mo hi qui se totos uoluptatibus tradiderũt sine ami
citia uitam esse nullã sentiunt. si modo aliqua uelint
ex parte liberaliter uiuere. Serpit. n. nescio q̃o per
omniũ uitas amicitia: nec ullã ætatis degendæ ratio
nem patit expertẽ esse sui. quin etiã si asperitate ea
est aliquis inhumanitate naturæ ut egressus hoium
fugiat atq; oderit tamẽ his pati nõ posset quin no-
scet aliquẽ apud quẽ spiritũ suæ acerbitatis euome-
M ret. Natura nihil solitariũ amat. Est. n. uarius & mul
tiplex usus amicitiæ: multæq; causæ suspitionũ of-
fensionũq; dant: quas tũ euitare: tũ eleuare: tũ uelle
fere sapiẽtis est. Vna illa subleuãda est offensio: ut &
N utilitas in amicitia & fides retineat. Nã & monendi
amici sæpe sunt & obiurgãdi: & hæc accipiẽda sunt
amice cũ beniuole fiunt. Sed nescio q̃o uerũ est ꝙ
O in Andria meus familiaris dixit. Obsequiũ amicos
ueritas odiũ parit. Molesta est. n. ueritas si quidẽ ex
ea nascat odiũ ꝙ est uenenũ amicitiæ: sed obsequiũ
multo molestius ꝙ peccatis indulgẽs præcipitẽ ani
mũ ferri finit: maxima aũt culpa in eo qui & uerita-
tem aspernat & in fraudẽ obsequio ipellit. Ois igi-
tur hac in re habẽda est rõ & diligẽtia. primũ ut mo/
nitio acerbitate: deinde obiurgatio cõtumelia care-
at. In obsequio aũt cõitas adsit assentatio uitiorum ad
iutrix ꝓcul amoueat quæ nõ mõ amico. sed ne libe/
P ro qdẽ digna est. Aliter. n. cũ tirãno aliter cũ amico
uiuit. Cui⁹ autẽ aures ueritate clausæ sunt: ut ab ami
co neq; audire nequeãt: huius salus desperanda est.
Scitũ est. n. illud prouerbiũ catonis: multo melius
acerbos inimicos de quibusdam mereri: q̃ eos ami-
eos qui dulces uideantur. Illos uerũ sæpe dicere hos
nunq̃. atq; illud absurdũ est. ꝙ dũ monent eã mole/
stiã quã debent capere nõ capiunt eã capiunt qua de
bent uacare. peccasse eni se nõ anguntur: obiurgari
moleste ferunt: ꝙ cõtra oporteret. ut igit & mone-
re & moneri ꝓprium est uere amicitiæ: & quidẽ al-
terũ libere facere nõ aspere: alterũ patiẽter accipere
nõ repugnãter: sic habẽdũ est nullã in amicitiis pe-
stem esse maiorẽ q̃ adulationẽ blãditiã & assentatio
Q nem. Cũ aũt omniũ rerũ simulatio uitiosa est (tollit
eni iudiciũ ueri idq; adulterat) tum amicitiæ repu-
gnãt maxime (delet eni ueritatẽ sine qua nomẽ ami
citiæ manere nõ potest). Nam cum amicitiæ uis sit
in eo ut unus quasi animus fiat ex pluribus. qui id

fieri poterit si nõ in unoquoq; quidẽ unus animus
erit idemq; semper: sed uarius cõmutabilis & multi
plex. Quid enim potest esse tam flexibile tamq; de-
uium q̃ animus eius qui ad alterius non modo sen-
sum atq; uoluntatem sed etiam uultum atq; nutum
conuertitur. Negat quis ego ait & aio. postremo
imperari egomet mihi omnia assentari. ut Teren. R
ait. Secerni autẽ blãdus amicus a uero & inter nosci
tam potest adhibita diligentia q̃ omnia fugata & si
mulata a sinceris atq; ueris. Assentatio q̃q̃ pernicio S
sa fit. nocere tamen nemini potest nisi ei qui eam re
cipit atq; in illa delectatur. Virtute. n. ipsa non tam
multi prædici esse quam uideri uolunt. Hos dele-
ctat assentatio: Is fictus ad eorum uoluntatem ser/
mo cum adhibetur. orationem illam uanam testi-
monium esse laudum suarum putant. Nulla est igi-
tur hæc amicitia cum alter uerum audire non uult
alter ad mentiendum paratus est. Nec parasitorum
nobis assentatio in comœdiis faceta commendare/
tur nisi essent milites gloriosi. Semper enim auget
assentator id ꝙ is ad cuius uoluntatẽ dicit uult esse
magnũ. Quãobrẽ q̃q̃ ista blanda uanitas apud eos
ualeat qui ipsi illã allectãt & inuitãt. tamẽ etiã gra-
uiores cõstãtioresq; admonendi sunt ut aiaduertãt
ne callida assentatione capiãtur. Aperte eni adulãtẽ
nemo nõ uidet nisi qui admodũ est excors. Callidus
ille & occultus adulator ne se insinuet studiose cauẽ-
dũ est. nec. n. facile agnoscit. qppe qui etiã assen-
tãdo sæpe aduersetur. & litigare se simulãs blãdiat.
atq; ad extremũ det manus uinciq; se patiat. ut is q
illusus sit plus uicisse uideat. Quid aũt turpius q̃ il- A
ludi: ꝙ ne accidat magis cauẽdũ est. Virtus & cõcili
at amicitias & cõseruat. In ea est. n. rerũ & morũ cõ
uenientia. in ea est stabilitas. in ea constantia: quæ cũ
se extulit & ostendit suũ lumẽ. & idẽ asperit & agno
uit in alio: ad id se admouet: uicissimq; accipit illud
ꝙ in altero est: ex quo exardescit siue amor siue ami-
citia. Vtrũq; enim ab amando dictũ est. Amare eni B
nihil est aliud nisi eum ipsum diligere quẽ amas nul
la indigentia nulla utilitate quæsita: hac nos adole-
scentes. beniuolentia senes diliximus. hæc etiam ma
gis elucet inter æquales. Sed quoniam res humanæ
fragiles caducæq; sunt semper aliqui acquirẽdi sunt
uere quos diligamus & a quibus diligamur. Carita
te enim beniuolentiaq; sublata: omnis est e uita su-
blata iucunditas. Omnia breuia tolerabilia esse de-
bent etiam si magna sint. Vos autem hortor ut ita C
uirtutem locetis: sine qua amicitia esse non potest.
ut ea excepta nihil amicitia præstabilius putetis: Et
hæc sufficiant de amicitia.

¶ De senectute Marci Tullii Ciceronis autorita-
tes Incipiunt.

NVnq̃ satis digne laudari philosophia po D
terit cui qui pareat oẽ tẽpus ætatis suæ si
ne molestia possit degere. Quibus. n. ni-
hil est in ipsis operis ad bene beateq; ui-
uendũ: his ois ætas grauis est. Qui aũt oia bona a se E
ipsis petũt his nihil põt malũ uideri ꝙ naturæ ne-
cessitas afferat: quo in genere in primis est senectus
q̃ ut adipiscant oẽs optãt: eãdẽ accusãt adeptã. tãta ẽ
incõstantia

incõstantia stultitia atq; puersitas. Obrepe quidẽ eã
aiũt: & citius q̃ putauissent. Pares cũ paribus ueteri
puerbio facillime cõgregant. Moderati.n. & nõ dif
ficiles nec inhumani senes tolerabilẽ agũt senectutẽ.
Im portunitas aũt & ĩhumanitas oi ætati molesta ẽ.
Propter opes & copiã & dignitatẽ tollerabiliorẽ se
nectutẽ uideri aiũt nõnulli. Neq;.n. in sũma inopia
leuis esse senectus põt: nec sapiẽti qdẽ: nec insipiẽti se
nectus ĩ sũma quoq; copia nõ grauis. Aptissima oĩo
sunt arma senectutis artes.s. exercitatiõesq; uirtutũ
quæ in oi ætate cultæ cũ diu multũq; uixeris mirifi
cos efferũt fructus: nõ solũ q̃a nunq̃ deserũt: ne in ex
tremo qdẽ ætatis tpe: q̃q̃ id quidẽ maximũ est. Veruʒ
etiã quia cõsciẽtia bene actæ uitæ multorũq; bene
F ficiorũ recordatio iucundissima est. Nõ oẽs possunt
esse scipiones aut maximi ut urbiũ expugnatores:
ut pedestres nauales ue pugnas ut bella a se gesta ut
triũphos recordenẽ. Est etiã quiete & pure atq; ele
ganter actæ ætatis placida ac leuis senectus: qualẽ ac
cepimus platonis: qui uno & octuagesimo anno scri
bẽs mortuus est. Qualẽ Isocratis qui eum librũ qui
panatheicus ĩscribitur quarto & nonagesimo anno
scripsit: se dicit: uixitq; quinqueñiũ postea: cuius ma
gister Leõtinus gorgias cẽtum & septẽ compleuit
annos: neq; unq̃ in studio suo atq; opere cessauit.
Qui cum ex eo quæreret cur tamdiu uellet esse in ui
ta. Nihil habeo inquit q̃ accusem senectutẽ. Præcla
rum responsum & docto homine dignũ. Sua.n. ui
tia insipiẽtes & culpam suã in senectutẽ conferunt.
Ennius iam annos septuagita natus ita ferebat duo
quæ putantur maxima onera paupertatẽ & senectu
G tem: ut eis pene delectari uidetur. Et enim cũ com
plector animo quattuor causas reperio cur senectus
misera uideaẽ. Vnã q̃ auocet a rebus gerẽdis: alterã
q̃ corpus faciat infirmius tertiã q̃ priuet fere oibus
uoluptatibus. quartã q̃ haud procul absit a morte.
A rebus gerẽdis senectus abstrahit: a quibus? an his
quæ geruñẽ in iuuẽtute & uiribus? nullæ ne igiẽ res
sunt seniles: quales infirmis corporibus aio tamẽ ad
ministrarent. Nihil igiẽ afferũt qui in re gerẽda ces
sare senectutẽ negant: similes sunt ut si qui guberna
torem in nauigãdo nihil agere dicant: cũ alii malos
scãdunt: alii per foros cursent: alii sentinã exhauriãt.
ille autẽ manu clauũ tenẽs sedeat quietus in pup pi.
Non facit ea quæ iuuenes: at uero multa maiora &
meliora facit. Non uiribus aut uelocitate aut celeri
tate corporũ res magnæ geruntur: sed cõsilio auto
ritate sententia: quibus non modo orbari sed etiã au
H geri senectus solet. Nã manet memoria senibus mo
do permaneat studiũ & industria. Memoria.n. mi
I nuitur nisi eam exerceas. Nemo est tam senex qui se
annũ non putet uiuere posse: sed iidẽ in his elaborãt
quæ sciunt oino nihil ad se pertinere. serũt arbores
quæ alteri seculo prosunt: ut ait statius noster in se
nephæbis. Edepol senectus si nihil aliud quicq uitii
apportes tecũ cũ aduenis. Vnum id satis est q̃ diu
uiuẽdo multa quæ nõ uult uidet. Vt.n. adolescẽtibꝰ
bona ĩdole pditis sapiẽtes senes delectanẽ: leuiorq;
fit senectus eorũ qui a iuuentute coluntẽ & diligunẽ.
sic adolescẽtes senũ pceptis gaudẽt q̃bus iuuenes ad

uirtutũ studia ducunẽ. Solonẽ uersibus gloriantẽ ui
dimus: qui se quottidie aliquid addiscentẽ dicit senẽ
fieri. Nec nũc quidẽ uires (is.n. erat locus alter de ui
tiis senectutis) plus q̃ adolescens uires tauri aut ele
phãtis desideraba. quicqd est eo uti decet: & quicqd
agas agere pro uiribus. Nec ulli bonaꝝ artiũ magi K
stri nõ beati putãdi quis cõsueuerunt uires atq; defe
cerunt: & si ipsa ista defectio uiriũ adolescẽtiæ uitii
sæpius efficit q̃ senectutis. libidinosa & eni & intẽpe
rans adolescẽtia effœtũ corpus tradit senectuti. Cur L
sus ẽ certus ætatis & una uia naturæ: ea quæ simplex
suaq; ppria. Cuiq; parti tẽpestiuitas est data: ut est
infirmitas pueroꝝ: & ferocitas iuuenũ: & grauitas
iã cõstãtis ætatis: sic & senectutis maturitas natura
le sibi qdẽ habet q̃ suo tpe pcipi debeat. Põt exerci
tatio & tẽperantia etiã in senectute cõseruare aliqd
pristini roboris. Nõ sunt in senectute uires: nec po M
stulant quidẽ uires a senectute. Ergo & legibus scri
ptis & istitutis uacat ætas senũ: & muneribꝰ his quæ
possunt sine uiribus sustineri. Itaq; nõ mõ q̃ nõ pos
sumus sed ne quãtũ possumus quidẽ cogimur. Atq;
ita multi sunt ĩbecilles senes ut nullũ officium oino
aut munus exequi possint: at id quidẽ nõ ppriũ est
uitiũ senectutis: sed cõe inualetudinis & senectutis.
Quid miꝝ igiẽ in senibus si infirmi sint aliquãdo: cũ N
id nec adolescẽtes quidẽ effugere possint. Resistẽdũ
senectuti est eiusq; uitia diligẽtia compẽsanda sunt.
pugnãdũ nãq; sicut cõtra morbũ sic cõtra senectutẽ
habẽda est ratio ualetudinis. exercitationibus uten
dũ modicis. tãtũ cibi & potõis adhibẽdũ ut reficiã
tur uires nõ opprimãtur: nec uero corpori solũ sub
ueniẽdũ est. sed etiã mẽti atq; aio multo magis: Nã
hæc quoq; nisi tanq̃ limini oleũ instillaris extingun
tur senectute. & corpora quidẽ defatigatione exer
citationẽ ĩgrauescũt. ai aũt se exercẽdo leuanẽ. Seni
lis ista stultitia quæ deliratõ appellari solet senũ leui
um est nõ oium. Nã quattuor filios robustos & q̃t O
tuor filias: tãtã domũ: & tãtas cliẽtelas Appius re
gebat & senex & cecus. Intẽtũ.n. aim tanq̃ arcũ hẽ
bat. nec lãguescẽs succũbebat senectuti. Tenebat nõ
solũ autoritatẽ sed ipiũ ĩ suos: metuebãt serui. ueue
rebãt liberi. eam oẽs hẽbãt. uigebat ĩ ea domo mors
prius & disciplina. Itaq; senectꝰ honesta ẽ si ipsã de
fendit. si ius suũ retinet. si sine uitio. si nulli mãcipa
ta ẽ. si usq; ad extremũ spũm dñaẽ in suos. Vt.n. ado
lescẽtẽ ĩ quo senile aliqd: sic senẽ ĩ quo aliqd adolescẽ
tiæ sit pbo. q̃ qui sequeẽ senex esse corpe poterit: aio
nũq̃ erit. Hæ sunt exercitatiões igenii hæc mẽtis cur P
ricula ĩ his deludãs atq; laborãs corpis uires nõ ma
gnope desiderat: neq; itelligit bñ obrepat senectus.
Senectutẽ uitupãt qdã (& hæc qdẽ tertia obiurgatõ
senectutis) q̃ eã carere dicũt uoluptatibꝰ. sed o pcla
rum munus ætatis siqd id aufert nobis q̃ ẽ in adole
scẽtia uitiosissimũ. Archyta.n. tarẽtinus nullã capi
taliorẽ pestẽ q̃ uoluptatẽ corpis hoĩbus dicebat a na
tura datã. cuius uoluptatibus auidæ libidines teme
ratiæ & effrenatæ ad potiẽdũ icitarẽt. Hinc priæ p
ditiones. hinc reꝝ publicaꝝ euersiões: hic cũ hosti
bus clãdestina colloquia nasci dicebat. Nullũ deniq;
scelus. nullũ facin us malũ esse: ad q̃ suscipiendum

non libido uoluptatis īpelleret. Stupra uero & adul
teria & oē tale flagitiū nullis aliis illecebris īcitari ni
si uoluptatibus. Cūq; hōi siue natura siue q̄s deus
nihil mente p̄stabilius dedisset: huic diuino muneri
ac dono nihil esse tā inimicū q̄ uoluptatē. Neq; eni
libidine dominātē tēperantiæ locum esse. neq; oīno
in uoluptatis regno uirtutē posse cōsistere. Quod
quo magis ītelligi posset. fingi aio iubebat tāta īci
tatū aliquē uoluptate corporis quāta percipi posset
maxima nemini cēsebat fore dubiū quin tādiu dum
ita gauderet nihil agitare mente: nihil rōne: nihil co
gitatione cōsequi posset. Quocirca nihil esse tā de te
stabile tāq; pestiferū q̄ uoluptatē. si q̄dē ea cū maior
esset atq; longior oē ai lumē extingueret. īpedit aūt
cōsiliū uoluptas rōni inimica. ac mētis (ut ita dicā)
p̄stringit oculos: nec habet ullum cū uirtute cōmer
ciū. Quorsum igit̄ tā multa de uoluptate: quia non
mō uituperatio ulla: sed etiā sūma laus senectutis est:
q̄ eas uoluptates nullas magnopere desiderat & ca
ret epulis. extructisq; mēsis & frequētibus poculis.
A Caret ergo uiolētia crudelitate & īsomniis. Quanq̄
aūt īmoderatis caret epulis senectus: modicis tamē
conuiuiis delectari pōt. Neq; ipsoꝝ conuiuioꝝ de
lectationē uoluptatibus corporis magis q̄ cetu ami
coꝝ & sermonibus metiri debemus. Si senectus nō
habet aliq̄d tanq̄ pabulum studii atq; doctrinæ nihil
est ociosa senectute iucundius. Quæ sunt igit̄ epula
rum aut ludoꝝ aut scortorū uoluptates cū his uolu
ptatibus cōparādæ. atq; hæc q̄dē studia doctrinæ: q̄
prudētibus & bene īstitutis pariter cum ætate crescūt.
B qua uoluptate ani nulla certe maior esse pōt. Volu
ptates agricolarū q̄bus maxime delector nulla īpedi
unt̄ senectute: & mihi ad sapientis uitā p̄xime uiden
tur accedere. habēt. n. rōnē cum terra quæ nunq̄ sine
usura reddit q̄ accepit. q̄q̄ me q̄dē non fructus mō
sed etiā ipsius terræ uis ac natura delectat. Neq; ue
ro segetibus solū & pratis & uinetis & arbustis res
rusticæ letæ sunt. Sed ortis etiā & pomariis: tū pecu
dū pastu. tū apum examibus & florū oium uarieta
te. Agro nāq; bene culto nihil pōt nec usu esse hube
rius. nec specie ornatius nec natura pulchri⁹ ad quē
fruēdū nō mō retardat. uerū etiā īuitat atq; oblectat
senectus. Mea q̄dē snīa haud scio an ulla uita possit
esse beatior. Neq; solū q̄dē officio hominū cultura
agroꝝ est salutaris. sed delectatione & saturitate co
piaq; reꝝ oium q̄ ad uitā hominū ad cultū etiā deo
rū p̄tinēt. hac igit̄ fortuna senibus frui licet: nec eos
īpedit quo minus & cæteraꝝ reꝝ studia teneāt usq;
C ad tp̄s ultimū senectutis. Curio ad focū sedēti ma
gnū auri pondus samnites cū attulissent repudiati
sunt. Non. n. auꝝ habere p̄clarū dixit sibi uideri: sed
aurū habentibus īperare: poterat ne tantus animus
D iucundā nō efficere senectutē? Extrema ætas hoc bea
tior est q̄ media. q̄ autoritatis habeat plus minus ue
E laboris. Apex est aūt senectutis autoritas. habet præ
sertim senectus honorata tantā autoritatē ut ea plu
ris sit q̄ oēs adolescētiæ uoluptates. Sed in oi oratio
ne mementote me eā senectutē laudare quæ funda
mētis adolescētiæ cōstituta sit. Ex quo illud efficitur
miserā esse senectutē quæ se orōne defendit. Nō ca
ni non rugæ repēte autoritatē eripere possunt: sed
honeste acta supior ætas fruct⁹ capit autoritatis ex
tremos. hæc. n. ipsa sunt honorabiliora quæ uident̄
leuia atq; cōia. s. salutari. appeti decedi. assurgi. dedu
ci. reduci. consuli. q̄ & apud nos & in aliis ciuitatib⁹:
ut quæq; res optimæ morata est: ita diligentissime
obseruat̄. In fragili corpore odiosa ois offensio est:
Vt. n. nō oē uinum: sic nō ois ætas naturæ uetustate
coacescit. Auaricia senilis q̄d sibi uelit nō intelligo. F
Pōt. n. q̄cq̄ esse absurdius: q̄ quo minus uiæ restat:
eo plus uiatici quærere. Quarta restat causa quæ ma
xime augere atq; solicitā habere nostrā ætatē uidet̄
appropinquatio mortis quæ senectute nō pōt lon
ge abesse. O miserū senē qui mortē cōtēnendā esse G
in tā longa ætate nō uiderit. quæ aut plane negligē
da est si extinguit oīno animū: aut etiā optāda mul
to magis si aliquo eū deducit ubi sit futur⁹ æternus:
atq; certe tertiū nihil inueniri pōt. Quid igit̄ timeā
si aut nō miser post mortē aut beat⁹ etiā futur⁹ sim.
Quanq̄ q̄s est tā stultus tā sui fidens: q̄uis adolescēs
cui sit exploratū se ad uesperū esse uicturū: quin etiā
ætas illa multo plures q̄ nostra mortis casus habet
facilius in morbus īcidūt adolescētes grauius ægro
tant. tristius curant̄. Itaq; p̄pauci ueniūt ad senectu
tem q̄ accideret si melius & prudentius uiuerent.
Mens eni & ratio & cōsiliū in senibus est. Omni in
quit scipio ætati mortē esse cōem. At sperat adole
scens diu se esse uicturū quod sperare idē senex non
pōt? insipiēter sperat. Quid. n. stultius q̄ incerta p̄
certis habere falsa pro ueris. At senex ne q̄dē habet
q̄ speret? at est eo meliore cōditione q̄ adolescēs cū
id quod ille sperat sit cōsecutus: ille uult cui diu uiue
re hic diu uixit: q̄q̄ q̄d ū boni q̄d est in uita hominis
diu? Mihi quidē nec diuturnū quicq̄ uidet̄ in quo est H
aliquod extremū cū. n. id aduenit cū illud q̄ præte
riit effluxit. tantū remanet quantū uirtute & bene
factis cōsecutus sis. Horæ quidē cedūt & dies & mē
ses & anni: nec p̄teritū tēpus unq̄ reuertit̄ nec quid
sequatur sciri pōt. q̄ cuiq; temporis ad uiuendū da
tur eo debet esse contentus. Breue. n. tempus æta I
tis satis longū est ad bene honesteq; uiuendū. Sin p̄
cesseris longius non magis dolēdum q̄ agricolæ do
lent præterita uerni temporis suauitate. æstatē au
tūnumq; uenisse: Ver. n. tanq̄ adolescentiam signifi
cat ostenditq; fructus futuros. Reliqua autē tempo
ra de metendis fructibus & p̄cipiendis accōmoda
ta sunt. fructus autem senectutis est ante partorum
bonoꝝ copia & memoria. Oia uero quæ secūdū na
turā fiunt sunt habēda in bonis: q̄ est autē tam secū
dum naturā q̄ senibus emori q̄ idē contingit ado
lescētibus aduersāte ac repugnāte natura. Itaq; ado
lescentes mori sic uidentur ut cum aquæ multitudi
ne flāme uis opprimit̄. Senes autē sic cū sua sponte
nulla ui adhibita consumptus ignis extinguitur. Et
quasi poma ex arboribus cruda si sint ui auelluntur:
si matura & decocta decidunt: sic uitam adolescen
tibus uis aufert: senibus maturitas: quæ iā tā iucun
da est quo propius ad mortē accedam quasi terram
uideri uidear. & aliquando in portū ex longa naui
gatione uenturus. Senectutis autē nullus certus est
terminus

terminus recteq́ in ea utitur: quo ad munus officii
exequi possis & tueri: & tuto mortē contemnere ex
quo fit aut animosior etiā sit senectus q̄ adolescētia
K & fortior. Sed uiuendi est finis optimus: cū integra
mente certisq́ sensibus opus ipsa suū eadēq́ conglu
tinauit natura dissoluit: ut nauem & edificiū facilli/
me idē destruit: qui construxit: sic hominē eadē opti
me quæ cōposuit natura dissolui. Iā omnis conglu-
tinatio recens ægre inueterata facillime dissoluitur.
Ita fit ut facile illud breue uitæ reliquū nec auide ap
petendum senibus nec sine causa differendū sit. Ve-
tatq́ pythagoras in iussu imperatoris hoc est dei de
L præsidio & statione uitæ discedere. Solonis quidem
sapientis eulogiū est quo se negat uelle suam mortē
dolere amicorū & lamētis uacare. Sed haud scio an
melius Ennius Nemo me lachrimis decoret neq́ fu
nera fletu faxit. non censet lugendam esse mortem
quam imortalis consequatur. Hoc præmeditatum
ab adolescētia debet esse mortē ut negligamus: sine
qua meditatione trāquillo esse animo nemo potest.
Moriendū.n. certū est & incertum. an hoc ipso die.
Mortē igitur horis singulis impēdentē metuēs qs
M poterit aīo securo consistere. Dum sumus inclusi in
his cōpagibus corporis munere quodam necessita/
tis & graui opere pfungimur. Est.n. cælestis animus
ex altissimo domicilio depræssus & quasi demersus
in terram: obtinens diuinæ naturæ locum æternita-
tiq́ contrarium. Sed credo deos immortales sparsis-
se aīos in corpora humana: ut essent qui terras tuerē
tur: quiq́ cælestium ordinem contemplaures imita
rent eum: uitæ modo atq́ cōstātia. Nec me ratio im
pulit ut uita crederē sed disputatio etiā & autoritas
ueterū & nobiliū philosophorū: & ī primis. Pytha-
goræ qui ex uniuersa mēte diuina delibatos nos ani
mos hēre demōstrauit. Præterea socratis q suprēmo
uitæ die de īmortalitate aīorū disseruit. Quid multa
sic p suasi mihi sic sentio cū tāta celebritas animorū sit
tanta memoria præteritorū, futurorūq́ prudentia:
tot artes. tantæ scientiæ. tot inuenta. non posse eam
naturā quæ res tātas cōtineret esse mortalem. Plato
etiā noster apud xenophontem moriens hæc dixit.
Nolite arbitrari o mihi carissimi filii cū a uobis di-
cessero me nusq̄ aut nullū fore. Nec.n. dū erā uobi-
scū cū uidebatis animū qui hos artus regebat: sed es
se eum in hoc corpore ex his rebus quas gerebā in-
telligebatis: eūdem igitur esse creditote etiā si nullū
uidebitis. Mihi quidē persuaderi nunq̄ poterat ani/
mos dū in corporibus essent mortalibus uiuere cū
exissent ex eis mori. Nec uero eum animum esse in-
sipientē cū ex insipienti corpore euasisset: sed cum
admixtione corporis liberatus purus integer ne es-
se cæpisset tūc eē sapientē: atq́ etiā cū natura homi-
nis morte dissoluit̄ cæterarū rerū perspiciū est nosse
quo quæq́ discedāt. Abeunt.n. illuc omnia unde or
ta sunt. Animus aūt solus. nec cū adest nec cū disce/
dit apparet iam uero uidetis nihil eē morti similius
q̄ somnū: atq́ dormiētiū animi maxime declarāt di-
uinitatē suā. Ex quo intelligitur facile quales futuri
sint cum se plane uinculis corporū relaxauerint. Nō
eni multi præstātes uiri quos enumerare nō est ne-
cesse tanta essent conati quæ ad posteritatis memo-
riā ptinerent nisi iudicassent animos Imortales post
defunctū corpus existere. Non ne melius multo fu/
isset ociosam ætatē & quietā sine ullo labore maxi-
mo & cōtentione traducere: Quod quidē nisi ita ha
beret ut animi imortales essent: non optimi cuiusq́
animus maxime at imortalitatis gloriā niteretur.
Quid q́ sapientissimus quisq́ æqssimo animo mo-
rit̄ stultissimus iniquissimo. Nōne uidetur uobis is
qui plus cernit & longius uideat nosse se ad meliora
proficisci: Ille aūt cui mens sui obtusior nō uidere.
Nō libet.n. mihi deplorare uitā q́ multi indocti sæ
pe fecerūt neq́ me uixisse poenitet quoniā ita uixi.
ut nō frustra me natū existimē: & e uita ita discedo
tanq̄ ex hospitio non tanq̄ e domo. cōmorādi.n. na
tura diuersoriū nobis nō habitādi dedit. O præclarū
diē cū ad illud diuinorū aīorum cōciliū cetumq́ pro
ficiscar. Et siquis deus mihi largiatur ut ex hac æta-
te repueriscam. nec uero uelim quasi decurso spacio
a calce iterum reuocari. Quid eni habet uita cōmo-
di: q́ non potius laboris. Leuis est senectus nec so-
lum non molesta sed etiam iucunda. Quod si nō su-
mus imortales futuri: tamen extingui homini suo
tempore optabile est. Nam habet natura ut aliarū
omnium rerum sic uiuendi modum. Senectus autē
ætatis est pactio tanq̄ fabulæ. cuius defatigationem
fugere debemus præsertim adiūcta sacietate. Et hæc
de senectute ad quam utinam perueniamus. Vt ea
quæ dicta sunt re experti probare possimus.

¶ De paradoxis. M. T. C. autoritates incipiunt.

Nihil est tā icredibile qd̄ nō dicēdo fiat pba A
bile. Nihil tā horridū nihil tam incultum
q́ nō splēdescat oratione. Nunq̄ hercule B
ego neq́ pecunias. neq́ facta magnifica.
neq́ opes: neq́ imperia. neq́ uoluptates in bonis re
bus expetēdis esse duxi. Pōt ne bonū cuiq́ malo eē,
aut pōt esse qsq̄ in habūdātia bonorū ipse esse nō bo
nus. Irrideat siqs uult. plus apud me uera ratio uale
bit q̄ uulgi opinio. Neq́ ego unq̄ dicā illū bona per C
didisse siqs pecus aut suppellectilē amiserit. Nec nō
sæpe laudabo illū sapiētē biātem cuius cū patriā ple
nā cæpisset hostis. cæteriq́ ita fugerent ut multa de
suis rebus secū apportarēt: cū esset amonitus a quo-
dā ut ipse idē faceret. Ego uero inquit facio. Nā oīa
mea mecū porto ille hæc ludibria fortunæ nec sua q
dem putauit quæ nos etiā appellamus bona. Quid
est igitur quæret aliquis bonum: siquid recte fit & D
honeste & cum uirtute id solum opinor bonum. Il-
lud arte quidem tenent accurateq́ defendunt. uolu-
ptatem esse summū bonum: quæ quidem mihi uox
pecudū uidetur esse nō hoīum. Tu cū tibi siue deus
siue mater (ut ita dicā) oīum rerum natura dederit
aīum quo nihil præstantius neq́ diuinius: sic te ipse
abiicies atq́ psternes ut nihil inter te & quadrupe-
dē putes iteresse. Vt.n. qsq́ maxime ē boni pnceps:
ita & laudabilis maxime. Neq́.n. ē ullū bonū de quo
is qui id hēat honeste nō possunt gloriari: Quidnā
hotū est in uoluptate! meliorem ne efficit: aut lauda
biliorem uirū an quisq̄ in potiundis uoluptatibus
gloriando in prædicatione se efferet. Atq́ si uolu-

tas quæ plurimoꝝ patrocinìis defendiť modo in re
bus bonis habēda nō est. eaq; maior ē eo magis mē
tem ex sua sede & statu dimouet: ꝑfecto nihil est ali
ud bene & beate uiuere. nisi honeste & recte uiuere.
Nemo pōt nō beatissimus esse qui est aptus totus
ex sese: qq; in se uno sua ponit oīa: cui spes oīs & ra-
tio & cogitatio pēdet ex fortuna: huic nihil pōt esse
certi nihilq; ꝙ exploratū habeat ꝑmansurū sibi unū
F diē. Mors terribilis his quorū cum uita omnia extin
guuntur nō his quorū emori laus nō potest. Exili-
um aūt his quibus quasi circūscriptus est habitandi
locus. nō his qui oēm orbē terrarū unā urbē esse di
cunt. Vt peccata nō rerū euentu sed uitiis hominū
metiēda sunt. Quæ uis est. n. quæ magis arceat ho-
mines ab omni ꝓbitate q̄ si senserint nullū esse inde
lictis discrimē. Modum rerū fingere nō possumus:
animoꝝ modū tenere possumus. Nihil neq; meū ē
neq; cuiuspiam ꝙ auferri. quod eripi. ꝙ amitti pōt.
G Quomodo igitur & cui tādē hic libero iperabit qui
non pōt suis cupiditatibus imperare. Refrenet pri
mū libidines. spernat uoluptates. iracundiā teneat.
coerceat auaritiam. & cæteras animi labes repellat.
Tunc incipiet aliis impare cū ipse iprobissimis do-
nis. dedecori. aut turpitudini parere desierit: dū qui
dē ita obediet. nō mō iperator sed liber oīno haben
dus nō erit. Dictū ab eruditissimis nisi sapientē libe
rū esse neminē. Quid est. n. libertas nisi potestas ui-
uēdi ut uelis? Quis igiť uiuit ut uult nisi qui recta se
quiť: qui gaudet officiis. cui uiuendi uia considerata
atq; prouisa est qui legibus quidē nō ꝑpter metum
paret sed eas sequiť. atq; tollit id quod salutare maxi
me iudicat esse. Qui nihil facit. nihil dicit. nihil co-
gitet deniq; nisi libenter ac libere: cuius oia consilia
resq; oēs quas gerit ab ipso ꝓficiscanť eodemq; fe-
runť. Nec est ulla res quæ plus apud eū polleat q̄ ip
sius uoluntas atq; iudiciū: cui etiā quæ uim maximā
habere dr̄ fortuna cedit ipsa. Sicut sapiēs dicit poe-
ta. suis q̄sq; fungiť moribus. Soli igiť hoc cōtingit
sapienti: ut nihil faciat inuitus. nihil dolens. nihil co
H actus. Vnde illud breue cōfitēdū est nisi qui ita affe-
ctus sit esse liberū neminē. Serui igiť iprobi oēs: nec
hoc tam re est q̄ dictu inopinatū atq; mirabile. Non
eni ita dicūt eos esse seruos ut mācipia quæ sunt do
minorū facta nexu aut aliquo iure ciuili: sed sic ser-
uitus sit sicut est obediētia fracti animi atq; abiecti
& arbitrio carentis suo. Quis neget licet reges oēs
leues: oēs cupidos. oēs deniq; iprobos esse seruos?
An ille mihi liber uideť: cui mulier imperat. cui le-
ges imponit. præscribit. uetat. iubet ꝙ uideť: qui ni
hil iperāti negare pōt. nihil recusare audet: si poscit
dandū est. si uocat ueniēdū est. eiicit abeundū. mina
tur extimescendū. Ego uero nō istū mō seruū sed ne
quissimū seruū etiā si in amplissima familia natus sit
appellandū puto: An etiam eorū seruitus dubia est
qui peculii cupiditate nullam cōditionem recusant.
durissime seruitutis? hæreditatis spes quid iniquita-
tis inseruiēdo non suscipitur? quem nutum locuple
tis orbi senis non obseruat? loquitur ad eius uolun-
tatem quicq̄d denunciatum sit. facit. assentatur. assi
det. inuitat. Quid horū est liberi? quid deniq; serui
non inertis? Quid iam illa cupiditas quæ uidetur es
se liberalior honoris & imperii ꝓuinciarū q̄ dura est
domina. q̄ iperiosa. q̄ uæhemēs. Iudex uero quantū
habet dominatum. quo timore nocentes afficit: an
nō est oīs metus seruitus. oīs animi debilitas. & hu-
milis & fracti timiditas seruitus est. Nihil quisq̄ de- I
bet nisi ꝙ est turpe nō reddere. Quē. n. intelligimus
diuitem: at hoc uerbum in quo homine ponimus?
opinor in eo cui tanta possessio est ut ad liberaliter
uiuendū facile cōtentus sit. Qui nihil quærat. nihil
appetat. nihil optet amplius. animus oportet tuus
se iudicet diuitē: nō hominū sermo. neq; possessio-
nis tuæ: qui nihil deesse sibi putet. nihil curet amplì-
us sacietas est. aut cōtentus etiam pecunia concedo
diues est. Sin autē ꝑpter auiditatē pecuniæ: nullum
quæstū turpem putas: cū isti ordini ne honestus qui
dem possit esse ullus. si quottidie fraudas. decipis.
poscis. pacisceris aufers. rapis. si socios spolias: æra-
riū expillas. si testamēta amicorū expectas. quidem
atq; teipse supponis. hæc utrū abūdātis an egētis si-
gna sunt? Animus hoīs diues nō arca appellari solet
q̄uis illa sit plena: dum te inanem uidebo: diuitem
nō putabo. Et enim ex eo quātum cui q̄ satis est me
tiūtur homines diuitiarū modū. filiā quis habet pe
cunia opus est. duas maiore. si plures maiore etiam:
At si ut aiūt danai qnquagita sint filiæ abcuitot do-
tes: magnam quærūt pecuniā. quantū. n. cuiq̄ opus
est ad id accōmodatur ut ante diti diuitiarum mo-
dus. Qui igiť nō filias plures sed innumerabiles cupi
ditates habet. quæ breui tempore magnas copias
exhaurire possit. hūc ego quādo appellabo diuitē cū
ipse egere se sentiat. Et. n. diuitiarū fructus in copia
est copiā aūt declarat sacietas rerum atq; abūdātia.
Quis igitur? siquidem ut quisq; ꝙ plurimi sit possi-
deat: ita ditissimus sit habēdus. dubitet quin in uir-
tute diuitiæ sint: quoniā nulla possessio nulla uis au-
ri & argēti pluris q̄ uirtus æstimāda est. O dii immor A
tales nō intelligunt homines q̄ magnū uectigal sit
parsimonia. Vter igiť est ditior? cui deest an cui su-
perat? qui eget an qui abūdat? cui possessio quo ma-
ior est eo plus requirit ad se tuēdam an qui suis uiri-
bus se sustinet? Nō æstimatiōe census uerum uictu
atq; cultu terminatur pecuniæ modus. Nō esse cupi
dum pecuniæ: nō esse tenacem uectigalisi contentū
uero suis esse rebus: maxime sunt certissimæq; diui-
tiæ. Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata &
areas quasdā magni æstimāt: ꝙ ei generi possessio-
num minime quasi noceri possit. quanti est æstimā-
da uirtus quæ nec eripi nec subripi pōt: neq; naufra
gio neq; incēdio amittitur: nec tēpestatū nec tēpo-
rum perturbatione mutatur: qua præditi qui sunt
soli sunt diuites. soli. n. possidēt res & fructuosas &
sempiternas. soliq; ꝙ est propriū diuitiarū contenti
sunt rebus suis satis esse putāt quod est. nihil appe-
tūt. nulla re egēt. nihil sibi deesse sentiūt. nihil requi
rūt. Improbi autē & auari qm̄ incertas atq; casu po
sitas possessiones habent. & plus semper appetunt
nec eorū quisq̄ adhuc iuentus est cui quod habet sa-
tis est. nō modo nō copiosi ac diuites: sed etiam in-
opes ac paupes æstimādi sunt. Et hæc de paradoxis.
¶ Ex

¶ Ex quæstionibus tusculanis .M. T. C. Autoritates incipiunt.

B FAcile est uincere nõ repugnãtes: Honos
alit artes: oẽsq; incẽdimur ad studia glo
ria laudis iacẽtq; ea sẽp quæ apud quos
q̃ iprobanẽ. Hominis est intemperãtis
abutẽris & ocio & litteris. Moriendũ est omnibus.
C Quæ enim potest nobis in uita esse iucũditas: cũ di
es & noctes cogitãdum sit iamiam esse moriẽdum.
Antiqtas quo propius aberat ab ortu & diuina pro
genie hoc melius ea fortasse quæ erãt uera cernebat.
D Nulla gens tam fera: nemo hominum tam imanis
miliaris fuisset caput eius abscindere: & per urbem
pilo fixum sustinuit: quia opimius cõsul auro id re-
S pensurum ibi dixerat. Sunt qui tradant liquato plũ
bo eum cauatam partem capitis quo ponderosius
T esset explesse. Xerxes cuius in nomie superbia & im
potentia habitat: suo iure tam insolenter usus est: q
græciæ inducturus bellum adhibitis Asiæ principi-
bus ne uideret inquit meo tantũmodo usu consilio
uos cõtraxi. Cæterũ memẽtote parendũ magis no
bis eẽ q̃ suadẽdũ. Arrogãter & si uictori ei repetere
regiã contigisse. tam deformiter uicti nescias utruʒ
V insolẽtius dictum an imprudẽtius. Occultum iam
& insidiosum malum perfidia latebris suis extraha-
tur: cuius efficacissimæ uires sunt mentiri & fallere
fructus in aliquo amisso scelere cõsistit tñ certus: cũ
credulitatem nephariis uinculis circundedit: tantũ
incõmodi humano genere afferens: quãtum salutis
bona fides præstat: habeat igitur non minus repræ
hensionis: quam illa laudis consequitur: Seruius gal
X ba summæ perfidiæ. Triũ enim lusitaniæ ciuitatuʒ
conuocato populo tanq̃ de commodis ei⁹ acturus
octo milia in quibus flos iuuentutis consistebat ele-
cta & armis exuta partim trucidauit: partim uendi
dit quo facinore maximam cladẽ barbarorũ magni
tudine criminis antecessit. Mitridatis factum scele-
ratissimum qui non cũ fratre de paterno regno sed
cum ipso patre bellum de dominatione gessit. In
quo quis aut homines ullos adiutores iuenerit: aut
deos inuocare ausus sit præ admiratione non diffi-
aa nio? Humanæ autem uitæ conditionem primus &
ultimus dies continet quia plurimum interest qui-
bus auspiciis inchoetur. & quo fine claudat. Ideoq;
eum demũ fœlicem existimans: cui & accipere lucẽ
prospere & reddere placide contingit. Medii tẽpo-
ris cursus prout fortuna gubernaculum rexit. mo-
do aspero modo tranquillo motu pagitur spe sem-
per minore? dum & cupidæ uotis extenditur: & fe-
re sine ratione consumitur. Nam & si arbitrari uelis
etiam paruum amplissimum efficies numerum an
norum multitudine operum superando: alioquin
quid attinet inerti mora gaudere; si magis exigis ui

tam q̃ approbas? Sed ne longius euagari libeat: eo-
rum mentionẽ faciã: qui cum uulgari genere mor-
tis assumpti sunt. Tullus hostilius fulmine ictus cũ bb
tota domo cõflagrauit. singulari fati sorte. Corneli cc
us gallus prætorius &. G. ateremis eques Roma-
nus inter usum puerilis ueneris absumpti sunt. q̃q̃
quorsum attinet eorũ cauillari sine quos nõ libido
sua. sed fragilitatis humanæ ratio abstulit: sine nãq;
uitæ nostræ uariis & occultis cãis exposito. interdũ
quædam immerẽtia sup̃mi fati titulum occupãt cũ
magis in tẽpus mortis incidant q̃ ipsam mortẽ ac-
cersant. Non uulgaris etiam homeri mortis cã fert dd
qui in insula: quia quæstionem a piscatoribus posi-
tam soluere nõ potuisset: dolore absumptus credit
Sed atrocius aliquanto Euripedes finitus est: ab Ar ee
chelai eni cœna regis in macedonia domum rediẽs
hospitalem canum morsibus laniatus obiit: crudeli
tas fati igenio tãtũ nõ cõueniẽs. Philomenem autẽ ff
uis risus imoderati abstulit. paratas ei ficus & posi-
tas in conspectu: asello consumẽte. puerum ut illũ
abigeret iclamauit: qui cum iam cõmestis oibus fu
peruenisset: quia inquit tam tardius fuisti: da nunc
merum asello: ac protinus urbanitatẽ dicti crebro
hanelitu catinorum persecut⁹: senile guttur salubri
spiritu priuauit. Anacreõtẽ quoq; dum passæ uuæ gg
suco tenues & exhiles uirium reliquias fouet: unius
grani pertinacior in horridis faucibus humor absũ
psit. Milo crotoniates cum iter faciens quercum in hh
agro cuneis adactis fixam uidisset: fretus uiribus ac
cessit ad eam: insertisq; manib⁹ diuellere conatus est
quas arbor excussis cuneis in suam naturam reuoca
ta compræssit: eumq; lacerãduʒ feris præbuit. Hæc
de Valerio maximo: tametsi pauca quædam super
sint capitula quib⁹ nihil saporis inest. Incipiũt mo
do ex Laertio autoritates de uitiis & moribus phi
losophorũ? Et in primis de septẽ græciæ sapiẽtib⁹:

¶ Ex Laertio de uita & moribus philosorum Au-
toritates incipiunt.

Hales phũs asianus Athenis claruit: hic A
primus sapiens appellatus est: secũdum
quẽ & septẽ sapiẽtes uocati sunt. Fuit au
tem conscriptus ciuis mileti: ideo thales
milesius dictus est. Hic post politicã naturalis phiæ
factus est speculator: & inuẽtor fuit ursæ maioris &
naualis astrologiæ. Et primus inter phos dicitur de B
astrologia tractasse. Et primus animas immortales
posuisse. & de natura disputasse. Tẽpora quoq; an
ni fertur inuenisse & in trecentos sexaginta quinq;
dies diuisisse. Hic thales ut Isidorus. ii. ethi. dicit
physicã apud græcos primus perscrutatus est. Erat
autem pauper: quia philosophiæ uacans studiis: ac
quisitioni pecuniarũ intendere nõ ualebat. Cõiuge
carens: & interrogatus cur nõ duceret? Respondit
ob filiorum amorem fert q dum nocte duceret ex
tra domum ac uetula ut astra consideraret incidit in
foueam eoq; lugẽte dixit uetula. Tu quidem o tha
les quæ ante pedes tuos sunt uidere nequiens quæ
in cælo sunt putas cognoscere. Hic fertur dixisse: ho
rum trium gratias ago fortunæ primo quidem q
homo factus sum & non bestia: deinde q mas & nõ

C fœmina:tertio ꝙ græcus & nõ barbatus. Huiꝰ hæc
dicta ferũtur ut ait laertius in libro de uita philoso-
phorum. Antiquissimum entiũ ingenitum & æter
num: Optimum entiom est mundus: nã opus dei.
Maximum entium est locus: oia nãq; capit. uelocissi
mum entiũ intellectus: passim & enim currit. uali-
dissimũ entiũ necessitas: dominaᷓ enim cũctis. pru-
D dẽtissimũ entiũ tẽpus adinuenit eni omnia. Interro
E gauit eũ qdã: si lateret deos gomo in iustæ agẽs? sed
nec cogitãs inquit. Interrogatus qd difficile? ait seip
sum agnoscere. Interrogatus qd dulcissimũ: ait acq
rere. Interrogatus qd est numẽ? ait ꝙ nec principiũ
habet nec finẽ. Interrogatus qualiter quis iustæ ui-
uere possit? ait si quæ inbet aliis ipse agat. Interroga
tus quis fœlis sit? ait qui sanus corpore: aia copiosꝰ
natura docilis. Obiit aũt thales ãno ætatis suæ oige
F simo octauo. Claruit uero Acham regis iudæ tẽpo
ribus. Solon philosophus unus de septem sapienti
bus græciæ natiõe Atheniẽsis: Athenis claruit: Hic
atheniẽsibus leges optimas edidit. quas postmodũ
Romani ab atheniensisius acceperunt multaq; be-
neficia eis cõtulis: & multo tempore eos prudentia
sua a seruitute & tyrãnide liberauit: & tãdem fortu-
na mutata profugus in ægyptum se trãstulit: dein
G de Cresolidorum regi adhæsit: demũ in Cypro se-
nectutem exegit: ibiq; mortuus est: Claruit aũt tpe
ezechiæ regis iudæ. Inter cæteras eius leges inuẽtæ
sunt hæ ot ait Laertius. Siquis parẽtes ĩdigẽtes non
glorius fit. filii eorũ qui pro rep. obire publice nu-
triãtur & doceãtur. Item statuit tutorẽ cum orpha
norũ matre nõ habitare. Nec tutoris officium exer
cere in quem defunctorũ orphanoꝝ substãtia pro-
uenit: Et si unũ oculom habentem quis illo priuaue
rit uiceuersa ipse geminis careat. Et ꝙ si princeps
ebriosus fuerit nece damneᷓ. Huius hæ leguntur fu
isse sentẽtiæ: Saturitas ab opibus generatur. Cõtu-
melia uero a saturitate. Quæ nõ posuisti in tollas.
ꝓbitatem iureiurãdo certiorẽ habe. Amicos ne cito
possideas: quos autem possideris ne reprobes. Cõ-
H sule non dulciora sed optima. Intellectum fac ducẽ
I Ne maris. loquaris. deos honora & parentes reue-
rere. Neminem q̃diu uidit dicas esse fœlicem: eo ꝙ
usq; ad ultimum uitæ diem possit fortuna mutari
fœlicitatis enim index dies ultimus est: rerum ini-
tia debẽtur fortunæ. Interrogatus solon qd est uer
bum rñdit unio operum. Quo firmatur uerbũ? silẽ
tio. Quo firmatur silentium? tẽpore. Interrogatus
quid est rex? fortis potestas. Quid lex? araneæ tela:
qa si iu eã inciderit qd debile retinetur graue autem
ꝑtrãsit tela rescissa. Interrogatus qua spe fretꝰ tam
audacter resisteret pisistrato tyrrãno? ait senectute.
Huic soloni mortuũ filiũ lugẽti: nõ esse flẽdũ ait q-
dã: eo ꝙ flere nihil ꝓdesset: cui ille ego magis ploro
L ꝙ dãnũ meũ irremediabile oidero. Cũ in loco quo-
dã multis loquẽtibꝰ Solon nõ loquereᷓ. Interroga
tus a piaudro utrũ ꝑꝑ oerboꝝ inopiã: an qa stultus
esset taceret? qui ait nemo stultus tacere põt. inter-
M gatus qualis debet esse ppl'i rector? Respõdit popu
li rector prius se q̃ populũ rectificare debet: aliogn
erit uelut qui umbrã curuã rectificare conaᷓ: prius

q̃ uirga curua umbrã faciẽs recta fiat. iterrogatꝰ qd
acutius gladio? Rñdit praui hois lingua. Interroga
tus qs eẽt liberalis? ait qui sua bõa libẽter aliis impti
turi & alienarũ rerũ cupiditate caret. Interrogatus N
q̃liter ciuitas bñ regi posset? ait si princeps & maio
res ſm leges uixerint. Chilon phus lacedemonius O
unꝰ de septẽ sapiẽtibꝰ græciæ; hic ut dr̃ in policrato
libro prio: ĩsigendæ societatis cã missus fuit chorin
thũ: ubi duces & seniores ppl'i ludẽres iuenit in alea
ꝑꝑ ꝙ ifecto negocio reoersus est dicẽs. se nole glori
am spartanoꝝ hac maculare ifamia: ut diceret cum
aleatoribꝰ cotraxisse societatẽ. fuit aũt chilon breui
loquus. uixit annis qnquaginta sex. Et claruit tpe se
dechiæ regis iudæ. Docebat aũt hic dominari liguæ P
& ꝑsertim in cõuiuio. Nõ esse maledicẽdũ ꝓximis:
aliogn oportere audire ea qbus quis tristabiᷓ. Item
nõ eẽ minãdũ cuiq̃: qm̃ hoc muliebre est. Citius ad
calamitates amicoꝝ q̃ ad ꝓsperitates ire. Nuptias Q
humiles facere. Nõ eẽ maledicẽdũ mortuo. Seniuꝫ
honorare Cauere sibiipsi. damnũ male q̃ prauũ lu-
crũ: illod enim semel contristabit. hoc aũt usquequa
q;. Non irridere infœlicem. fortem & dominatorẽ
mãsoetũ esse ut proximi magis reuereãtur q̃ time-
ant. Discere bene præesse proprie domui Linguam
non præuenire intellectum. ire dominari. nõ cape-
re impossibilia. non festinare in uia. loquentem nõ
mouere manũ. legibus obedire. uti solicitudine. In
his qui dicũt de eo ad propriam mẽtẽ recurrere: in
lapideis enim cotibus auꝝ examinaᷓ: uiroruꝫ uero
bonorũ & malorũ itellectus dedit examẽ in iudiciis
inimicũ iudicare ſm leges: ut saltem lex cõuerfetur.
Amico uero persuadere: ut utraq; cõseruẽtur lex. s. R
& amicus. Item has duas affectiones. s. ãmorem &
odiũ licet ferocissimas sic dicebat coercẽdas ut ami-
cos diligat qs tanq̃ forte quandoq; odio habituros
& inimicos oderit tanq̃ postea amaturos. Hunc ut S
ait laertius iterrogauit Æsopus poeta: quidnã age-
ret iuppiter? Rñdit Chilon alta humiliat: humilia
uero exaltat. interrogatus in quo differant dociles
ab indoctis? ait bona spe. interrogatus quid est for-
tuna? ait ignarus medicus: multos enim exerceat.
Pittacus asianus mitilẽus phus illustris onus de se- T
ptem sapiẽtibus & in re militari strẽuus: Fertur de V
eo ut ait Laertius: ꝙ quidem operarius eius filium
securim ingerens interfecit: ciuibus autem legatuꝫ
homicidã mittẽtibus ad eum: ipsum absoluit dicẽs
Indulgẽtiam esse supplicio potiorem. hic Pittacus X
uidens multum oinum in insola mitilenensium cre
scere: uolens æbrietati hominum ꝑcauere lege pu
blica statuit ut peccãs æbrius dupliciter puniretur.
Dicebat autem uinum bonum & malum esse malũ
quidem ex crapula: sed bonum ex natura: uixit ãnis
septuaginta. Et claruit temporibus ioachim regis Y
iudæ. Eius hæ legũtur fuisse sententiæ. Dicebat eas
optimas esse uictorias quæ sine sanguine fiunt. itẽ
dicebat infortunia non esse uituperanda. item dice
bat quid facturus ne ꝑdicas. deficiẽs enim irridebe
ris. huius pittaci fuit illa sentẽtia ab aliis postmodũ
recitata: principatus uirum ostendit Bias primẽsis Z
philosophus asianꝰ unus de septẽ græciæ sapiẽtibꝰ.

Fuit in primensium urbe princeps. Cum aūt ut ait
Laertius: inter primēses & messanēses graeciæ insta
ret bellū: & primensiū milites uirgines multas mes
sanensiū captiuas duxissent. Cōfestim bias his uisis
doluit: & captiuas puellas liberans tanq̄ pprias fili-
as custodiuit. Induēsq̄ eas: & singulis dotes tribuēs
sub fida custodia remisit ad p̄res inimicis exhibens
pietatē: & detestans ipietatis genere etiā crudelissi-
mos hostes fuisse ledendos. Cūq̄ hoc fuisset in mes
sanensiū cōtione narratū: missi sunt cum munerib⁹
nūcii ad biantē: pacē placatis animis postulātes. cla
ruit autē tpe Sedechiæ regis iudæ quo mortuo pri
A mēses ei templū dedicauerūt. Huius hæ ferunt fuis
B se sniæ. Honestis & senibus cōplacere stude. Molesti
us inter duos amicos q̄ inimicos iudicare. nā amico
rū qdē alter erit inimicus: inimicoꝝ uero alter ami
cus efficiet. uitā uero sic mēsurandā eē dicebat quasi
hoies multo & breui tēpore uicturi sint. Quicquid
pposueris firmiter seruans pseuera: de diis loquere
ut indignū hoiem ne laudes ob diuitias psuadens ac
cipe nō uiolans. Quicqd boni feceris ad eos trāsfer.
Sapiētia oībus possessionib⁹ certior est & securior:
diu deliberatos amicos elige: eosq̄ uno affectu non
uno habeas merito. Amicos sequere quos nō pude
C at elegisse. Amici uitā tuam reputa gloriā. Consilio
D maxime cōtraria sunt festinātia & ira. Celeritas be
E neficiū gratius facit. Interrogatus bias qd sit in hac
uita optimū? ait mens sibi bonæ rectitudinis cōsciē
tia. Interrogatus ab hoie impio quidnā eēt eusebia?
tacebat: eo aūt cām silentii quærēte: sileo inqt: quia
nō de cōuenientib⁹ tibi quæris. interrogat⁹ quis sit
iter hoīes ifortunatus: ait qui nō pōt infortuuia pa
F ti. interrogat⁹ quid sit dulce cōi ait pprīū. Cleobo-
lus phus unus de septē sapiētibus in græcia. claruit
tpe sedechiæ regis iudæ. Scripsit aūt de ænygmati-
cis quæstionib⁹ libros triū miliū carminū. Obiit ue
ro cōpletis annis uitæ suæ septuaginta. Cuius cele-
G bres sniæ approbatæ sunt hæ. Amico bū fac ut ami
cicior fiat. inimicū uero amicū facere stude. Magis
amicoꝝ inuidiā q̄ inimicoꝝ insidias cauere debem⁹
illud enim aptū: hoc celatū est malū: nocēdiq̄ fraus
quæ nō speratur potētior est. Quāto plus licet tāto li
beat minus. Cūq̄ quis exierit domū quærat primo
quid sit facturus: cū aūt intrauerit quærat iterū qd
fecerit. Cōsulebat aūt Cleobolus corpus bene exer
cere: diligere magis audire q̄ loqui diligere sapiā &
sciam: ignorantiā fugere. Ciuitati cōsulendū eē po
tiora: linguā frenatā hēre: uirtutis ppriū eē: uitii
alienū. Iniustitiā fugere: dominari uoluptati: filios
erudire inimiciciā pterire. Mulieri nō eē familiarē.
H Nec contēdere cum suis psentib⁹ alienis: nā illud qui
dem amentiā: hoc uero inaniā signat. Seruū ex ebrie
tate cōuiciantē nō plectere: uxorē ex paribus duce-
re: nā si ex maiorib⁹ dominos hēbis cognatos. Non
irrideas exprobatos: nā fies odiosus. In psperitate
ne supbias: in paupertate ne deiiciaris. Mutatiōes for
I tunæ uiriliter scito ferre. Periander corinthus phus
unus de septē sapiētibus. claruit tpe Sedechiæ regis
iudæ. Mortuus uero est octogenarius iam factus:
de cui⁹ sentētiis celebriorib⁹ has habere potuimus:
psperans modestus esto: infortunatus uero prudēs
Amicis foelicibus: & infoelicib⁹ idem sis. Quodcūq̄
pmittis obserua: uerboꝝ ifandoꝝ enūciationē nō
facias. Non solū peccātes sed peccaturos plecte. Zo K
roastes phus rex batrianoꝝ fuit: quem rex assyriorū
prælio interfecit. De hoc ita scribit Solinus in libro
de mirabilibus mūdi nascentiū uox prima uagitus:
læticiæ enim sensus differt in sexagesimūsecūdū diē:
ita unū nouimus eadē hora risisse qua erat natus. s.
zoroastē. hic primus magoꝝ extitit: quā m̄sta post
sæcula magicā artem demetrius ampliauit. Claruit
aūt zoroastes tēpore Tarræ patris abrahin. Anaxi- L
māder milesius phus auditor thaletis sapientissimi
fuit. hic de natura cæloꝝ & motu sphæræ cælestis:
cursu syderū & natura rerum multa cōscripsit & ma
gnarū subtilitatū Astologiæ inuētor fuit. Claruit
tēpore Cyri regis persarum. Anacharsis phus fra- M
ter regis scytharum fuit: qui iura moresq̄ athenien-
sium in scythas introducere conabatur: uolens patriæ
pfectum afferre ob q̄ cām inuidus frater eius in ue
natione sagittā in eum iacens: lethale phōo uulnus i-
flixit. Qui moriens ait: per sapiam in græcia salua-
tus sum: sed pp inuidiā in ppriis pereo. Dicebat au-
tem anacharsis uineā ferre tres botros: primū iucū-
ditatis. secundū æbrietatis. tertiū anxietatis. Itē tur-
pe quid ausurus te sine teste time. itē melius eē unū
amicū habere multis dignū: q̄ multos nulli⁹ dignos
Interrogatus quomō possit quis fieri non amator
potus? ait si præ oculis habeat inebriantium se tur-
pitudines. Interrogatus quæ nauium sunt tutiores N
ait quæ in terra quiete iacent: nā sciens quatuor digi
toꝝ esse spissitudinem nauis tantū dicebat a morte
nauigantes distare. Interrogatus quid est in hoībus
bonum & malum? ait lingua. Epimenides philoso- O
phus cretēsis: scripsit de genesi & ortu diuino libros
in qnque milibus uersuum: necnō & diuersis natu-
ris rerū libros nouem milium & quingentoꝝ uersu
um. Item scripsit psaice de uictoriis: & de cretensi-
pollitia. Fundauit aūt apud athenas templū uenerā
doꝝ deoꝝ. & Solonis sapientissimi tēpore claruit.
Vixit annis centūseptuagintaseptē. Homerus poe P
ta asianus in græcia claruit tēpore Saul regis Israel
hic ab atheniensibus pro insano habitus est: eo q̄ de
os inter se belligerasse diceret: hic etiam ut dicitur i
policrato libro primo: leuem quæstionem a nautis
sibi propositam uidelicet. quotquot cæpimus non
habemus: & quos nō cæpimus retinemus: uermes
enim in uestibus scrutabātur: Homerus uero ad pi-
sces cogitatum dirigebat suum: non potuit explica
re. A quibus cum imprudentius & procacius deri- Q
deretur: uir uerecundi ingenii in isaniam prolapsus
seipsum suspendit. Vixit autem annis centū & octo
hic iuxta numerum græcarum litterarum de troiæ
captiuitate uigintiquatuor libros heroicis uersibus
edidit: quod opus iliadem nominauit: unde ipse ut
historiographi referunt: non solum poetarum sed
etiam philosophorum princeps uocari apud græ-
cos iure meruit. Lycurgus philosophus ac priceps R
insignis apud lacedæmones claruit: & temporibus
helisei prophetæ. in insula autem cretensi uolunta-

nium exilium perpetuo egit: ubiq; moriens proiici
oſſa ſua in mare iuſſit: ne forte lacedæmonē referrē
tur quibꝰ ut narrat Trogus pompeius iura & leges
dedit eoſq; iureiurando obligauit: ut nihil de eis im
mutarent priuſq̃ reuerteretꝰ: ſimulans ſe ad oraculū
delphicum ꝓficiſci: cōſulturū quid addēdū uel mu-
S tandū legibꝰ uideretꝰ. Leges uero eius inter cæteras
ſunt hæ. Nā conuiuari oēs iuſſit publice: nec ui diui
tiæ uel luxuriæ in occulto eſſent. Iuuenibꝰ non am-
plius una ueſte uti toto anno pmiſit: nec aliquē cul-
tius altero ꝓgredi: nec opulentius epulari: fundos
oīum æqualiter diuiſit ut æquata patrimonia nemi
nem potentiorē altero redderent. Emi ſingula non
pecunia ſed cōpēſatione mercium iuſſit: pueros pu
beres nō in forū ſed in agrum duci iuſſit: ut primos
annos nō in luxuria ſed in oī opere & labore agerēt.
Nihil eos cauſa ſomni ſubſternere: & uitam ſine pul
mento agere: neq; prius in urbem redire q̃ uiri fa-
cti eſſent ſtatuit: uirgines ſine dote nubere iuſſit: ut
uxores non pecuniæ cauſa eligerentur: ſeueriuſque
matrimonia ſua uiri coercerēt: cum nullis frenis do
T tium tenerentꝰ. Maximū honorem nō diuitum ſed
ſenum eē ſtatuit: nec quiſq; locū honoratiorem ſeni
V bus obtineret. Pythagoras phūs natione ſamiꝰ: cla-
ruit tempore nabuchodonoſor regis aſſyrioꝝ: hic
ut ait Boetius in primo muſicæ artis inuentor fuiſ-
ſe apud græcos dr̄ ꝑ malleoꝝ ferientium inæqualia
pondera: & per cordarum inæqualitatē uel inæqua
lem extenſionem: ac per calamoꝝ inæqualem longi
tudinē. hūc pythagorā auguſtinus de ciuitate dei di
cit hydromanticū extitiſſe. Fuit aūt nigromanticus
utꝰ ibidem dicitꝰ: adeo ut adhibito ſanguine & iferos
perhibeatꝰ excitaſſe. hic primus apud græcos luenæ
mortales animas: ſed errauit ponēdo eas de corpo
X ribus ad corpora tranſire. Docuit autē Pythagoras
hæc ænygmata. Staterā ne tranſileas ideſt ne pergre
diaris iuſtitiā. Ignē gladio ne foueas. i. iratū & tumi
dum animū uerbis maledicis ne laceſſas. Per uiā pu
blicam ne ambules ideſt ne multorū ſequatis erro-
res. Irundinem in domo ne ſuſcipias. i. garrulos &
uerboſos homines ſub eodem tecto habitare nō ꝑ-
mittas. De dictis eius notabilibus habentꝰ hæc. Fu-
ganda ſunt omnibus modis & abſcindēda languor
a corpore. Imperitia ab anima & luxuria a mente: a
ciuitate ſeditio: a domo diſcordia & in cōmune a cū
ctis rebus intemperantia. Amicorū dicebat omnia
eſſe cōmunia: & amicum ſeipſum eſſe alterius. duo-
rum temporū maximā eam hn̄dam curam dicebat
& mane & ueſperi. i. eorū quæ acturi ſumus & quæ
Y geſſimus. Poſt deum dicebat ueritatem eſſe colēdā
quæ ſola deo homines ꝓximos facit. loqui ignorat
qui tacere neſcit. Duo lachrimarum genera ſunt in
oculis mulierum ueri doloris unum: inſidiarumue
Z aliud. Auari homines pupillis breuis ætatis ſimiles
ſunt: quibus de ſuo nihil uti licet. Interrogauit qdā
pythagoram ſi cuperet eſſe diues? qui ait diuitias cō
temno habere quæ liberalitate ꝑduntur: & parcita-
A te putreſcunt. Vidit pythagoras quendā præcioſis
indutum ueſtibus qui turpia loquebatꝰ: & ait illi aut
loquaris ſermones tuis ueſtibus ſimiles aut pannos
induas tuis eloquiis congruentes. Cum quidā ſtoli-
dus audiente Pythagora diceret: malle ſe cum mulie
ribꝰ eſſe q̃ cum phīs cōuerſari: & ſues inquit pytha-
goras libentiꝰ in cœno q̃ in aq̃ uerſantꝰ. Interrogatꝰ
qd eſt in mūdo nouū? ait nihil. Anaxagoras phs aſi B
anis: athenis claruit. tēpore xerxis regis. Hic cū ad-
modū diues eſſet: poſſeſſionibꝰ derelictis ſtudendi
gratia diutinā peregrinationē aſſumpſit. Et cum a
quodā criminaretꝰ dicente: non eſt tibi curæ patriæ?
extenſo brachio & oſtēſo cælo ait: Imo mihi admo-
dum patriæ cura eſt. Hic ſtudioſiſſimus ualde fuit.
Et multa de motu cæli: & curſu ſiderū: & natura rerū
ſcripſit: uixit annis ſeptuaginta duobus. In carcere
enim ab athenienſibꝰ poſitus: & multa media ſqua-
lidus uenenatꝰ eſt ab eis: quia ſolem dicebat lapidem
eſſe ignitum quem illi pro deo colebant. Interroga
tus aliquando ad quid factus fuiſſet: ad contempla-
tionē inquit ſolis & lunæ & cæli. Cuidā ei dum exu-
laret ab athenis dicēt. priuatus es: athenienſibꝰ: ne-
quaq̃ ait ſed illi me. Interroganti amico dum ſenex
eēt. an ante mortē in patriā uellet afferri ut in pr̄ia
moreretꝰ? nihil neceſſe eſt. undiq; enim ad inferos tā
tūdem uiæ eſt. Crates thebanus phūs: hic ut ait hie- C
ronymus epiſtola tertia magnū pondus auri proie
cit in mare: dicens habite peſſimæ diuitiæ. ego poti
us uos ſubmergam q̃ ſubmergar a uobis. Nō enim D
putauit ſe poſſe ſimul uirtutes & diuitias poſſidere.
Hic etiā ut ait Seneca primo epiſtolarū: adoleſcētu-
lum ſecreto ambulantē interrogauit: quid illic face-
res? ſolus mecū inquit loquor. Cui crates: caue ne cū
hoīe malo loquaris. Simonides poeta maximus: cla E
ruit tēpore manaſſe regis iudæ. hic interrogatꝰ qd
inter hoīes facile cōſeneſcat? ait beneficiū. Huius hæ F
feruntꝰ eſſe ſn̄iæ. Tutiꝰ eſt tacere q̃ loqui. neminem
enim tacēdo: multos aūt loquēdo circūuētos agno-
uimus. Innocentē nō debilitat conſcia: cum in diuer
ſis ſolaciū eſt hōi nō meruiſſe quæ patitꝰ. fortuna in-
nocentē deſerit ſæpe: bona ſpes nunq̃. Æſopus adel G
phis poeta claruit tēpore Cyri regis perſarum. hic
cōfinxit fabulas elegātes: quas Romulus quidā de
græco trāſtulit in latinū: in quibus docet quid obſer
uare debeant homines: & ut uitam hoīum oſtendat
& mores: inducit aues: arbores: beſtiaſq; loquentes.
hic anno primo Cyri regis fertꝰ fuiſſe peremptus. Ze H
no cytienſis phūs: ſtoicæ ſectæ inuētor ac magiſter
Socratis annis centum & ſeptem uixit & nunq̃ a ſtu
dio ceſſauit. De hoc ait Seneca in libro de tranquilli
tate animi ꝙ nunciatum quādoq; fuit illi naufragio
omnia ſua fuiſſe ſummerſa. At ille ait iubet me for-
tuna expeditius philoſophari. Hic uiro & uxori gar
rulis dixit. cū ſuo ſoli eſtis quomodo capit uos una I
domus loquaces. Huius ſunt iſte ſententiæ. Sepultꝰ
ſit apud te ſermo quem tu ſolus audieris. Malū ho-
minem blandæ loquētem agnoſce tuum laqueum
eſſe. Cuidam loquaci ait. Si meis te auribus audires
taceres. Iſocrates philoſophus claruit in græcia tē-
pore aſſueri regis. Scripſit aūt librum exhortandū K
ad demonicum: de quo notabilia quædā ſunt hæc.
Talis fias parentibus qualis erga te fieri natos op-
tas. Quæ nephas eſt agere: eadem neq; bonum fari

eristimes. Nunq̄ ullū ꝑpetrās facinus latere credas.
Nā etsi cæteros hoc lateat tu tibi cōscius es: in uesti-
bus neq; magnificus sis neq; curiosus. Odi blandien
tes tanq̄ decipientes: nam uterq; æqualiter iniuriat.
Neq; risum ꝑcipitē diligas nec uerbū cum acrimo-
nia acceptes. illud enim amens hoc uero furiosum
L est. Serua magis uerborū q̄ rerum deposita. Nemi-
nem amicū cōcilies priusq̄ ꝑcuncteris quo pacto se
gesserit erga priscos amicos: credas eum etiam er-
ga te huiusmodi futurum cuiusmodi erga illos fu-
it. Lente fiat amicus: factus autē perseuerare nitaris
æq; enim malū est nullum habere & alternare mul-
tos. Quoscūq; uelis tibi amicos facere de his aliquid
boni ꝓfer. Aurum in igne ꝓbamus: amicos aūt in
aduersitatibus discernimus. Amicoꝝ absentium ue
lud præsentium memor esto: ne censeri ualeas ab-
M sentes nō diligere. Benefacito bonis: aderit enim ti
bi debita gratia: benefaciēs aūt malis similis eris alē
tibus alienos canes: illi nāq; in impēdentes panē ut
in quoslibet latrant: praui quoq; iuuātes se ut nocē-
tes lædunt. Consiliare diutius: Effice uero delibera-
N ta uelocite. Qui perperā agit in ꝓpriis nunq̄ cōmo
de consiliabitur in alienis. Socrates ph̄us atheniēsis
atheniensis primus ethicæ inuētor fuit. ultimas ter
ræ regiones ad acquirēdā sapiam ꝑlustrauit usq; ad
senectutē: & licet eēt sapiētissimus se nihil scire repu
tabat. Vñ id sæpe dicebat hoc unū scio ꝙ nescio. De
eo Tullius in tusculanis dicit: ꝙ philosophiā euoca-
uit de cælo & in urbibus collocauit. Fuit aūt mirabi
lis castitate. iusticia tem̄pantia. aliisq; uirtutibus: ita
ut ꝑp uirtutū heroicarū eminētiā: eum ultra homi-
nē etiam philosophi ꝓnuntiarent. Aliquando ut
ait agelius libro. ii. reptus est stare a summo lucis or
tu usq; ad alteꝝ orientē imobilis. iisdem uestigiis &
ore atq; oculis directis cogitabūdus tanq̄ in excessu
O mētis. Patiētia uero mirabili præditus inuictus fu-
it in oībus tribulationib⁹ sustinendis. Semel enim
ictu calcis a quodam ꝑcussus est: & dum quidā eius
tolerantiā miraret̄ ait. Si asinus me calce ꝑcussisset
nunquid eum in iudiciū conuenirē? cur igit̄ non sic
æquanimiter sustineam ictus hominū sicut ꝑcussu-
ras ferrē irrationabiliū bestiarū. Item cuidam dicen
ti sibi talis maledicit tibi: ait ideo maledicit quia be-
ne loqui nō didicit. item quodam tēpore xantippe
uxor cum infinita cōuitia in eum dixisset: aqua ꝓfu-
sus imūda: nil amplius respondit q̄ capite depræsso
sciebam inquit ꝙ illa tonitrua imber sequeret̄. Cū
Socrates quosdam hospites suos satis tenui cæna su
scip i pararet: ait si boni sunt æquanimiter ferunt: si
mali nō est curandū. Socrates ut in polycrato libro
vii. dicit̄: in senectute sua didicit musicam credens si
ei musica deforet sibi cumulum sapientiæ defutu-
rum. Cum autem ei diceretur nunquid non uere-
cundaris in senectute studere? ait maior uerecundia
est in senectute ignorantes esse: q̄ in senectute stu-
dere. Mortuus est ueneni poculo tempore Assue-
ri regis assyriorum: anno uero ætatis suæ nonage-
simoquarto: quo anno librū nobilissimū composue
rat. De dictis Socratis nobilib⁹ siue ꝓuerbiis haben
P tur hæc. Oriente sole consiliū: occidente conuiuium
cogitandū. Age sic alienū ut tuū non obliuiscaris ne
gocii. Contraria sunt consilio ira festinatio: uelox
consiliū sequit̄ pœnitentia. Principiū amiciciæ est
bene loqui: maledicere est inimicitiarū exordium.
Amicus raro acquirit cito amittit̄. Cum amicis bre
ues orōnes: longas amicicias habere oportet. Malū
alienū ne tuū feceris gaudiū. Melius est cauere q̄ pa
uere: utilius est erubescere q̄ pauescere. Quod habes
ita utere ut alieno non egeas. Grauior est labor ubi
nullus effectus est. Iratus filio ipse te coercere: filio
modesto nunquam graue est ꝙ pater iubet im-
possibile: præsentem laudare & absentis famā lede
re minime decet: pœnā a quo merueris frustra pe-
tis præsidium. Oculos & aures uulgi puta malos te
stes esse. Ede & bibas ut bene uiuas: nō uiuas ut tan-
tum edas & bibas. fœlicitas semꝑ subiecta est inui-
diæ. sola ergo miseria inuidia caret. Nihil amittit q
nihil habet: & parū eget qui parū cupit. Nulla tam Q
bona uxor est in qua nō inuenias quid sicut nihil su-
perius benigna cōiuge: ita nihil infesta muliere cru-
delius. Est igit̄ uxor aut tutū refugium: aut penale
tormentū. Mulier speciosa & pulchra templū est su-
per cloacam edificatū. Interrogatus Socrates a quo R
dam inope quid agere debet pauca habens & mul-
tis indigens? ait si res tua tibi nō sufficit: tu parce ui-
uēdo fac ut rei tuæ ipse sufficias. Cum garrulus qui
dam deridendo interrogaret Socratem ut eum do-
ceret sapiētiæ præcepta. Duo inquit sapientiæ præ
cepta necessaria sunt: unum ut taceas. aliud ut loqui
discas. Interrogatus in quo quis famam acquirere
possit? ait si gesserit optima & locutus fuerit pauca.
Interrogatus a quodam ut ait Tullius in tusculanis
de qua patria esset ait mundanus sum. Toti⁹ eni mū
di se incolam & ciuem arbitrabatur nullam sibi ap-
proprians patriā. Aristippus ph̄us cyrenæus athe- S
nis claruit. Qui ut ait Laertius ad Dionysium tyran
num in Syracusam profectus est: adeo autē præstā-
tissimi cordis extitit: ut tempori loco & ꝑsonæ sem
per conuenire & se coaptare posset. Vnde quodam A
tempore Dionysio in eum sputāte patiētissimæ ꝑ-
tulit & condolenti amico dixit: piscatores sustinēt a
mari madefieri ut uenent̄ cobiū ego aūt nō sustine-
bo uino limphato aspergi ut blenum accipiam? Est
aūt cobius pisciculus paruus blenus uero grādis pi-
scis est. Aiunt hunc quandoq; iussisse perdicem qn-
quaginta dragmis emi: culpante uero quodam ait:
tu nec ebolo eam emisses. Ingressus est quandoque
Aristippus ignoranter domum meretricis: & uiso
scorto confestim exiuit. Quodam uero puerorum
erubescente: qui cum eo erant ait Aristippus: intra-
re illuc malum non est sed nequire exire. Demosthe B
nes orator athenis claruit: de eo ait Isidorus primo
erhimo. Cum philippus rex macedonum athenas C
obsedisset & ab atheniensibus postularet: ut sibi de-
cem oratores darentur: & sic discederet ab obsidio-
ne. Demosthenes in consilio atheniensium hanc fa-
bulam confinxit. Lupi suaserunt aliquando pasto-
ribus ut in amicicia conuenirent: cūq; pastorib⁹ pla
cuisset petierunt lupi & prima uicæ securitatis tra-
derentur eis canes: in quibus uidebatur esse occasio

ſurgiorum:annuerũt paſtores: tunc lupi adempta
formidine omnem gregem non ſolum pro ſacieta-
tate ſed etiam pro libidine lacerauerunt. Sic igitur
Philippus ſublatis oratoribus in populo athenien
ſi facturus eſt. Quod audientes athenienſes demo-
ſthenis conſilio acquieuerunt: & ſic ciuitas a pericu
lo liberata eſt. item demoſthenes ſtomachuꝫ laidis
nobiliſſimæ meretricis iocando ſuppalpitãs & q̃ri
D tans. hoc quantũ: illa diceret mille denariis: Reſpon
dit ego pœnitere tanti nõ emo: hippocrates medi-
cus inſignis. artaxerſis regis tempore claruit apud
Athenas. Hic uoluptates multũ deteſtabatur ut ait
Agelꝰ. Fuit anthippocrates parui corpis. pulchræ
formæ. grandis capitis. tardi motus. Mutæ cogita-
tiõis. tardæ locutiõis. & fuit modici cibi. Vixit autẽ
annis nonagintaquinqꝫ. Scripſit libros circiter uigi
E riſex elegantes. De eo Iſidorus quarto Ethimologi
arũ. ita ſcribit. Medicinæ artis autor & reptor apud
græcos perhibetᷣ Apollo: hãc filius eius Eſculapius
laude & opere ampliauit. Sed poſtq̃ fulminis ictu
interiit interdicta fertur medẽdi cura & ars ſimul cũ
autore defecit: Latuitqꝫ per annos fere quingentos
uſqꝫ ad tempus Arthaxerſis regis perſarum. tunc eã
reuocauit in lucem: curam rationabiliter perſcruta-
tus infirmitatum hippocrates Aſclepio patre geni
tus: ipſe enim diſcuſſis ætatum regionũ & ægritudi
num qualitatibus: cauſas rationabiliter pſcrutatus
F eſt ĩfirmitatũ. Euripides poeta adeo Archelao regi
perſarum carus extitit & dilectus: ut ſummã ei conſi
lioꝶ ſuoꝶ cõmitteret: qui cum a cœna regis domũ
rediret a canibus dilaceratus eſt. Hic ut ait Boetius:
G carẽrẽ liberis ĩfortunio dicebat eẽ fœlicẽ. Diogenes
phus cinicus antiſthẽis diſcipulus fuit: Qui moriẽs
ex febre ut ait Tullius libro primo in Tuſculanis q̃-
ſtionibus: iuſſit ĩhumatum corpus ſuum relinqui.
Et cum amici dicerent ꝙ a feris deuoraretᷣ: ait mini
me: Sed iuxta me baculum quo feras abigã ponite:
Ait quidam qd poteris nõ ſentiens Quid ergo ait
ferarũ laniatus mihi non ſentienti oberunt: Ob hoc
cõcludens illi nihil obeſſe carẽtiã ſepulturæ. Claruit
aũt Diogene temporibus Alexãdri. Hic quodã tpe
in uſu potandi calicẽ ligneũ habens uidit puerũ con
caua manu bibentẽ: unde eliſit illum ad terrã dicens
neſciebam ꝙ natura poculũ habebat. Item cũ quidã
H lentulus uerbis plurimis dehoneſtaſſet Diogenem
& illo nõ reſpõdente interrogaſſent quidã: cur male
dicenti nõ daret reſpõſum? Ait nolo contendere cũ
homine ſuper re in qua qui obtinet uilior reputatᷣ.
Aliꝰ ſimiliter dehoneſtauit eũ uerbis cõtumelioſis
nec reſpondit. Et cum diceretur ei: quare non reſpõ
des: ait nõ poſſum ego illi tantã dehoneſtationẽ in
ferre: quantã ipſe ſic loquẽdo intulit ſibiipſi. Alius
rurſum dehoneſtauit eũ uerbis cõtumeliæ nec indi-
gnatus eſt. & cũ ei diceretur cur nõ indignaris? Re-
ſpõdit hic dehoneſtator meus aut eſt ueridicus aut
mendax. Si ueridicus ppter ueritatem nõ iraſcar: ſi
mendax deeſt indignatiõis cã ex quo nõ nouerit qd
dixerit. Cũ quidã ei referret ꝙ quidã amicus eius cõ
tra eũ maledixiſſet: ait an amicus meus ita dixerit
dubiũ eſt: de te ãt ꝙ ita dixeris mihi malũ eſt. Itẽ cũ
quidã ei nuntiaſſet cuncti uituperant te: oportet igr
ſapientia ab ĩſipientibus impugnari: eſſe enim me-
liorẽ iudicat ligua mala quẽ carpat. Quadã uice dũ
pſente Diogene uerſificator quidã multis laudibus
extolleret Alexandrũ pſentem: aſſumẽs Diogenes
panẽ cœpit comedere cũqꝫ diceretur qd agis? ait uti
lius eſt ſic agere q̃ audire mẽdacia. Cũ quidã formæ
turpis Diogeni domũ oſtendiſſet ſuã: oĩbus in ea lo
cis auro nitẽtibus: in faciem illius ſpuit inquiens ni
hil adeo uile in ea domo ſe uidiſſe: hic cum uidiſſet
iuuenẽ bonoꝶ morum facie tamẽ turpi: ait animæ
illius bonitas dat multũ pulchritudinis faciei. Idem
cũ uidiſſet quẽdam decora facie & moribus inhone
ſtum: ait O q̃ bona domus & malus hoſpes. Itẽ ui-
dit quendam idiotã ſedente ſuper lapidem: & ait la
pis ſuper lapidẽ. Infirmatꝰ eſt quãdoqꝫ Diogenes:
& cũ eum cõfortarẽt amici dicentes nõ timeas quia
hoc a deo eſt: ait ppterea magis timeo. Cũ quidam I
lætanter diceret Diogeni ſe de nouo uxorẽ duxiſſe:
ait illi parum ſolacium & magnã ſolicitudinem es
lucratus. uidit Diogenes ſenem quẽdam tingẽtem
capillos: Cui ait quia canos occultas nõ ppterea ſe-
nectutẽ abſcondis. Cũ quidã garrulus ſophiſta dice
ret diogeni. Quod ego ſum tu nõ es: ego ſum hõ:
ergo tu nõ es hõ. Ait Diogenes hoc quod cõcludis
falſum eſt: quia a te incepiſti: ſed ſi uis uerum id fieri
a me incipe & in te cõclude. Ex celebribus eius ſniis
repertæ ſunt iſtæ. iudex bonus nemo erit niſi qui de
ſe alterum iudicare cognorit. Qui inocẽtem dãnat
ſeipſum uulnerat: quoniã ſua ſnia ſemp reus ſeipſum
punit conſcientia. Nullæ ſunt occultiores inſidiæ q̃ K
hæ quæ latẽt in ſimulatione officii aut in aliquo ne-
ceſſitudinis nomine. Nã eum qui palã eſt aduerſa-
rius facile cauẽdo uitare põt: & troianos equus id-
circo fefellit qa formã mineruæ mẽtitus eſt. Si bo- L
nus uis fieri a te expelle quod in alio deſpicis. Melꝰ
eſt medicũ adire q̃ accerſire: quærere igitur medelã
donec ſanus fueris melius eſt: q̃ tũc medicũ regrere
cum naturam experauit ægritudo. Interrogatꝰ di-
ogenes cur tam magnã nutriret barbam: ait ut eã
citius uidens & tangens uirum ſe eſſe meminerit.
Interrogatus quæ hora eſſet cõmeſſationi cõgrua?
ait habenti quod comedat hora eſt cõgrua cũ fame
ſcit: non habẽti uero quando habere poteſt. interro
gatus a quodam in quo turbari facere poſſet inimi
cum ſuum: ait ſi tu es ualde bonus. interrogatus qd
eſt triſtitia: ait carcer animæ. Plato philoſophꝰ athe M
nienſis tẽpore Darii regis perſarum natus eſt. Hic N
ut in policrato dicitur teſte apuleio prius Ariſtote-
les dictus eſt: ſed demũ a latitudine pectoris plato.
hic in phedrone ſuo quem tranſtulit Cicero ualidiſ
ſimis argumentis animæ immortalitatem aſſeruit
Et poteſt omnis ratiocinatio in unius ſilogiſmi cõ-
pendium ita redigi anima ex ſe mouetur. Quod ex
ſe mouetur principium motus eſt. Quod autẽ pri
cipium motus eſt natum non eſt. Et quod natũ nõ
eſt immortale eſt: Anima igitur ĩmortalis eſt. Mor
tuus autem Plato eſt tempore Philippi regis mace-
donũ. ut ait Seneca in epiſtolis ãno octuageſimo- O
primo natalis ſui ſine ulla deductiõe. Platonis uero

elegantia quædã dicta sũt hæc. Qui suam animam
quæ una est gubernare non potest: quõ multorum
hominum gubernator erit. Item dicebat debere ho
minem in speculo sæpius suã faciem intueri quoniã
si uiderit eam decoram idigne feret agere turpe op⁹
Si uero turpem cẽsuerit uerebitur simul duo turpia
aggregare. Itẽ dixit escam maloꝝ esse uoluptatem:
Eo scilicet ꝙea capiuntur homies sicut hamo pisces
Itẽ si sapiẽtiæ forma oculis uideri possit ad amorẽ
sui omnes maxime excitaret. Item non potest com
præhendi forma iustitiæ nisi prius iniustitiæ series
discuciatur. Mors phantibus appetenda est: ipsaq
philosophia est meditatio moriendi totius philoso
phiæ robur patientia est. Interrogat⁹ plato quis sa-
pientiam adipisci possit: aut in nõ expectando quæ
euenire non possunt nec de pteritis recordari. Inter
rogat⁹ per quid cognoscitur sapiens: Ait sapiens cũ
uituperatur non irascitur. & non extollit cũ laudat.
Interrogatus per quid homines cognoscunt: ait ho
mines & uasa testea simili modo pbamus: illa quidẽ
in sono: hos in sermone cognoscimus. Interrogat⁹
quanto censu debeat homo esse contentus: ait tan-
tum acquirat quis ꝙ defectum non habeat in eo qđ
ei necesse est: & quod non expediat ei hominibus a-
dulari. Interrogatus quis est inter homines forti-
or: Respondit qui propriam potest iracundiam uin
cere. interrogatus quis est inter homines debilior:
ait qui suum nõ põt celare secretum. interrogat⁹ qs
est iter homines potẽtior: ait qui scit suã abscõdere
paupertatem. interrogatus quis est inter homines
temperãtior: ait cui sufficit id quod habet. interro-
gatus quis est homo bonoꝝ morũ: ait quĩ malorũ
moꝝ hominẽ pati põt. interrogat⁹ qualiũ locorũ
uel urbium habitatio sit uitãda: ait nõ habites terrã
in qua sumpt⁹ lucra exuperant: & i quã mali pualẽt
bonis: & ubi plurimũ domini mẽtimur. Iterrogat⁹
in quo quis possit principũ gratiã obtinere: ait si in
sipiẽtis: ipsius sequere uolũtatẽ: si uero sapiẽtis quæ
ad rem non ptinent uel cõtra rationem sũt ostẽdere
A nõ obmittas. Aristoteles philosoph⁹ eximius gẽte
macedo: patria stragoritan⁹ Platonis fuit discipul⁹
hic adhuc iuuenis eloquẽtiæ nauauit opam: factus
aũt annoꝝ decẽ & septẽ mittit athenas ubi hæsit So
B crati tribus annis: quo mortuo hæsit Platoni annis.
xxviii. Transcendit aũt Aristoteles in philosophia
humanã mẽsurã: ita ut cõmune nomẽ philosopho
rum anthonomasice sibi propriũ esse meruerit. Fu-
it enim facundus eloquio: sed uberior sensibus. agili
tatem corporis & perspicaciã ingenii habẽs uixit an
nis sexagintaduobus in optimo mẽtis uigore: & nu
mero composuit: ut ait Laertius libros circiter trecẽ
C tos. Alibi tamen legit ꝙ in uniuerso composuit tra
ctatus numero mille. Aristotelis aũt elegantia dicta
sunt hæc: de semetipso in neutrã partẽ loquendum
est. quoniã qui se laudat uanus est: qui se uitupat stul
tus est. item nunꝗ uerecundiores eẽ debemus ꝗ cuꝫ
diis de agitur. Iniuria iniuste irrogata eius est infa-
mia qui facit. item dicebat de duobus hominũ gene
ribus uehemẽter admiror: scilicet de illo in quo bo-
na nõ sunt: & tamẽ si de ipso dicant acceptat & gau-
det: & de illo de quo mala proferũtur quæ in eo nõ
sunt: & inde turbat. item dicebat radices disciplinæ
eẽ amaras: fructus uero dulces. item tribus indiget
disciplina natura documẽto & solicitudine. item di-
cebat ex parentibus honorabiliores eẽ eos qui istru-
unt: ꝗ qui generant: quoniã hi quidẽ dant uiuere: illi
uero bene uiuere. Interrogatus Aristoteles quid est
quod cito senescit? Respondit gaudium. interroga-
tus quid est spes. Respondit iuge somnium. inter-
rogatus quid est amicus? ait una anima in duob⁹ cor
poribus cohabitans. interrogatus quid amicis affer
re debemus? ait ea quæ nobis offerre optamus. In-
terrogat⁹ quid sibi ex philosophia acquisiuisset? ait
non coacte facere quæ aliquẽ ob timorẽ legis faciũt
Repræhensus est Aristoteles: quia iniquo homini
elemosynam dederat. Qui respondit: Naturæ: non
malitiæ sum misertus. Cuidam iactanti se ꝙ esset de
ciuitate magna: Ait non considerãdũ ex qua patria
quis ortus sit. Sed quali patria dignus sit. Apuleius E
affer philosophus platonicus Athenis claruit ĩ græ
cia & latina lingua doctissimus. Hic Platoni succes
sit & libros pluresscripsit. Et inter alios librum scri
psit quem Asinum aureum intitulauit. Vbi refert
sibi accidisse ꝙ accepto ueneno sibi a mulĩere dato hu
mano animo permanẽre. Visum illi fuit ꝙ in asinũ
fuisset mutatus: a qua illusione postmodum est cu-
ratus. Huius hæ sunt sentẽtiæ. Nihil est deo simili⁹
ꝗ uir animo perfecte bonus. Artes aliæ siue sciẽtiæ
possunt ignorari sine erubescentia. Sicut ratio pin-
gendi psallendi siue cantandi. Quas uir bonus põt
sine animi uituperatione contẽnere: Sed nescire be
ne uiuere nusquã audebis dicere sine pudore. Multa
alia eius dicta uide supra ubi in libris suis. Xenocra- F
tes philosophus maximus platonis discipulus fuit.
Hic cuidam loquaci fertur dixisse. Audi multum: lo
quere pauca. Os enim unum & aures duas a natura
accepimus. Quodam illi maledicente surgẽs disces-
sit: & maledicenti ait: ut tu linguæ tuæ ita ego auriũ
mearum dominus sum. Idem cum eẽt cum quibus-
dam detractoribus & taceret: quærente uno cur so-
lus taceret? quia dixisse me inquit aliquando pœni-
tuit: tacuisse nunꝗ. Hic cum uidisset quendam latro
nem duci ad patibulum subrisit dicens ꝙ magni fu-
res minores morte damnabant. Demas atheniensis G
philosophus Alexandri tempore claruit. hic atheni
ensibus nolentibus Alexandro diuinos honores ex-
hibere ait. uidete nedum cælum custoditis terram
amittatis. Huius etiam dictum illud egregium fuit
Amico mutuam me rogante pecuniam: ipsum & H
pecuniam perdo. Epicurus atheniensis: ꝗuis ut ait
Hieronymus: litteras non didiscerit: & artem dispu
tandi teste Boetio ignorauerit: tamen multa egre-
gia reperiuntur eius dicta. Et claruit tempore Cyri
regis persaruꝫ. de hoc similiter Hieronymus refert
in hæc uerba. Epicurus uoluptatis assertor quod ual
de mirandum est omnes libros suos repleuit oleri-
bus & pomis: uilibusq cibis dicens eẽ utẽdum quia
carnes & exquisitæ epulæ: ingenti cura & solicitudi-
ne misera pparatæ: maiorẽ pœnam habẽt in inquirẽ
do: ꝗ uoluptatẽ in abutendo. Sapientiæ quoq ope

ram dare nos non posse dicebat : si mense abundan-
tiam cogitemus:quæ labore nimio & cura indiget.
Errauit aūt in multis Epicurus plus q̄ omnes philo
sophi: nam putauit deū res humanas nō curare sed
ociosum esse & nihi' agere dixitq; uoluptatem sum
mum bonū eē:& animas cum corporibus interire.
I Seneca de egregiis epicuri dictis hæc scripsit. hone-
sta res est læta paupertas : illa uero non est pauptas
K si læta est. Si cui sua non uidetur amplissima licet to-
tius mundi sit dominus tamen miser est. aliquis uir
bonus eligēdus est nobis:ac semp ante oculos habē
dus:ut sic tanq̄ illo spectante uiuamus:& oia tanq̄ il
lo uidente faciamus . Si ad naturā uixeris nunq̄ eris
paup:exiguū natura desiderat:opio imēsu3 añ circū
spiciendū est cū qb⁹edas & bibas:q̄ qd edas & bibas.
Inimicū salutis est noticia peccati:& meditari mor-
tem. Ira imoderata insaniam gignit. Non cōmessa-
tiones:non potationes:non culpæ fœminarum:cō
uiuii suauē uitam faciunt:sed sobria disputatio. mul
tæ enim ex deliciarum epulis molestiæ generantur.
L Theophrastus philosoph⁹ aristotelis discipulus &
successor fuit. Scripsit Theo. librū de amicicia i quo
amiciciā oīum charitati præfert & raram iu reb⁹hu
manis contestatur eē. hic accusasse naturam dicitur:
q; ceruis & cornicibus uitam diuturnā : quoꝝ id ni-
hil interest hominib⁹ quoꝝ maxime interesset tam
exigua uitā dedit:quoꝝ si ætas eē posset longior:oī
bus pfecte artibus eoꝝ uita erudiret : quærebat er-
go tunc se cum illa uidere cœpisse extingui. Scripsit
etiam aureolum Theophrastus librū de diuitiis. Itē
N librum de nuptiis:ut ait Hieronymus cōtra Iouini
anū in quo quærit. an sit sapienti uxor ducēda. Et cū
diffinisset si pulchra eēt. si bene morigerata . si hone
stis parētibus nata. si ipse sanus & diues sit:sapienti
inire aliquando matrimoniū statim intulit. hæc aūt
raro nuptiis in uniuersa concordant: non est igitur
uxor ducēda sapiēti. primo quia impediunt studia
philosophiæ. Nec potest quisq̄ libris & uxori pari-
ter inseruire. Multa sunt quæ matronarū sunt usib⁹
necessaria præciosæ uestes:aurum:gēmæ:sumptus
ancillæ:& suppellex uaria. Deinde per totas noctes
garrulæ quæstiones:illa ornatior procedit in publi-
cum:Hæc honoratur ab omnibus. Ego in conuētu
fœminarū misella despicior. Cur aspiciebas uicinā?
Quid cum ancilla loquebaris? De foro ueniēs quid
attulisti? Non amicū:non sodalē habere possumus?
alterius enim amorē suum odium suspicatur. Si to
tam ei cōmiseris domum seruiēdum est illi. Si aliqd
tuo arbitrio reseruaueris:fidem sibi adhiberi nō pu
tat. Et ideo in odiū uertitur:& iurgia concitat & nisi
cito consuleris parat uenena. Si pulchra est facile ad
amatur. Si fœda facile contēnitur. Difficile est autē
custodire quod plures amant . Molestū est posside-
dere quod nullus uel amare:uel habere dignatur mi
nore tamen miseria deformis habet quā formosa
seruetur. Nihil enim tutū est in quo totius populi
uota suspiraut. Præterea quid prodest diligēs custo
dia:cum uxor impudica seruari non possit . pudica
non debeat. Infida enim custos castitatis est necessi
tas. Nulla est igitur uxoris electio:sed qualiscūq; ue

nerit est habenda:si iracunda:si fatua:si deformis : si
supba:si fœtida:quod quæcunq; est post nuptias di
scimus:equus:asinus:bos : canis & uilissima manci-
pia prius probantur q̄ emuntur:sola uxor nō osten
ditur:ne ante despiciatur q̄ ducatur . Huius Theo-
phrasti hæ legunt fuisse sentētiæ. Potius est doctu3
eē q̄ pecuniæ confidentē:doctus enim solus ex oīb⁹
nec iu alienis peregrinus:neq; amissis familiaribus
& necessariis inops est amicoꝝ:sed in omni ciuitate
ciuis est. Item expedit tam amicos probatos amare A
q̄ amatos pbare:amicicias enim imortales eē opor
tet. Cū amicis orones breues:orationes lougas esse
oportet. Amicum blandum caue cuius uerbum est
dulce. Semper bonus amicus grauius irascit . Ami-
cum lædere nec ioco quidem oportet pro amico oc
cidi plus expedit q̄ cum inimico uiuere. Ptolemæus B
philadelphus Ægypti rex fuit studiosissimus & li-
brorum cupidus:demetrium bibliotecæ suæ pferens
cum ab eo quæsisset de numero librorū:uiginti mi-
lia adesse. Respondit:sed paulopost tempore usque
ad quinquaginta milia posse peruenire putabat hic
Ptolemæus canones astrorum composuit: hic fecit
descriptionem orbis terræ:& pro erathostenē phi-
losophum qui adiutus a mensoribus Ptolemæi in-
uenit numerum stadioꝝ terræ in circulo terræ mi-
ra subtilitate & ingenio fuit enim in quadriuialibus
ualde doctissimus. Zeno stoicus phus tēpore Ptole C
mæi floruit:Huius fuit illa sentētia . Sapiētis est nō D
posse turbari;sed ut ratio ei⁹ prauis cedat affectib⁹.
Qui hac etiam oratione usus est ut ait Seneca. Nul-
lum malum est gloriosum:mors est gloriosa:mors
ergo malum non est . unde & ipse Zeno manus sibi
intulit : ut post mortem uiueret fœlicius . Sta-
tius cecilius poeta socius & contemporaneus Ennii
poetæ natione gallus . Claruit Romæ : Mediolani
autē obiit. Huius hæc fuit sententia: ut ait Agelius.
Inimici pessimi sunt fronte hilari:corde uero tristi:
hic duos filios habuit poetas metricos scilicet Ar-
chimedem & Thebaidem. Titus liuius historiogra E
phus & tragœdiarum scriptor illustris. Romæ cla-
ruit ante Iulium cæsarem nouem annis. Fuit natio-
ne patauinns idest paduanus:ubi mortuus est anno
quarto imperii Tyberii cæsaris. uixit aūt annis circi
ter octuaginta. Scripsit uero egregie de præliis Ro I
manoꝝ cum Annibale in libris centum. Scipio Ro
manoꝝ consul ab euentu uictoriæ affricanæ dictus
est Affricanus:quia affricam sua probitate deuicit:
de quo uictoriarum magnarum miri & laudabiles
actus leguntur in historiis romanoꝝ. Sed quia phi-
losophus & philosophi auditor fuit puta Panætii:
quædam prudentissima eius dicta & acta cōmenda-
bilia hic inserenda sunt. hic optimus moribus adeo
ornatus fuit:ut pius in matrem:liberalis in sorores
bouus in suos:& iustus in omnes fuisse legatur . hic
Scipio : ut ait Augustinus libro primo de ciuitate
dei pontifex magnus : & iudicio totius senatus uir
optimus:nolebat æmulam romano imperio Car-
thaginem ab ipso captam & deuictam dirimi : & in
hoc contradicebat Catoni:timens quod postea eue
nit. s. ne romani cum sine terrore belli essent lasciui-

G rent & inter se bellarēt. Dicebat Scipio nihil eē diffi
cilius q̄ amiciciā usq; in extremū diem pmanere. In-
terdū enim dimittit̄ cōtentione luxuriæ uel alteri⁹
cōmodi. Quod idem adipisci uterq; nō pōt. Pestē
quoq; maiorē nullam eē in plerisq; amiciciis q̄ gl'iæ
cupiditatē. Ex qua ob certamē honoris & gloriæ ini
micicias maximas sæpe inter amicissimos extitisse
uideamus. Idē etiā de se dicere solebat: nunq̄ se mi-
nus ociosum eē q̄ cum ociosus eēt: nec minus solū
H q̄ cum esset. Tullius cognomēto marcus & Cicero
romanus nobilissimus: inter consules romanoꝝ Iu
I lii Cæsaris tempore Claruit: Qui philosophus ma
K ximus fuit & studiosissimus. De quo scribit̄ decimo
libro codicis: ꝙ ros & tuba romani eloquii. Scripsit
aūt Tullius egregios libros sub titulis infrascr. ptis
de amicicia librum unum: de Senectute librū unū.
Philippicarum librum unum. Tusculanarum quæ
stionum libros quinque. Inuectiuarum libros sex.
de diuinatione libros duos: de creatione mūdi librū
unum. dialogorū ad hortēsium librum unū. de par
titione orationis librum unum. de agricultura librū
unum. de iusticia & iure naturali librum unum. uer
rimarum. i. gestorū contra uerrem librum unum.
Inuectiuarum contra Salustiū librum unū. Inuecti-
ua & contra Catilinā: & sunt orōnes quatuor: de re
bus militaribus librum unū. de officiis libros tres.
de oratore libros tres. de paradoxis librum unum.
Rhetoricorū librum unū. Orationum libros duos.
de legibus libros tres. de fato libros tres. de natura
deorū libros tres. de rep. libros sex. de academicis li-
brum unū. Topicorū librū unum. de cōsiliis libros
duos. de Synonymis librū unum. de gl'ia humana li
le nomen omoium uirginum.dicuntur etiam Na-
iades deæ fontium.Nymphæ deæ etiam stagnorū
siue aliarum aquarum.Poramides deæ fluuiorum.
Dryades deæ siluarum.Nam Drya est dea arboris.
Amadryades deæ arboruꝫ.Poreades deæ montiū:
Hinnides deæ pratorum.Napeæ deæ florum.Flo
ra.opis Agapiæ deæ floruꝫ & gaudii.Dodona dea
glandium.Oales dea cespitum pabulorum seu pa
lastræ.Fænilia dea fæni & rusticorū.Ceres dea blan
dorum.Lauerna dea furum & latronū.Lucina dea
partus.Iuuenta dea iuuētutis.Senecta dea senectu-
tis.Matrita dea auroræ:Agenora dea salutis.Ascea
dea iusticiæ.Thenus dea uaticinii.Echo dea uocis si
ue reflexionis uocis.Iris dea pluuiæ.Sūt etiam tres
sorores fatales quæ parcæ dicūtur.Clotho dea crea S
tionis.Lachesis dea uitæ.& atropos dea mortis.Sūt
etiam tres filiæ phorci quæ dicuntur gorgones.s.
Medusa quasi obliuio mentis & dicitur dea stupo-
ris:nam quicquid uidebat:uertebat in saxum.Ste-
nio debilitatio mentis:& Eureliane fluctuatio men T
tis.Sunt etiam tres furiæ infernales natæ ex Ache-
ronte & Vectæ.s.alecto.i.sine requie.Tysiphone
idest immitens necem Megæra media longa idest
mala cogitatio quæ etiam nominibus communi-
bus dicuntur.Eumenides a bono deficiente.State- V
nocte & furiæ Ifernales.Præterea nouem sunt mu-
sæ poeticæ:quæ quia diuersimode intellectui deser
uiunt humano:uariis nuncupant̃ nominibus.Clio
prima idest fama.fama enim inducti sciētiam quæ
rimus:& interpretatur clio.i.quærēdæ scientiæ co
gnitio.Fmpe.i.bene delectans.Melpomene.i.me-
ditatio.Thalia idest capacitas.Polymnia idest mul
tum memoriam faciens.erato idest inueniēs.terpsi
core.i.delectans instructionem uel discretionē.Vra
nia.i.electio.Dicuntur etiam communiter his no-
minib⁹.Aonides a thebis ciuitate.Castalides a fon
te.Pierides a piero rege habente is filias quas muta
uerunt in picas.eliconiades a loco.Pegasides a pe-
gaso equo.Meonides a ꝓuincia:Memoriales.Phe-

biades a phebo qui est deus scientiæ: & præest cho-
X ro musarum. Camenæ quasi canentes amene. For-
tuna est dea indifferens & communis dans bonum
& malum: prospera & aduersa. Et dicitur Ramisia
a loco ubi potissimum colebatur. Dicitur etiã fors
biformis: instabilis. Deæ facinorum siue odii sunt.
Inuidia: liuor: colubrea: auara: Fatua est dea stultiæ.
Copia dea abundantiæ. Fames dea consumptionis
siue inediæ. Fama dea opinionum & rumorũ: Vir-
tus dea uirtutis. Salus dea salutis. & sic de pluribus
aliis similibus Cybelle autem dicitur mater deorũ.
Cupido deus amoris dicitur filius Veneris: quæ si-
militer dea est amoris: quæ & tres habuit filias amo
ris. Prima fuit Pasiphae. i. attrahẽs uel alliciẽs amo
rem. Altera Ægiale. i. demulcens. Tertia Euphro-
syne. i. retinens: quæ generali nomine dicunt Cha
rites. Depingitur autem Cupido i forma pueri nu-
di. cæci habẽtis alas: arcum & pharetram: cum sagit
tis duarum naturarum. Soluit enim & facit amorẽ
cum illis Telum ꝙ facit amorem habet cuspidẽ au-
ream hamatam. Quod soluit habet plumbum sub
arundine & est obtusum: quod minime inhæret. Di
citur etiam cæcatus. arcitenens. aliger cyprius. fro-
B dissios ercineus. Similiter hymenæus secundum ali
quos dicitur filius Veneris & Bachi: & est deus nu-
ptiarum. Alii dicunt fuisse iuuenem atheniensem
tantæ pulchritudinis ꝙ fœminam mentiretur. Di-
citur etiam imen proprie membranula in qua iacet
C partus. Ianus nepos Noe dicitur fuisse: qui tantæ
prudẽtiæ erat: ꝙ pingitur duobus uultibus scilicet
ante & retro: quare etiam dicitur bifrons. Hic dici-
tur deus prudentiæ anni. Inde ianuarius dicitur ab
eo ptimus mensis anni. Priapus custos hortorum:
deus membri uirilis dicitur quem mulieres steriles
adorauerunt pro fœcunditate eis concedenda. Di-
citur etiam inguineus a membro. Mẽbrosius. lam-
psaceus a loco. Saligneus quia eius imago extru
D ctio salicis erat. Pan uero dicitur deus naturæ: etiam
deus pastorũ. Similiter Genius deus naturæ. Som
nus rex somnorum & deus quietis. Conscius deus
consiliorum. Famii & lemures dei camporum. Sa-
tyri & siluani dei siluarum: cespitum: & arborum.
Monticuli dei montium: qui & numina rustica di-
E cuntur. Eolus filius Ipotis dicitur deus siue rex uen
torum: & habitare in Eolia & ibi imperare uentis:
unde etiam dicitur Eolius. Similiter Ipotades a pa
tre: sunt autem quattuor Venti principales: quo-
rum quilibet habet duos collaterales: & sic efficiun
tur. xii. Orientales Venti sunt. subsolanus. Eurus.
Vulturnus. Occidentales sunt fauonius. zephirus.
Cirtius. Meridionales sunt auster: nothus: africus:
septentrionales sunt Boreas: aquilo chorus. Hæc
de nominibus deorum. Incipiunt nomina & offi-
cia romanorum.

¶ Nomina & officia Romanorum.

e Xactis nominibus deorum. nunc nomi
na & officia Romanorum quorum ali-
qua hodie in usu sunt apud nos: nonnulla etiam
in desuetudinem abiere absoluemus. Primo enim F
fuerunt Reges: quorum primus fuit Romulus:
quod officium siue dignitas durauit usque ad con
sules. Senatus autem uocabatur societas Senato-
rum: qui erant centum ordinati per Romulum. G
exactis Regibus & Consulibus erectis: senatus cre
uit ducentos: qui uocati fuerunt patres conscri-
pti: & gubernabant Romam ueluti patres filios
quorum dignitas perpetua erat: & eorum nati pa-
tricii uocabantur. Consulum autem officium & di H
gnitas anno durabat & in capite anni cõuocato po
pulo in comitio: deponebant consulatum: & duo
alii ex omnium concordia creabantur. Officium ue I
ro consulum erat executioni mandare determinata
& præcepta senatus: & habebant autoritatem con
demnandi & absoluendi: & unusquisque consulum
habebat septem sexcentos qui litores uocabantur.
Dictator erat qui supra alios officiales. plus dignita
tis habebat: & honoris atque potentiæ: eo ꝙ a sen
tẽtia sua nemo se poterat appellare neq; contradice
re. Qui dictator tantum in rebus arduis eligebatur:
cuius dignitas sex menses communiter durabat: &
poterant esse plures eodem tempore. Habebat eti
am dictator quendam officialem: qui magister mili
tum uocabatur. Imperator uocabatur belli capita- K
neus: creatus ex communi concordia populi Rom.
uel a solo dictatore uel consule: aut alio quocunque
officiali ibi præsidente: qui imperator in exercitu
suo duos habebat officiales scilicet legatos: qui post
eũ maiores cæteris in exercitu erant. Tribuni erant L
officiales & defensores. Rom. plebis: & erant exem
pti & liberi in urbe & extra per unum miliare. Et eo
rum officium durabat ad tempus determinatum.
habebant sub se sexcentos qui uocabantur uiatores.
Prætor erat officialis qui populo Rom. ius dicebat M
ut potestas. Et inuentum fuit illud officium pro-
pter impedimentum quod consules habebant tem N
pore belli. Præfectus erat officialis ad prouidẽdum
cunctis necessitatibus populi Romani in commea
tibus ac etiam ad instaurandum omnem defectum O
imminẽtem. Episcopi erant principes sacerdotum
sacrificiorum & auguriorum. Inter quos episco-
pos erat unus uocatus rex sacrificiorum. Et eorum
dignitas ad tempus durabat determinatum. Cen- P
sores erant officiales super extimis siue censu: & uiis
atque ornamentis totius ciuitatis: & ad restringen-
dum malas expensas communis & ciuium: & erant
magnæ autoritatis & prudentiæ uiri: quorum offi
cium a principio durabat per quinquennium: sed
postea reductum est ad decemocto menses. Quæ- Q
stores erant inuestigatores rationum cõmunis Ro
mæ & erant super tributis & redditibus ciuitatis.
ac etiam diffinitores & ꝓuisores quæstuum & litiũ
romanorum ciuium. Interroges erant officiales li R
beri arbitrii ad eligendũ magistratus q̃ p discordiã
in comitiis eligi non poterãt habẽtes. Ædiles erant S

magistratus qui curam gerebant de templis mensu
ris & ponderibus:& tenebant totam ciuitatem libe
ram & puram:ac etiam multarum rerum curam ge
rebant:qui ædiles resistebant in sedibus:dicẽtes uni
cuiqȝ ius usurarum:& curam specialiter habebãt de
T locis communibus & rebus publicis. Populus ap
pellabantur omnes ciues Romani. & dicunt aliqui
ꝙ in populo non intelligebantur senatores neqȝ pa
V tricii. Plebs uocatur a principio tãtum populus mi
nus:cuius tribuni erãt defensores. Patricii erãt defen
X sores senatorum seu patrũ cõscriptorum. Magistratus di
cebatur generaliter quodlibet officiũ & q̃libet dignitas Ro
Y mæ. Priuati erant ciues qui se officio in aliqua ciuita
te degebant:quorum contrarii uocabantur publici
Z idest communes. Colonia erat certa ciuitas ciuium
non diuitum missorum a senatu in terras de nouo
acquisitas pro custodia. Comitia uocabantur electi
ones officialium & locus & tempus eiusdem electio
aa nis. Legio erat numerus gentium armatorum non
determinatus: secundum ꝙ electi erant & scripti per
eorum imperatorem siue commendatorem. Sed ta
men dicit Vegetius de re militari ꝙ legio est sex mi
lium sexingentorum sexagintasex præliatorum: de
quibus sexagintasex erant officiales. Cohors uero
continebat quingentos homines armatorum. Cili
arcæ erant milites mille equitum. Centuriones cen
tum equitum. Decuriones decem equitum. Turma
uel ala erat societas triginta armatorum. Milites e
rant qui dignitate militari decorabãtur. Equites ge
neraliter omnes illi qui ibant in exercitum. Trium
phus erat summus honor quem obtinebant princi
pes Romani qui præliabantur egregie & uincebãt.
Ouatio erat honor siue gaudia quæ fiebant illis qui
præliabantur egregie & paruam uictoriam depor
tabant. Cornua sunt extremitates acierum prælian
tium & exercituum. Leges appellabantur constitu
tiones populi. Senatusconsulta erant statuta a sena
toribus facta. Plebiscita a tribunis de consensu ple
bis. Decreta erant præcepta seu edicta imperatorũ
& habebat uim legis:& obseruabantur ut lex huius
cemodi præcepta præfectorum: prætorum: censo
rum: quæstorum: ædilium & aliorum. Et hæc de his
Romanorum officiis sufficiant: quæ tibi ad magnã
nostri operis partem conducere possunt. Incipiunt
modo de aduersa & prospera fortuna Francisci pe
trarche Autoritates & remedia.

¶ Francisci petrarchæ de aduersa fortuna Remedia.

Vnc nunc prædicti Francisci petrarchæ: oratoris sane & poetæ clarissimi: de aduersa prospera fortuna: & in primis de aduersa: autoritates nostro operi inserere tentabo. Cui quidem Petrarchæ talis procedendi in his est consuetudo: ut si de re quapiam doleas: remedium tibi respondẽdo afferet: dolore ne nimio conficiaris. Siquidem gaudeas: ut infra de prospe
ræ fortunæ remediis: item lætitia ne nimia extolla
ris. Et prima in ordine: aduersæ fortunæ deformita
te corporis se offert rubrica hoc modo. Egisse mecũ bb
nimis illiberaliter naturam quæror quæ deformem
genuit. Respondeo. Quot faces extinxit? quot oc
currit incẽdiis? Nam si deformem Helenam genuis
set: uel ut uerius loquar si deformem Paridem: for
tassis Ilion adhuc staret. Et si non dedit natura quod
delectet: forte quod prosit dedit. raro etenim for
ma insignis: honestasque sub uno lare habitant. be
ne tibi accidit si peiore exclusa: hospes melior tecum
est. forma namqȝ fugax & fragile naturæ donum: pau
cis ad utilitatem: multis ad perniciem: nulli ad salu
tem ueramqȝ gloriam data est. Ideo autem defor
mem te genuit natura: ut te ornares: ac formosum
faceres ea forma quæ tecum esset in animo: in gra
batulo: in feretro: in sepulchro: essetqȝ tua non natu
ræ aut parentum. pulchrius est pulchrum fieri quã
nasci. Illud enim casus: hoc studii est. Disce igitur a
mare atque optare meliora: non ut formosus esses
stultum est amare periculum suum: stultum opta
re quod nullo studio acquiri potest. Nam si contra
naturam formosus fieri studeas: nil ultra proficias
quam ut deformior uideare. Natura me genuit im A
becillem doleo. Respondeo. Vt in putrida uagina
ensis ferreus: sic in fragili corpore fortis sæpe ani
mus latet. Animi eni robur optabile est: quod nec
dies minuit nec fortuna. Qui enim ingenio fragi
les: corpore præualent: hi beluis proxime accedũt:
& sæpe quod miserum est aliis seruiunt: sæpe uero
quod miserrimum: atqȝ ubi humanæ miseriæ sum
ma est: animum ipsi suũ seruire corpori suo cogunt serui
ture fœdissima. Inualida ualetudo est doleo. respon B
deo. Ac & ualida artatrixqȝ libidinum. magistra mo
destiæ. nam si ualetudo animi est: pone sollicitudi
nem: quicquid corpori euenerit saluus es. Multis
etiam ad salutem animæ profuit corporis ægritu
do. Ille uir altus ex humili & ex aquis uentus ad fide
ra: cæliqȝ clauiger effectus: cuiusqȝ umbra sola mor
bos corporis molestiasqȝ pellebat: interrogatus ali
quando cur filiam suam graui morbo pressam ip
se fineret. Respondit. Sic expedit ei: quid tu scis: an
& tibi expediat. Si igitur ualetudo corporis extre
ma & sine remedio est tibi: sile & gaude ruinoso car
cere uinctum te egredier facilius & citius. Doleo.
Quia febre uror importuna. Respondeo. Diu esse C
simul non potestis. uemo diu ardet: aut te illa dese
ret: aut tu illam. Dolore torqueor iliaco. Respon D
deo. Spes est fateor acerba solacii: nil acerbius pati
posse. Pigra coerceor podagra: doleo. Respondeo. E
Vaga mens hominis freno eget: hunc paupertas:
illum tenet carcer: aut grauior morbus: ludẽs te pe
dibus alligat fortuna: nõ podagra: sed pedicæ sunt:
iam disce consistere. Doleo: Dentibus æger sum. re F
spondeo. Inualidum atqȝ caducum animal est: cui
etiam quæ præualida uidebantur. infirma sunt.
Amisi oculos doleo. Respondeo. Frontis fortasse. G
nõ pectoris. hi si superint bene habet. salua res est.

Nam ſi oculos perdidiſti. duces malos qui in præci
pitium te ducebant perdidiſti .mirum dictu. Sæpe
quidem lucidiſſima pars corporis totam animam
in tenebras trahit. Iam uocãtem ad meliora ſpiri
tum ſequi incipe. & ueritati præbe aurem clamãti.
nolite quæ uidentur:ſed non quæ uidentur æterna.
H Doleo. Auditum perdidi. Reſpõdeo. Adulantium
iam ſuſuros atq; obtrectantium iurgia euaſiſti. Di
uerſimde ſed par malum:niſi q; aliquanto uirilius eſt
iurgiis q̃ blandiciis adhibere aures. Illis nanq; medi
camentum aliquando his uenenum ineſt ſemper. il
lud ergo ſemper mordendo ſonat. hoc mulcendo in
I quinat. atq; ita peior eſt falſus amor uero odio. Ni
mius dolor ne furorem pariat metuo. reſpondeo.
Obſta illi cogitationibus bonis ac placidis. quidam
furori niam paſſionibus faciunt ex multis affectibus
non ſanis uera tandem proderit inſania:ſicut ex con
trariis uera uirtus frequentatis actibus quæri habi
K tum philoſophicum dogma eſt. Venenum timeo.
Reſpondeo. Potu abſtine ciboq; permiſcuo exper
torum fides amicorum excubet:ſuſpectos limen ar
ceat:uina turbida:fuſca exulent pulmẽta: dapumq;
permixtio cautio aſſit:& ſobrietas & tarditas. præci
pitatio autem abſit:quæ & aliis & præſertim gene
re hoc mortis multos perdidit. Sit ad menſam len
ta manus:oculus celer:animus uigil memorq; diſcri
minis:nec tuis tantum: ſed tuorum oculis atq; ani
mis obnoxius inuigila:magnis periculis magna ob
L ſtat intentio. Doleo. Dormire non poſſum. Reſpõ
deo. Vigila & gaude:uitæ tibi tempus auctum: inter
obdormire enim atq; emori quid intereſt: niſi quod
alter temporalis: perpetuus alter eſt ſopor: Itaque ne
ſcio an non ſatis proprie: & ſomnus breuis mors &
mors ſomnus longus ſiue æternus dici poſſit. Non
autem ui:ſed blandiciis repetendus eſt ſomnus. ſi in
cũbas perdis operam. cogi nequit: age aliud facile
M animis uagis & corporibus feſſis obrepit. Somniis
inquietor doleo. Reſpondeo. Si uerum eſt quod ſa
piens quidem ait: multas curas ſequuntur ſomnia:
quod noſtri quoq; approbant autores: radicem ma
li amputa:curas pelle:ſomnia quæq; pepuleris. Do
N leo. Graui duroq; ſum ingenio. Reſpondeo. Graue
do moleſtior:ſed hæc quoq; minuitur ſi diligenter
intenderis. Et ſi litteris non potes: at uirtuti ſtude:
nemo non ad illam ſatis ingenioſus:ubi non acumẽ
quæritur:ſed uoluntas:ad quam quidam litteras nõ
prodeſſe. aliquando etiam obeſſe opinati ſunt. Ideo
q; deſertis ſtudiis in ſolitudinem abiere:& eximiæ il
lis ſcientiæ locus fuit ignorantia litterarum. Maius
tutiuſq; eſt uirtute q̃ litteris clarum fieri. Doleo. Me
O moria fluxa eſt. Reſpondeo. Diligentia & artificio
illam ſtringe:cunctis memoriæ ingeniiſq; defectibus
occurrit induſtria:nil patitur perire:nil minui. Hæc
eſt quæ philoſophos & poetas ſenes uirẽtiſſimo in
genio ac ſtilo. hæc eſt quæ decrepitos oratores: uoce
ſolida ualidiſq; lateribus ac tenaci memoria ſeruare
poteſt. Vnde ſi tibi infida memoria eſt:noli illi fide
re: ſæpe calculum ſecum pone: quicquid credideris
ſtatim exige:& quod cras facturus fueris nunc faci
to:non eſt tuta dilatio. Doleo. Eloquentiæ nihil eſt. P
Reſpondeo. Cura ut ſapientiæ ſit aliquid:ut innocẽ
tiæ:ut uirtutis. Illa enim paucorum:hæ ſunt omni
um. Multi propter eloquentiam periere. Sunt qui
bus obſcurum nomen propugnaculum eſt ſalutis.
Diſertis nunquam deſunt labores:tãtæq; uigiliæ ul
tro ſuſcipiantur. flatus uolatilis ſic exercet animum:
ſolida quaſi uirtus in uerbis ſit: Rebus intende ani
mum:in uerbis enim flatus & labor & eloquium:in
rebus quies uirtus & fœlicitas. Vnde ſi tibi eloquiũ
deeſt: maximo quærendi odii inſtrumẽto cares. Do
leo. Linguæ uſum perdidi. Reſpondeo. Et mentien Q
di conſuetudinem:& fallendi artes:& inimicitiarum
quærendæq; infamiæ inſtrumentum. Plures enim
lingua ſunt q̃ facto infames. Nulla pars corporis ad
nocendum promptior:ad frenãdum difficilior. Me
rito ergo qua ſi magnum aliquid & rarum protulit
qui dixit. Cuſtodiam uias meas ut non derelinquam
in lingua mea. Doleo. Grauis ſum corpore. Reſpõ R
deo. Quæri poſſes ſi ut uolucris ad uolatum: nõ ut
uir ad uirtutes natus eſſes. Nam & ſi mole corporea
laboras. alius alio. alius contrario laborat. nullius ſi
ne labore uita agitur: ſed quiſq; ſuum nouit: alienum
non deſpicit uel ignorat. Cito ſenui. Doleo. Reſpõ
deo. Viuere optabas:& uixiſſe te pœnitet. An quid
aliud eſt rei. An neſcias: quod uitæ curſus nunc bre S
uis: nunc breuiſſimus: longus nunquam. durus ſem
per aſperq; & ambiguus. huius ultima pars ſenectus
finis autem mors. Quid hic habes quærimoniæ? ge
nuiſti; pergiſti. iam uitæ munus debes: ueniſti ad exi
tium: quieſce. Amens uiator eſt qui labore uiæ ex
hauſtus: ad initium remeare cupit. Nihil feſſis gra
tius hoſpicio. Doleo. Triſtis ſum. Reſpondeo. Re T
fert qua ex cauſa triſtis es: aut lætus. Triſtitia nanq;
de peccato utilis eſt: ne deſperatio ſubrepenti clan
culum manum det: ac gaudium de uirtute deq; me
moria bonorum operum honeſtum: modo nec in
gerenti ſe ſuperbiæ fores pandeant. Doleo. Ignobi V
lis patriæ ciuis ſum. Reſpõdeo. Eſto tu nobilis. Nã X
nil uetat: Nil cum patriæ nobilitate tua nobilitas
mixtum habet. Doleo. Obſcuris parentibus natus
ſum. Reſpondeo. Non eſt forſan ut tu reris odioſa
conditio. Neſcio an & optabile ignobilẽ naſci. utrã
uis uitæ ullam ſpectes. Nam ſi uoluptatibus obſe
qui uulgique ueſtigiis tutum iter ſequi ſtatuis excu
ſabilior fies. Sin uirtutis ſemitam raro pede ſigna
tam eligis: eo clarior fies: quo maioribus tenebris
preſſus ac circumuentus emerſeras. Tota claritas
tua erit rerum particeps tuarum: quicquid bene geſ
ſeris. ſolus inde famam metes: ſolus inde laudabe
ris: ſolus autor fundatorque uocaberis quod non fi
eret ſi nobilis natus eſſes. Videſne ergo quantæ tibi
nouæ laudis accommodata eſt nobilẽ per te fieri: &
nobilitatem dare non accipere. Dabis hoc poſteris
tuis: quod nobiles naſcantur: quod parentes tibi nõ
dederunt. Et quid oro nocuit. Ventidio ad fœlici
tatem & ad ſummum decus: quod humiliter natus
eſſet: & prima ætate fortuna humili uſus & miſera
ſorte. Doleo. Origo non tantum humilis: ſed ob Y

ſcœna eſt. Reſpondeo. Vera & ſumma obſcœnitas
una eſt animi: illam mihi ſi ceſſeris: pulchra ſunt om
nia. Bene igitur uiue: bene morere. Nam qui bene
uiuit: bene naſcitur: bene morit. At qui male uiuit:
bene natus eſſe non poteſt. Quid enim refert q̃ ful-
gido tramite cæcus interceſſerit? aut quid refert un-
de ueneris: ſi in culpam & in miſeriã uenis? Nil etiã
tu contra leges: ſed parentes tui egerũt: tu ſm leges
age omnia. In hoc quidẽ nullum penitus tuum cri-
men fuit de ortu tuo: alii de ſuis: tu de moribus tuis
rõnem reddes. Vnde moruꜫ candor & claritas uitæ
non maculas modo: ſed & memoriam omnem fœ-
dæ originis delebunt. hoc remedium dum licet arri
pe: aliud mihi crede nullum eſt. Doleo. Superbo do
A mino ſeruio. Reſpondeo. Quid ſcis an ipſe ſuperio
ri domino ſeruiat? forſan uxori: forſan meretriculæ
forſan hiſipſis quibus imperat: poſtremo quæ duriſ
ſima eſt omnium ſeruitus: forſan & ipſe ſibi: hoc eſt
uitiis & paſſionibus: ac uiolentis affectibus ſuis ſer-
uit. Quid uis dicam? pauci in ueritate ſunt liberi: &
ſiqui ſunt: eo laborioſior eſt uita quo altior. Multo
enim citius: multoq̃ facilius fidelis ſerui q̃ regis im
B plentur officia. Vnde Diocletiani iam priuati: & de
præterito iudicantis: & experientia docti: dictũ me-
morabile eſt. Nihil difficilius q̃ bene imperare. Do-
leo. Pauperior ſum in uita. Reſpondeo. Eris lætior
in morte. Nemo enim pauper uixit: ut moriẽs nol-
C let uixiſſe pauperior. Domo familia neceſſariis atq̃
ornamẽtis omnibus ſpoliatus: quid agam: quo me
uertam? Reſpondeo. Ad eas opes quibus ſpoliari
nequeas: quæ te undiq̃ comitatum: diuitem: & or-
natum præſtent. Doleo. Tenuis uictus eſt mihi. Re
D ſpondeo. Et tenuis uoluptas & munda ſobrietas: an
tu gulæ ſtudio contrario malles: Hæc enim tenuitas
podagram pellet tuis e finibus: dolorem capitis au
fert cerebriq̃ uertiginem: uomitumq̃: & ructum. &
nauſeam: & ſudorem: tediumq̃ & faſtidium tui ipſi
us: pallorem: alternum: ac ruborem: odorem quoq̃
& oris & corporis ibi atq̃ aliis importunum ſiſtet.
præterea pedes inſtabiles: manus tremulas micans
capur quodq̃ eſt optimum: animum ipſum mode-
E rabitur frenabitq̃. Doleo. In paupertate ẽt nat⁹ ſũ.
Rñdeo. Quis non nudus de utero matris egredit.
nihil hic præcipuum habent reges. Lactantius fir-
mianus uir doctrinæ multiplicis pauper natus eſt.
Flacchus inops uixit: & ſic de multis aliis poetis &
philoſophis. Si in his quaſi exemplis humilibus &
terreſtribus non moueris: ipẽ cæli dominus hic pau
per fuit. ut exemplo doceret hanc inopiæ uiam: qua
tamen ad ueras diuitias pergeretur. Ipſe inquam p
quem reges regnant: pauper nat⁹: pauper uixit: nu
dus obiit: cui cuncta interim obſequebantur elemẽ-
ta. Tu homuncio domini tui ſortem fers moleſte:
nec inepte pudet inſolentiæ. Doleo. Pecuniam ami
F ſi dulce uitæ præſidium. Reſpondeo. Quid ſcis an
animarum potius excidium. plures multo propter
opes q̃ propter inopiam periere. Nametſi pecuni-
as amiſiſti: & cum illa curas multas: periculſq̃ per-
petuum: & laborem cuſtodiæ: & perdendi metum.
Sic perdendo pecuniam bona duo: unumquodque
præſtantius amiſſo: ſecuritatem & requiem inueni-
ſti. Temporis amiſſionem fleo. Reſpondeo. Eſſet G
hæc eo iuſtior q̃ ſuperior querela: quo leuior eſt pe-
cuniæ iactura q̃ temporis: q̃ nec neceſſaria ad bene
uiuendum eſt pecunia: & amiſſa inſtaurari poteſt.
tẽpus & neceſſarium & prorſus irrecuperabile eſt:
niſi q̃ nolenti pecunia. uolenti autem tempus eripi
tur: quam cauſam nego ubi qui patitur uolens pati-
tur. Doleo. Rerum promiſſa non completur. Re-
ſpondeo. Quid de hoc ſingulariter quereris: quod
omnibus eſt cõmune. Nulla quidem res & munus H
magis inquinat: q̃ dura frons ac lenta dilatio. Sed
hic eſt mos cito uultis accipere: tarde autem dare: ad
illud alacres: ad hoc mœſti: ad aliud præcipites: ad
hoc ſegnes. Ingratitudinis duplex radix: duplex ma
teria querelarum: dum & illos mora & celeritas os
contriſtat. Doleo. Pro altero fidem obſtruxi meam I
Reſpondeo. Pro teipſo illam ſolues & nil debere: ac
ſine compedibus agere q̃ iocundum ſit tuo diſces in
commodo: unde ſi uadem pro amico te dediſti: da
poſt hoc amicis egentibus aurum: argentum: uinũ:
oleum: frumentum: domos: ueſtes: prædia: conſiliũ
ſolacium. cum amicis denuo omnia partire: unam
tibi habe. nulli unquam tuam dederis libertatem.
Doleo. Domus igne ſubito conflagrauit mea. Re-
ſpondeo. Et templum Dianæ olim arſit Epheſi: quo
nil ſæcula illa formoſius uiderunt. Arſit & templuꜫ K
Hieroſolymis cæli deo ſacrum. Arſere urbes. Car-
thaginem ſemel. & Troiam bis flamma combuſſit.
Si tu euaſiſti uiuus: cinerem cur fles extinctum. Do
leo. Terribile naufragium uix euaſi. Reſpõdeo. Ne
ſcio quid terribilius adeo ſit in aquis mori q̃ in ter-
ris quidem. In alterutro moriendũ eſt ſeu quid op- L
tabilius: uermium cibum eſſe q̃ piſcium: poſtquam
tamen enaraſti: cura ne iterum facto uitã remo: aut
laceræ debeas tabellæ: diſce terrenum animal terraꜫ
pari: & cælum potius ambire q̃ pelagus. Doleo: Me
fures infeſtant: Reſpondeo. Contra hoc maluꜫ nil M
querelis agitur. ſuppliciis opus eſt. Interim cuſto-
dia proficit uigilanti. Sunt qui nihil cuſtodiunt: &
accuſant fures: cum uetus ſit uerbum: quod occaſio
furem facit. Doleo. Prædonibus ſpoliatus ſum. Re
ſpondeo. Quãuis ciuili lege niſi fallor ſcriptum ſit N
quod nullus fur iprobior q̃ qui ui rapit: ſunt tamen
clandeſtini fures me iudice uiliores. Illi fraude agũt
hi autem ui. Et ideo iuſta ſentẽtia Ciceronis. illi uul-
peculis: hi leonib⁹ ſimulant. Adde quod fures rebus
ſpoliãt: ingerunt ſuſpitiones: ac prædonib⁹ prædaſ-
ſe fere ſatis eſt: ſuſpitionib⁹ non relinquũt locũ. Do
leo. Ager meliora pollicit⁹ me fefellit. Reſpondeo. O
Nõ te ager fallit: ſed improbitas cupiditaſq̃ animi.
Cũcta uobis ad nutũ ſucceſſura pmittitis uobis iſo-
lentes. Tuus ager morẽ ſuũ tenet: & tu tuum tenes.
Terre enim hubertas & ſterilitas alterna: ſed cupidi
tas tua ppetua eſt. uoſq̃ iniquiſſimi oſum ĩterp̃tes:
cũ illã grate ac ſobrie: hãc patienter & fortiter ferre
debueritis: illã condemnitis: hanc defletis: illa tumi
dos facit: hæc querulos. Terram bobus ac aſtris:
cælum uotis ac præcibus fatigatis. Ventorum ſpiri
tus: oportunitas imbrium: germinum decor: agri

ſpecies? puluis ibernus; lutum neruum: æſtiui ſoles
maturitas autumnalis: omnia cupidos in ſpem tra-
hunt. Vt arentem ſtuppam flamma omnis incẽdit:
& inanem puluerem flatus omnis impellit: ſic aua
rum animum lucrum omne ſuſpendit atq erigit.
Sed frenate miſeri motus inconditos: infinitam cõ
cupiſcentiam coercere: & ſpem credulam mille tan-
dem deluſam ſucceſſibus caſtigate. Quid nunc cælũ
terramq reſpicitis: nõ aliunde ſterilitas q̃ adeo eſt.
Illum mortales agere finite: & uidete quod agitur &
laudate. Sinite opificem operari: & uni⁹ artificii pe
rito homini exhibendam reuerẽtiam non negetis:
deo pudeat terrea uaſcula cæleſtum uigulum argue
re. Sed in omnibus illi: uoce atq animo gratias agi
te: qui neceſſitatum conſcius ueſtrarum: neq cupidi
tatum neſcius: illis ſuccurrit: iſtis occurrit: utrobiq
miſericors: utrobiq terribilis in conſiliis ſuper fili-
os hominum: ut de illo ſcriptum eſt. Sperate iã tan
dem non in agris ueſtris: ſed in domino: & facite bo
nitatem: & inhabitate terram & paſcemini in diuiti
is eius: iactate ſuper dominum curam ueſtrã: & ipſe
uos enutriet. Qui cæleſti manu editi non niſi ter-
ram cogitatis terramq diligitis. Nolite in terram
ſpem habere: ſed in illo qui reſpicit terram & facit
eam tremere. Qui te deniq ab agello tuo paſſus eſt
falli: ut in illo ſpem poneres qui non fallit. Doleo.
Arta domus eſt mihi. Reſpondeo. Domus lutea cæ
P leſtem animum non anguſtat. Sæpe parua domus
magnæ gloriæ capax fuit. Vix ut domus omnis ti-
bi ampliſſima uideatur: ſepulchrum cogita. Doleo.
Carcere claudor indigne. reſpondeo. Melius eſt in-
dignus carcer q̃ libertas indigna: multoq ſatius im
meritum pro iuſtitia mala pati q̃ per ſcelus bonis af
fluere: quãuis nec mala illa dici debeant: neq hæc bo
na: ſed loquor ut uulgus: q dolorem malum ingẽs:
uoluptatem ſummum bonum iudicat: Nimis cre-
bris exagitor laboribus. reſpondeo. Nimium & pa
R rum pro uarietate ſapientium accipitur. Ignauo la-
bor omnis eſt nimius: nullus induſtris: honoratum
te ingrate accipis. neſcis ut nocte media dum dica-
tæ deo uirgines ſtratis ſurgunt: algent: uigilant: &
diuinis officiis exercentur. Adulter interim ſuis per
fruitur illecebris: dum pro defendenda patria miles
in caſtris: pro augenda dux in tabernaculo: pro or-
nanda ſtudioſus iter libros excubat: leno infamis in
ter ſuas acies. inq ſuis tentoriis conquieſcit: quibus
uero ſit melius: diffinire nemo cui uel modicum in-
genium ſit pudoris heſiſtet: Vnde dura uirtus dur⁹
labor: mollis uoluptas: mollis inertia. ſimilia bene
cohabitãt: inter aduerſa diuortium eſt. Deniq qſq
naſcitur: ad laborem naſcitur: nec regum filios exci-
pio: labor & uirtus noſtræ artes ſunt: non ocium &
uoluptas quibus qui applicant animum: hi demum
a natura hominum degenerant: atq in pecudum
ſe tranſformant. Doleo. Longum atq durum iter
S pedibus mœſtus ago. Reſpondeo. Calceatus for-
ſan. Sancti autem patres nudis pedibus deſerta lu-
ſtrabant. Nuncii dei omnipotentis apoſtoli mun-
di climata circuibant. hic ad orientem ille ad oc-
cidentem. hic ad Arthon. ille ad meridiem: naui-
gans interdum: raro id quidem! neq aliter quã co-
gente locorum ſitu. Sed quem prætor equitem le-
gis: præter ex omnibus unum Ioãnem! neq id am-
plius q̃ ſemel: idq perexiguo uiæ ſpacio: dum q clæ
mens ſcripſit & eccleſiaſtica habet hiſtoria: ad recu-
perandum perditi adoleſcentis animum: pium illũ
feſtinatio purgaret. Quomodo autem equitarent
quorum dominus ibat uix aſellum ſemel quidem il
le: mox in crucem aſcenſurus: aſcendit. Quid igitur
ire niſi eques doles! An in hunc modum intraſti e-
ques! an exibis! O principium humile. O finis hu-
milior: q̃ ſuperba inter utrunq ſunt media: & in bre
ui curſu: quanta prorſus obliuio terminorum: nec A
unde certe aut quo pergitis meminiſtis. Doleo. exi-
lio pellor iniuſto. Rñdeo. Quid tu ergo iuſto pelli
malles exilio. nempe quod ad iniuriæ cumulum in
diuerſum trahitur: habes enim iniuſti exilii comitẽ
iuſtitiam: quæ iniuſtos ciues deſtituens te ſecuta te-
cum exulat. Nametſi falſo iudicio exularis: eſt qui te
uindicet is qui facit iudicium iniuriam patientibus.
quiq ait. mea eſt ultio & ego retribuam eis in tẽpo-
re. Eſt & ubi non cogitas ipſos iudicans: aut teſtis in
pectore magni. Hi habitant ultores: nullus bel-
uæ morſus eſt acrior quam conſcientiæ. Peſtem la- B
tiſſime ſeuientem horreo. reſpondeo. Eſt hic quoq
nil amplius q̃ mortis eſt metus: quo depoſito: ple-
na ſecuritas parata erit. enimuero his magnis ani-
mis non depoſitus modo: ſed ne admiſſus quidem
eſſe debet. Nam quid minus uiri eſt q̃ horrere com
munia! Doleo. graues inimicitiæ mihi ſunt undiq. C
reſpondeo. Magnæ inimicitiæ plerunq magnarũ
amicitiarum fuere principium & nunq̃ clarior ſan-
ctiorq fuit populus Ro. q̃ dum multis ac grauibus
occupabatur bellis: pax initium mali fuit: ſecũ nãq
ſubiit libido blanda: hoſtis ac peſtilens. Si igitur ini
micitias habes: fac ut iuſtitiæ ſis amicus: nullum cer
tius præſidium uera uirtus fortunæ minas calcat ac
deſpicit. Doleo. Videbar ulciſci poſſe nec potui. re- D
ſpondeo. Non poſſe malum agere potentia maxi-
ma eſt. nempe quæ omnipotenti eſt propria. Nam
ſi pulcherrimũ uindictæ genus eſt nolle ulciſci. pul-
cherrima neceſſitas non ſini: ultro uirtutem ample-
cti optimum: proximum eſt compelli. Si igitur uin
dicta tibi excidit. colubrum e manu excidiſſe credito
uideto ne iterum ſubrepat: nihil homini tam cõtra-
rium q̃ inhumanitas. per hanc enim homo deſinit.
idq ſic eſſe ipſum nomen iudicio eſt. Nullus mor-
bus tam contrarius ne mors quidem. Illa enim ſecũ
dum naturam accidit. hic autem contra. Sæuire in
hominem inhumanum eſt quãuis meritũ. Doleo.
Pellor e patria. reſpondeo. Pulſum te peſſimis opti E
mis te inſere. neq re patria: ſed patriã te indignam
rebus proba: ſentiat illa quid perdidit. tu nihil te p-
didiſſe ſentias. Neq cum illis eſſe cupias: qui te cupi
unt abeſſe. Neq demum quod a te fieri debuit: ab
alio factum ægre feras. debuiſti cedere ciuium inui-
diæ: utq illam fugeres ultro in exilium ire. Cupien
do igit̃ quod cogeres. efficias ne cogitaris. Oẽ uiolẽ
tum patiẽtia uincit̃: & deſinit eẽ uiolentũ qd̃ uolẽti
ſit. Doleo. Quod euerſa eſt pr̃ia. rñdeo. carthaginẽ F

atq; Numantiam Affricanus minor. Hierosolymam
Titus: aliasq; alii. Romam nullus in totum diruit:
sed senectus attriuit ciuium. Quid tu igitur tuam
patriam teris exemptam imperio fortunæ: cui ur-
bes maxime atq; imperia suberint: cælũ ruet ac terra
montes & maria mouebunt: & creata de nihilo in
nihilũ redigent. Tu ruisse tuã patriã aut mireris aut
quæreris. Sunt enim ut hoībus: sic urbibus mortes
G suæ. Doleo. Ambiguus status est mihi. respondeo.
At nõ ambiguus deo: id satis est: illi teipsũ fidẽs cre
de: & dic in manib⁹ tuis sortes meæ. Id cum pie fece
ris pone metũ: pone ambiguitatẽ: pone sollicitudi-
nẽ. Ille scit qd de te acturus sit: nullius rei dubi⁹ par-
ua quidẽ sed firma in nauicula magnũ sulcas mare:
fidus tuæq; salutis amantissimus gubernator est.
Quid refert an uiã uector ignoret: si magistro naui
H gii nota est. Doleo. Animi discordia laboro. respon
deo. Nullũ hoc bello peius nec ciuile qdẽ. Illud enĩ
ciuibus inter se: hoc homini secũ est. illud inter par-
tes populi in plateis urbiũ hoc intus in aĩa iterq; ip-
sas partes aĩæ gerit. ibi nõ pater contra filiũ: nec fra
ter aduersus fratrẽ: sed homo ipse contra se litigat:
quo durãte litigio nulla quies aĩo: nulla põt eẽ sere-
nitas. Quare si discordat animus: & diuersis secũ pu
gnat affectibus diuersitatẽ illã abiice: unum uelle in
cipe: tunc cõposita erit & imota pax animi: cum dis-
cordes affectus quasi seditiosi ciues in unã cõuenĩũt
uoluntatẽ. Alioquin ut cõtrarii & corrupti humo-
res febrẽ corporũ: sic cõtrarii affectus febrẽ pariunt
animorũ. Quæ tãto est periculosior: quãto & animus
corpore nobilior: & æterna mors terribilior tẽpo-
rali: utrobiq; tamẽ adhibitũ tẽperamẽtum: & æqua
litas quædã ad salutẽ uia est. Instãtis pugnæ casum
I timeo. respõdeo. Vix bene gerit quod pauide gerit
Timor modestus cautionẽ: uæhemens uero despe-
rationẽ parit: quarũ altera nil in bello melius, altera
peius nil in reb⁹ oĩbus. Si tamẽ bello uinci metuis:
pacẽ quære. Doleo. Est mihi collega præceps & icõ-
stans. respondeo. Esto tu cõstãs & modestus: ac for-
titer atq; industriæ ministeriũ tuum age: & iter tui
collegæ errores tua uirtus emineat: nuq̃ enim uirt⁹
clarior eminet q̃ suo admota contrario. Cur nõ po-
K tius illum regas: q̃ te ille præcipitet? Doleo. Victus
sum bello. respondeo. Bello uictus libertatẽ retinet
ac uitam uitio autẽ uictus utrãq; amittit. Quisquis
igit illi succumbit uere uincit. Doleo. Trãsuerso uul
L nere facies distorta est. respondeo. Non uulnus: sed
causam uulneris attende. Iusto cicatrix bello parta:
miris modis honestat faciem uiri fortis: formosum
pro iustitia susceptũ uulnus multoq; speciosior est
M mors. Doleo. Proditus sum ab his quib⁹ fidebã. re-
spondeo. Vix fallitur qui non fidit. Enimuero quo
maior quisq;: eo minus põt tuto fidere: eoq; plus fi
dere ac pluribus est necesse. Vnde fit ut cõmune re-
gum sit prodi: neq; oĩno ullum genus tam noxium
N huic malo. Tyrannidem deposui. respondeo. Sæpe
se nocẽtissimi innocẽtes putant. Sunt tamẽ & aliæ
non minores causæ præcipitatæ tyrãnidis: q̃ alienis
uxoribus iniuriosum non esse: isolentia scilicet: aua-
ritia: crudelitas & superbia: & inuidia. Et ad sũmam
& reges: & tyranni omnes. & quicũq; in potentatu
aliquo sunt: debent si regnare diu uolũt acriter excu
tere. memoriterq; dictum illud Catonis apud Liui
um. Auaritia & luxuria omnia magna imperia sub
uerterũt. Doleo. Superbia extolor. respondeo. Cur O
quæso? An non te mortalem? an non assidue fatiscẽ-
tem? an non peccatorem? an non mille casibus expo
situm? an non morti incerte obnoxium? an non de-
niq; tu te miserum meministis? Scire uelim quid te
horum potissime ad superbiam coartat. An fragili-
tas membrorum: exercitusq; morborũ? an uitæ bre-
uitas? an cæcitas animi inter species uilissimas me-
tusq; perpetuos fluctuantis? an præteritorum obli-
uio: an ignorantia futurorum & præsentium? an ho
stium insidiæ? an mortes amicorum? an aduersus p-
seuerans: an fugitiua prosperitas. Hæ non aliæ sunt
nobis ad superbiam scalæ. his ascenditis ad ruinam.
Atqui cætera hominum pericula: etsi iniustam ali-
quam tamen excusationem. superbia & inuidia nul-
lam habent. Quid deniq; superbis terra & cinis. Ni
hil est odiosus deo q̃ superbia. Per hanc ille pulcher-
rimus creatus raptim corruit per quam tu peccator
uis ascendere. Si sic illi ob hoc unum accidit: quid p
hoc aliis culpis adiunctis tibi euenturum arbitraris
Malum farcinis tuis cumulum supposuisti. Doleo. P
Multa quærendi urgeor appetitu. respondeo. Nec
aduertis quia inter quærendum tempus & uita: cui
illa quærebantur elabitur. Sic mira perplexitas inci-
dit: dum uita abundare uidemini diuitiis indigetis:
dũq; indigẽtia illa præteriit: superuenit altera: & di-
uitiis abundantes uita indigetis. Nõ hoc ignorabat
ille sapiens qui dixit. Qui aceruat iniuste: aliis con-
gregat: & in bonis illius alius luxuriabitur. O terri-
bile dictum: sed cõmune: quotidieq; se oculis inge-
rens: nec idcirco proficiens in animis auarorũ. Do- Q
leo. Æstuquatior libidinum. respondeo. Atqui libi-
dinem torpor gignit: gulla autẽ illam parit. Quid
mirum igitur filiam post parentes sequi. Gulã cer-
te & luxuriam cõmunes uobis esse cum beluis: ma-
ximeq; bestialem uitam uestram fore sapientibus ui
sum est. Itaq; cum sint alio grauiora: nullum uillius
Vnde inquit Seneca. Blandissimæ dominæ nos cõ
plectuntur ut strangulent. Non aliter ergo q̃ latrun
culi uiatoribus insidiantes: eosq; subducẽtes declinã
dæ sunt. Ira æstuo. respondeo. Furis ergo. Ira furor R
breuis est inquit Flaccus. Vix autem iracundus unq̃
adeo quisq̃ fuit: ut nulla re lacessitus irasceretur: nisi
forte Celius: qui clienti suo sibi in omnibus consen-
tienti: atq; omnia confitenti irascẽs exclamauit. Dic
aliquid contra ut simus duo. Durum caput qualiter
tulisset iniurias: qui obsequium non ferebat deus ip
se quotidie uerbis & rebus offenditur: nec semper
irascitur uos omne uerbum casu elapsum ad iniuriã
capitalem trahitis: impatiẽs gen⁹. Doleo. Gula sol-
licitor. respõdeo. Prope id qdẽ nulla res tã uilis tam A
sollicitos uos habet. Terrarũ tractus cæliq; & maris
abdita penetratis: meditati estis retia & hamos &
uiscum & laqueos: & rapaces imperio parere & præ
dari uobis docuistis: ad nil aliud nisi ut gulæ satisfiat
quam non modo explendo: sed ornando fatigatis.

& angustū uentrē uaria arte laxatis: ac punitis obse-
quendo: cui aliquanto utilior fames esset utilissima
B uero sobrietas. Inuidia crucior. respondeo. simul &
peccas & plecteris: expedita iustitia. Sed an non sa-
tis est uestris propriis malis angi quæ tam multa
sunt: nisi & aliena bona uos crucient: undiq; miseri
& insani. Est autem inuidia lippa: longinqua. nō ui
det: uicinitas atq; prosperitas inuidiæ sunt parētes.
C Doleo. Inuidetur mihi a multis. respōdeo. Linque
honores & officia publica: desine incessu elato & su-
perbo comitatu per oracinium uolitare: nec uultu
nec uerbo nec habitu digito te notandum præbeas.
Vulgus & liuor in plateis habitant: sicut & mala fer
me omnia. quidem hostes nullo melius modo quā
fuga uincuntur ac latebris. Tolle mali materiā: ma-
lum omne sustuleris. Minis opibus modum pone.
quicquid eximia spe inflammare animos potest uel
abiice uel absconde. Siquid est quo carere nolis aut
nequeas modeste utere. Inuidiam quam insolentia
exasperat humilitas lenit. Animi aggrauor corpo-
re. respondeo. Torpor ex imperfecta uoluntate ori
tur: mox ut bonum bene uelle cœperis: ardor erit ac
ꝙ impetus: qui cum ad multa sit pessimus: optim⁹
D est ad uirtutem. Doleo. Malo unde non timui circū
uentus sum. respondeo. Si timuisses deceptus forte
tam facile non fuisses. Et nunc cogita an tu aliquan
do aliquem fefelleris. Estis enim fere omnes ad fal-
lendum proni. feres autem facilius ab altero tibi fie
ri: alteri quod feceris. Sed uos & quæ facitis aliis nō
sentitis: & quæ ab aliis uobis fiunt pati nō potestis:
E rerum omniū iniquissimi iudices. Doleo. Infamia
premor graui. respondeo. Si iusta non infamiā sed
infamiæ causam defle. Sin iniusta: errores homi-
num alto animo proculcare: tua te conscientia sola-
re. Vnde si flagitiis collecta: grauis fateor. Si casus:
facilis. Si honesti studio: gloriosa. Siquidem bonis
actibus quæsita infamia laus est. Insultent fatui: tu
exulta lucro nobili. paucissimis enim accidit: omni
semper infamia caruisse. Delicatissima res est fama
hominis: & quæ sæpe rubiginem leuibus contrahit
ex causis: & ad summam ut nil clarius fama est sic nil
obscurari pronius: nilq; peregrinari ut sic dixerim
F capacius impræssionum. Doleo. Alieno crimine in
famor. respondeo. Alieni te criminis dolor attinge
re potest non infamia. unde si alieno crimine mœ-
stus es: esto tua lætus innocentia. Indignum laudasse
G se pudet ac pœnitet. respondeo. Pudor & pœniten-
tia & dolor scalæ sunt & gradus quidam ad resipiscē
tiam & salutem pauci sunt qui ad rectum iter: nisi p
deuia multa cespitando perueniant. Siquidem indi
gnum sciens laudasti: repræhensibilis. At si ignorās
excusabilis. Minus est malum falli q̄ fallere. falli enī
alienum: fallere autem proprium fallētis est crimē.
Vnde indignum laudare malum: uituperare tamen
H immeritum multo est peius. Doleo. Spernor. Re-
spondeo. Circa hoc uerbum unum quattuor bona
dixere esse aliqui. Vnde uersus. Spernere mundum
I spernere nullum: spernere sese. Spernere: se sperni
quattuor ista beant. Hoc tibi ultimū opus est. Nō
possum æquo animo repulsam pati. respōdeo. Cur

petendi tibi arrogas licentiam ac negādi aliis eripis
libertatem? Quid? ꝙ sæpe indigna petitio: dignam
repulsæ præbuit materiam. Quid? ꝙ sæpe etiā pe-
tenti repulsa utilis fuit: cui quod petierat impetras-
se damnosum erat. Multi se magna meritos putant
unde penitus nil merentur: hinc repulsæ dolor. hinc
querelæ istæ quibus orbis terræ: & omnis uita ho-
minum plena est. Potētis domini graui premimur K
iugo. respondeo. Raro equidem tyrannus absq; cul
pa ciuium surrexit in populo. Vetus est autem uer-
bum. Ede quod nutristi. nā si omnis potestas a deo
est: seu ad bonorum exercitium: seu ad malorū poe-
nam: par est ut diuino imperio te summitti sentias:
non humano. Cuius si minister immitior uidetur.
patientia fortassis efficiat ut mitescat: uix est ullum
tam ferox ingenium: ut non obediētia & obsequio
leniatur. uel ferendum deniq;: uel ponendum esse
quod premit. Nempe nihil est certius præter im-
patientiam quæ molestiam non minuit sed aceruat.
Vnde si pessimus est uobis dominus: non erit diu:
si bene philosophis uisum est: uiolentum nihil est
diuturnum: deniq; unum uos omnes habetis hostē
notum. unus multos ille habet incognitos: pericu-
losior status. Doleo. Serui fugiere. respondeo. Spō L
re igitur fecere quod cogendi erant. gratiam habe-
to depellendi immanes bestias tibi demptus est la-
bor: qui nisi fugissent tu fugere debuisses. Nunc tu
liber: nunc tu securus: nunc domus tuæ dominus re
mansisti: fugitiuos uendicandum ius est domino:
tu te dominum dissimula. Nec hoc iure utere: si bo-
ni essent non fugissent. malos amisisse non iactura:
sed quæstus est. Doleo. Graues uicinos perfero. re- M
spondeo. Multum cunctis in rebus ualet opinio. le-
ues finge animo leues erunt. multi etiam suam cul-
pam proximis imputant. acutius aliena cernuntur:
discutiuntur exactius: seuerius iudicantur; suarum
rerum nemo & mitis arbiter & pius est iudex. Vn-
de si penitus ab hac peste uis absolui: in solitudinem
te recconde. Sic enim res habet ut ubi est maior loco
rum uicinitas: ibi maiorem uideas distantiam ani-
morum. Rara sine iurgiis & rancore uicina est. Ne-
mo uestrum nisi fallor Arabum aut Indorum regi
bus inuidet. lippus est liuor longinqua non aspicit.
Doleo. Villicus est mihi nequissimus. respondeo. N
Aut uillici nequitiam tolerare condisce. aut famem
perpeti. Mutare enim uillicum non pderit. ad unū
modum ferme facti sunt nisi ꝙ semper peior est ul-
timus. Sunt enim ita furtis additi: ut eis aliquando
sit culti⁹ id modicum quod furanť: quā quicquid ex
omni iusto labore percipitur: & hoc ipsum tamē fe-
rendum est: nec quæri unus debet quod omnib⁹ est
commune. Doleo. Discipulū habeo indocilem. re- O
spondeo. Perdis operam: littus aras: semina piicis:
natura non uincitur. Doleo. Amicos experior infi P
deles. respondeo. Impossibilem rem narras: ne for
te aūt amicos credideris qui nō erant. Nempe id nō
modo possibile sed cōmune est. In amicicia consilio
utere Catonis: qui amicicias quæ nō placent sensim
dissuēdas eē finit: nō subito discindēdas: ne geminū
graue dānū simul & amici pditi eē uideanť: & q̄sid

hostes:nisi forte acrior casus ac more impatiens ma
turo consilio uti uetet. Doleo. Multi mihi sunt igra
ti. respondeo. An tu idem multis fueris recordare.
Vna enim ingratitudo aliam punit: sicut in rebus
unum sæpe peccatum alterius pœna est. Graue cri-
men ingratitudo: eam uituperare supuacuũ oium
nempe mortalium hanc sermo condẽnat. Nulla uir
tus tam laudata est quin uituperatores inueniat. Gra
titudinẽ nulla barbaries gentium: nulla moꝝ imani
tas non laudabit. Nemo usq̃ nõ uituperabit ingrati
tudinẽ. Si fur. sit siccarius: sit ꝓditor: sit ingratus: ui
tium suum excusare nõ audebit: sed negare. Quæ q̃
uis ita sint: nihilominus tamen innumerabiles sunt
ingrati. Nec est uere uitium aliud: quod tam multis
uerbo damnatũ. tam multi rebus ipsis amplectanť
ac teneant. Quid concludam? dãnandum utiq; non
solum uerbo: sed animo maxime atq; iudicio: & in
se cuiq; bono fugiẽdum: in altero tolerandum. Do-
R leo. Molestissimam habeo uxorem. respondeo. Ha-
bes unde patientiæ laudem quæras: unde discas re-
quiem optare: unde peregrinari ames: reditũq; ode
ris. unde uocem exerceas ac uacillum. Doleo. Impu
S dica est mihi uxor. respondeo. Pudicicia insignis im
periosas facit matronas: nihil metuit quæ sibi nihil
est conscia. huic malo hoc saltem boni inest: etiã mo
lesta minus incipiet: minusq; insolens. Sæpe enim
obsequentior in reliquis uiro est quæ se meminit i-
pudicam. Deniq; b coniugalis tibi fides frangitur:
uide ne tu hanc aliis non maritis tantum: sed uxori
tuæ fregeris. Nam sunt qui ab uxore exigunt quod
non præstant qui lasciuiam suam titulo urbanitatis
excusant alienam: ut grauissimũ scelus seuerissime
punientes: qui cuncta cum sibi permiserunt: cuncta
aliis negent iniquissimi iudices qui de pudicicia iudi
cent impudici. Doleo. Vxor sterilis est mihi. Respõ
T deo. Vnum coniugalis incommodi remedium ste-
rilitas obsequosas facit atq; humiles. Quæ plurimos
parit: iam non uxor credit esse: sed domina: sterilis
autẽ flet & tacet: Annam Helcanæ meministi. Vn-
de puerperam emulantem: nutrices litigantes: ifan
tulos uagientes audire, sterilitas omnia tædia hæc
summouet. Doleo. Rapta est mihi uxor. respõdeo.
A Si incommodum corporis curanti præmium de-
betur: quid non leuanti animi angores & modesti-
as debeatur? Siquis tibi medicus tertianam febrem
abstulisset: & gratiam illi haberes & precium dares:
quid nunc facias continuam auferenti? Nescis quid
raptori debeas. Nam & si coacta iuit uxor: ignosci-
to: at si uolens uno actu duplex tibi quæritur uindi
cta. Nam & adultera suum ad tortorem adiit: & ille
tuum uirus suam transtulit in domum. Qualẽ eniꝫ
B mœchus speret quæ tali fuit marito. Doleo. Vxorẽ
bonam ac decoram perdidi. respondeo. Stulti est
compedes suos quãuis aureos amare: nunquã for-
tassis opimiorem quæstum lux attulit una: quantis
compedibus elapsus es: quanto naufragio enatasti:
iam sine aduersario tui rerumq; tuarum dominus
esse incipis. Ante lucem lectulo matutinus domo e-
gredi: uespertinus regredi: solus autem cum quibus
C uoles totos dies agere pmitteris. Doleo. Iudex me
priuauit sponsa. respondeo. Adulter aut raptor for
sitan te priuasset: leuius est sponsam amisisse q̃ con-
iugem. In illa enim spes perditur: in hac res: leuior
autem spei iactura q̃ rei est: deniq; si in iudicio succu
buisti: dignus est uicisse. Nam duobus de una mulie
re certantibus: qui mulierem habet is perdidit: qui
uicit hic est uictus: qui uincitur hic est uictor & liber
Doleo. Filia lasciuire incipit. respondeo. Occurrere D
principiis: dura ferro: tenera digitis conuelluntur.
Qui sibi uel alteri habitum quærit a teneris annis in
cipiat: facile & tractantur mollia & flectuntur. Vn-
de lautas dapes & uestes illi molles ac fulgidas anu-
losq; & armillos detrahe: & quicqd est illud quo &
ipsa sibi placet: & aliis placere studet. Obiice illi do-
mesticas curas: pensa acus & colos: & siquid est ope
ris quod suaues ac moles manus in callum donet.
Seduc eam a spectaculis: a cursu populi festis etiam
diebus illam domi contine. Nullum uagis ac discꝫ
lis cogitantibus tempus linque: occupatio & labor
& incultior habit⁹ & uictus asperior & secessus: inq;
unum aliquid iugis intentio. Ad hæc testis carus &
uerẽdos frequens admonitio: dulces minæ: & si quã
do re: exigat asperæ: hæ sunt castitatis aduersus im-
pudiciciam fere acuectes: qui & insultantes ociosas
animo passiones arceant: & ingressas eiiciant. Do-
leo. Numerosa prole prægrauat⁹ sum. respondeo. E
Sic dicis quasi fœlicitate deprimaris tua: & uota pri
ma mortaliũ tibi cumulari⁹ obuenisse fers grauiter:
mirum genus impatiẽtiæ. Nã his eos pascet: qui te
a iuuẽtute tua pascit in seniũ qui nõ solũ holes sed pi
sces & quadrupedes pascit & uolucres. Doleo. No- F
uerca supbissima est mihi. respõdeo. Et fœminæ ꝓ-
ptiũ supbia est: & nouercæ est: si geminæ causæ unũ
pariũt effectũ: non est quod stupeas: est quod feras:
teq; preuignũ & filiũ bonũ ꝓbes. Nulla autem re q̃
humilitate melius uincił supbia. Vnde si impia atq;
importuna est tibi nouerca: sis illi pius & patiẽs: pie
tatem patri debes: patientiã fœminæ: reuerentiam
nouercæ. Nam etsi tibi iniuriosa est: iniurias contẽ-
ne. Muliebres eñi iniuriæ contẽptu magis meliusq;
q̃ ultione plectunť. Doleo. Durũ patior parentem.
respondeo. Duricies pr̃is sæpe filio salubris: semp G
damnosa mollicies: nõ linguæ tantũ: sed nec uirgæ
parcendum docti consuluere. Nam quæ tibi durissi
ma: illi forsan utilia uidentur: cui & certius iudiciuꝫ
& incorruptior est affectus. Adolescentia non nisi
quæ sub oculis sunt metitur: ætas maturior omnia
circũspicit. Deniq; si durum habes patrem: habes q
amorem: ubi pudorem: ubi patientiam tuam ꝓbes
nullum imperium in terris iustius q̃ patris. Nulla
honestior seruitus q̃ filii. Nil tam suum cuiq; est q̃ fi
lius patri: nihil cuiq; indignius eripitur. Doleo. Ha H
beo filium contumacem. respondeo. Dum aliquid
uel minimum spei est: semper ad misericordiam in-
clina: mementoq; te patrem non esse iudiceꝫ. Neq;
hic tibi Terentianum illud excidat: pro peccato ma
gno paululum supplicii satis est pr̃i. Magis aũt ani-
mum premit pungitq; acrius superbi filii uerbum
unũ irreuerẽti⁹ ꝓlatũ q̃ seueri pr̃is quæcũq; duricies
Ille enim iniuriam facit: hic iure suo utitur. Doleo. I

Fili⁹ qui meus dicebatur alienum audio. respondeo
Cur hoc altis poti⁹ quã uxori credis. qua hoc unũ sal
tem nemo certius nouit. Illa certe tibi filium dedit
quem nunc alii nituntur eripere. Audisti credo in
patrum memoria uir illustris fuit: cui forma & ge
nere uxor obuenerat: sed fama pudiciciæ ambigua.
Ex hac unicus infans pulcherrimus nat⁹ erat quem
die quadam in gremio habens mater: grauem curis
& suspirãtem uirum aduertisset: quæsiuit quæ nam
tanti causa suspiri esset? rursus ille suspirans: uellem
inquit dominii mei dimidiam partem pacisci ut mi
hi ita constaret hunc puerum meum: sicut constat
esse tuum. Ad hoc illa nihil fronte mota uel animo
Enimuero inquit nequaquam tanti precii est opus.
da mihi centum prati iugera ubi greges meos pas
cam: & de hoc ipso certum te faciam. Cũque ille im
possibile prorsus id diceret: conuocatis qui prope
erant proceribus: & sponsione interposita: natũ illa
ulnis extulit. Est ne inquit meus uere inquit. cũ uir
annuisset. illa brachiis. protensis illi puerum porre
xit: & accipe ait dono eum tibi. Iam haud dubio tu⁹
est. risu abstantium aborto pro uxore diffinitum: &
uir omnium sententiis condemnatus est. Doleo.
K Filium amisi. respõdeo. Si pium nihil est quod iam
illi timeas in tuto est. at si imperium numeratorem
L annorum: tuæ stimulum senectutis amisisti. Doleo
patrem amantissimum amisi respondeo. Incipe iã
de aliis curare: qui te curet amplius non erit. Neque
M scis quid sit patrem perdere nisi filium habuisti. Do
N leo mater obiit mitissima. respõdeo. mater subsistit
durissima: quæ te & matrẽ quam requiris uno gre
mio seruabit: cuius in utero fuisti: illa huius in ute
ro tecum erit: te & illam ut credimus die ultimo pi
O turam. Doleo. Amisi fratrẽ. respõdeo. Fortassis ui
tæ tuæ æmulũ & gloriæ obicẽ: fratris iperio nullus
hostis ifestior. Doleo. Est mihi discors domi frater.
respondeo. An & hoc miraris esse magna in domo:
quod in ipsis materni uteri fuit angustiis: ubi olim
& si maioris misterii uelamẽtum eẽt certe nõ discor
P des fratres legimus: sed bellantes. Estne igit nouũ si
faciunt armati quod non nati solent. Doleo. Amici
absentia me affligit. respondeo. Est id fateor cõmu
ne mulierũ atq; oium muliebriter amantiũ: quorũ
delectatio ois in sensibus est. Nihilominus de his ip
sis poeta loquebatur ubi ait. absentẽ absens auditq;
uidetq;. Interdum asit non cognoscitur amicus nisi
abesse cæperit. Sicut cunctis in reb⁹: sic in amicis co
pia ingens gustum hebetat: penuria acuit. Quod si
magiste. amoris intermissionẽ amãtibus utilem di
cit: quibus oibus in præsentia est uoluptas: cur nõ
eadem utilis sit amicis: quorum in uirtute iucũditas to
ta est: quæ absentiæ nullũ sentit incõmodũ: cũ ubiq;
præsens sit. Noli ergo desiderio succũbere: sed ami
cum mẽte amplectere: quem tibi nec discessus eripi
Q at nec mors ipsa. Doleo. Innumerabiles usq; ad tæ
dium me honorant. respondeo. Tu uero dei mun⁹
agnoscito. Ille te honorat ut te illũ & honorare de
lectet: & inhonorasse pœniteat. Ois honor & quod
cũq; homini ab hoie bonũ fit a deo est. Quãuis autẽ
nõ sit optanda cælebritas per seipsam: ferẽda est tñ:
& amandæ causæ ipsius uirtus & idustria: neq; unq̃
ut illa careas deserẽdæ. Multo est gloriosus labor op
tabilior q̃ ignaua requies. Item malos mores homi
num ægre fero. Si charitate motus laudo. Si ira uel
indignatione nõ laudo. Quid ad te enim quib⁹ mo
ribus sint alii: dũmodo tu sis bonus. An nũc primũ
intellis uulgi mores? An tibi negociũ paruũ sentis:
uitã tuã cõponere? nõ inuigiles alienæ: & id aggre
diare: qđ nec ars usq̃ efficere ualuit: nec natura. Vñ
nihil unq̃ spes: nisi tædia & labores fuerint. hæc tñ &
philosophis curæ: quorum alter in publicũ egrediens
semp flebat: alter contra mores hoium ridebat neu
ter sine causa: sed istud pietati: hoc superbiæ propin
quabat. Item: Enormes ac subitos hos habitus ferre
non possum. Male per uim dehonestari ferres si ne
cesse eẽt. qui spõte sua alios deformatos pati neque
as. Sine illos indui ut libet: tu ut licet atq; libet indu
ere: atq; ita te ulciscere. Non minus lasciuos oculos
honesti habitus offendunt q̃ modestos inhonesti.
Quid quæreris? fœditas aliena tuo adiacet decori.
Item tot fraudes: tot artes auaritiæ: tot species libi
dinũ: quis ferat? Quæ tibi merito displicẽt: declina:
& quæ in aliis damnes: ne in te damnent alii caueto.
Item: Quis hoc gulæ regnum? Maxime ebrios spa
ciosa sobrietas: ubi æq; boni omnes: nullus excellit.
Item. Quis tam multa mendacia. Si mendacio of
fenderis ueritati stude. Itẽ. Quis tot ferat insolenti
as? humilitas eo acceptior quo plurib⁹ est obsessa su
perbis. Item. Vulgi contẽtionibus fessus sum. Vul
go aures dum præbueris: nõ quiesces. Item. Vulgi
strepitu fatigor: uulgi uerba despicito. pene enim
quicquid uulgus loquit aut nihil aut falsum est: idq;
nõ aliter q̃ mugitus bouum: aut balatus pecudum:
aut ursorum murmur. qđ eni tibi beluarũ uoces sũt uł
inertiũ uł ferarũ. Itẽ. Latratib⁹ canũ uexor. Qui uul
gi latrat⁹ ferre didicit: nullos horrebit canes. Itẽ. Pu
licib⁹ ingetor. Sanis cogitationib⁹ cõquiesce. Cogi
ta nihil mali pter peccatũ hoi cõtingere. Multis nõ
hæc modo facilia: sed quæ uident grauissima pfue
rũt. Quid scis an si pulices abirẽt: sopor nimius aut
male libidies subirẽt. Crede bñ in oib⁹ tecũ agi: bene
erit. Si igit nocturno pulicũ plio uictus es: qđ sup
bis igit umbra & cinis? qđ erigeris iners luctũ a puli
cib⁹ uictus: cõtra deũ calcitrãs; iumẽtũ indomitũ ac
stolidũ. Itẽ. Mures thalamũ ifestãt. Quid scis an ipsi
in thalamo exorti: quẽ tu forsan pegrinus ihabitas:
de te iusti⁹ q̃ri possint: q natale illis aduena solũ eri
pis. Sed omissis iocis horum oium rõ una est. Idcirco
eqdẽ his ifestis uitã agitis: ut discatis alterã optare:
atq; illuc aium hẽatis: ubi nec mures nec fures: nec
araneæ: nec tineæ: nec dãna: nec tædia illa sunt. Itẽ.
Magno torqueor calore. Expecta hiemis tædiũ hoc
pulsare festinet. Itẽ. Mœsto ac turbido atteror liti
gio. Pro re aptis ipotecis usus es: ubi eni lis ubi nec
gaudiũ nec tranqllitas eẽ põt: tu si litib⁹ uis carere: li
A tiũ cõtemne materiã. Auaritia lites parit: & partas
alit. Doleo. Mortẽ timeo. respõdeo. Et nasci timuis
ses & uiuere: uitæ limẽ initium mortis est. Nã quic
quid est natum moritur: quicqđ moritur natũ erat.
Quãmulti ægre nomen illud audiunt: quod sem

per internam aurem pulsare debuerat: nempe fine
quo non est qoi seipsum corrigere possit. Recusatis
ecce mortẽ cogitare quã cõfestim & cogitare opor
tebit: & pati: cuius passio faciliter sequeret: si cogita
tio pcessisset: nunc simul in angustiis altera alterã ex
asperat. Omne. n. inopinũ & subitum aiam quatit.
Æqoe stultũ ẽ uel appetere id frustra: uel uitare uel
le quod nequeas. Atq; nil dãnosius in humanis ma
lis: q̃ dei suiq; ipsius & mortis obliuio: q̃ tria sic cõne
xa sunt ut uix ualeant dissolui. At uos uri memores
uideri uultis: & principii: & finis imemores. Vna ẽ
moriẽdi necessitas; tam & si multa sint mortis gene
ra ut uitæ: hãc tu cupis excutere: quã nec patres tui.
nec ulli unq̃ reges gentiũ excusserũt: nec excutient q
dem. Optare ergo bene mori: qd ipm nisi bene ui
xeris frustra est. Optare inqoã & enitimini & qd in
uobis est facire. Reliquũ illi cõmittite quos in hanc
uitã ultro uocauit: & nõ rogatus manũ dabit. non
mori aũt nolite optare. nõ modo. n. ipudens arro
gãsq; sed inefficax etiã & inane uotũ est. Assuescite
o mortales naturæ legibus: & ineuitabili iugo colla
sũmittere: & si uosmetipos amatis q nati estis: ama
te nõ q nati esse uelletis. Neq;. n. natura nobis; sed
B illi obsequi par est. Mortẽ mihi cõcire ppositũ ẽ. re
spõdeo. Rẽ unã nunc metuere nũc optare: hæc tota
uestra cõstãtia est. Nunc tu mortẽ muliebriter for
midabas: nũc eãdẽ inhumane appetis. rogo quænã
subita mutãdi cã est? Si tædio uitæ: familiare hoc ui
tium stultoꝝ olum. Sapientibus. n. oĩs uita jucũda
est: lætam libẽter: tristẽ ferũt patiẽter. Et si rebꝰ ipsi
nequeunt: patiẽtia delectanẽ. Nihil in rebus lætius;
nihil diutius est uirtute. Illa est q̃ molesta lenit; obli
qua dirigit: dura mollit: ac mitigat ardua: atq; aspe
ra quæq; cõplanat: cessant quærimonia. cessant pci
picia: & ad summã: sapiẽtis uita nil serenius nilq; trã
quillius. Hic aũt aioꝝ flatus atq; angores: hæ nobes
& pcellæ: q̃ in scopulos fragilẽ uitæ tubã tradunt: e
sola tristitia oriunẽ. Sin aũt morbi ipatientia mori
eligis stulte quidẽ eligis ac supbe. Sine dñm de suo
corpore qd ipse fecit statuere: an qd tibi in tuo ædi
ficio oĩs licere. in quo nõ lapides tu fecisti in quo de
niq; pter structurã nihil est tuũ: id in suo licitũ dño
oium nõ uis? qui nõ in illo tantũ carnẽ & ossa & san
guinẽ & spũm. sed cœlũ & terras & maria & oĩa q̃
his sunt creauit ex nihilo. Nec dicas apud temetip
sum. corpus meũ graui dolore angitur: nõ tu dñm
sed usum corporis accepisti breue ad tẽpus. luteæ te
dñm domus credis. inquilinus es. qui fecit oĩa is est
oium dñs. Igiẽ uitã æquanimiter perferendã. mor
tem fortiter spectandam. hæc nostri remedii sũma
C est. Doleo. Morior. respondeo. Omnes hi qui mõ
lectulum tuum ambiunt. oẽs præterea quos uidisti
unq̃. omnes de qbus audisti aliquid aut legisti. iter
hoc egerũt acturiq; sunt. uno dum moreris carnis
tributum. naturæ debitum persoluis. fac libens qd
uel nolens faceres denique non moreris: sed obdor
mis: oiræq; fessus ut arbitror requiescis. Vadis i æter
nam requiem: ubi nunc primum uiuere incipis: bo
D na mors initium ẽ uitæ. Doleo. Morior ante diem
& dum bene agere cogitabã. respõdeo. Ante diem
nemo moritur: sed nõ oibus dies idem immo ut exi
mius uates ait. Stat sua cuiq; dies. ad quã quisq; dũ
uenerit metam attigit. Et quid q bene agere cogita
bas: nec agebas? sic fortassis in perpetuũ cogitasses.
Sunt qui bene agere cogitant nunq̃ tamẽ incipiũt.
Quod si bene agere cœperas ne dubita: q̃uis boni
operis finem mors peruertat: apud cæca hoium iu
dicia fortasse aliud. sed spernendũ apud infallibilem
rerum æstimatorẽ nil tibi subtrahitur. integra mer
ces tua est: nõ actuũ modo: sed uotoꝝ. Quid si plus
uixisses? nunquid ideo nõ uixisses modicum? Quid
plus lquam habet qui diutius uixit: nisi forte curas:
labores: dolores: & tædia: & forte peccata. Est in ex
pectatione fateor plusculum aliquid. at cũ spacium
utrũque transierit (mihi crede) nihil inuenies quo
plus uixisse facilius sit. Doleo. Morte pereo uiolen
ta. respondeo. Si nolens moreris uiolenta mors oĩs E
est. at si uolens: nolla. Persuasum autẽ multis scio in
mari miserum mori: q ætherus atq; ardẽs spũs suo
contrario uidetur opprimi. Sed de hac re nautæ ne
scio cuios responsionẽ probo: quem cũ quidam in
terrogasset: ubinam pater eiꝰ obiisset? in mari ingt
cumq; idem ille de auo & proauo atq; attauo noia
tim ex ordine quæsiuisset: responsumq; idem de sin
gulis accepisset: intulit: & nunquid tu inquit mare i
gredi non times? Respondit nauta dissimulans. Et
ubinam tuus pater obiit? suo ait in lectulo. ubi auus
inquit. & is ait & proauus & maiores mei omnes su
is in lectulis obiere. Tum naota: nunquid tu tuum
in lectulum non times ascendere. Elegãter quidem
aliqoantoq; plus q̃ nauticæ de morte igitur natura
uiderit quæ mortales fecit. ad de genere mortis: de
loco & tempore uiderit fortuna. unde non ubi; sed
qualiter moriaris ad rem pertinet. ubiq; bene mori
licet: ubiq; male non. Non in loco, sed in animo est
qd fœlicem mortẽ facit aut miserã. Et quid refert
corpus terrenum terræ reddas: an pelago. Doleo.
Ignominiose morior. respondeo. Nemo bonꝰ ma F
lem oritur: nemo malus bene. honestam mortem
non funeralia: non ministeria: non purpuræ faciũt
eximiæ: non immersi clypei atq; enses: & flens dñm
familia: & uulgi clamor ac lamenta: sed uirtus & cla
rum meritis uiri nomen. dura mors fortasse uidebi
tur ignominiosa: certe non fuerit: immo uero non
nunquam eo clarior quo durior. Et ad summã oĩe
genus mortis honestare potest uirtus uirtutẽ nul
la mors inquinat. O si domi morerer. respondeo.
Multa ibi forsitã uideres quæ mortem tibi efficerẽt G
grauiorem. Vnde ideo te summotum crede: ut reie
ctis curis oĩbus deum solum cogitares. Quid de li
beris: quid de patrimonio sperẽ nescio. respondeo.
Et patrimoniũ dominos inueniet: & liberis sua fors
erit. Nam a terreno patre desertos: in suam curam H
cælestis pater accipiet: non relicturus ut tu. neq; or
phanos facturus. Ille eos nutriet & docebit a iuuen
tute eorum: modo dociles se præbeant: & usq; in se
nectam & senium usq; ad mortem & sepulchrũ nõ
destituet. Spes nascentis hominis deus nõ genitor:
q̃uis diues: q̃uis ille rex: non est ædificandum l are
na: sed in petra. Omnis spes de homine breuis & ca

duca est, filii igit̃ tua ſpe deluſi: ponant in deo ſpem
ſuam, & cantent cum Dauid. Pater meus & mater
mea dereliquerunt me: dominus autem aſſumpſit
me. Multorum Idolem filiorum & uirtutum ſæmẽ
mentibus inſitum: parentum blanditiæ extiterunt:
ſicut ex aduerſo moliciem ſæpe excuſſit orbitas ac
paupertas. Quid agat uxor poſt me amãtiſſima ne
ſcio. reſpõdeo. Tuo iugo abſoluta uel ſubibit: uel li-
bera ceruice uagabitur: quid ad te. Quid cũ te uaſe
rit actura ſit cogitas. cum tibi ſubiecta quid egerit
neſcias. Magna pats mortalium quid domi ſuæ fiat
neſcia: quid in cælis agitur. quid ue in terris agendũ
ſit quærit. Siue quid deinceps agat uxor ipſa: eadẽ
uel maritus alter uiderit: ad te amplius cura illa non
A pertinet. Quid de me poſt facta dicent homines. re
ſpondeo. Intempeſtiua ſollicitudo hoc a iuuentute
prouiſum eſſe debuit. qualis fere uita hominũ talis
eſt fama. Sic habeto: qualis quiſque dignus ſit fama
poſt mortẽ: nulla re melius q̃ morte cenſeri. Quip-
pe cum multos per omnẽ uitam inglorios & obſcu
B ros ſola (dictu mirabile) mors illuſtret. Doleo. Na
ti quos optabam ſperabãq; ſuperſtites præceſſerũt.
reſpondeo. Habes ad quos ire cupias: non a quibus
doleas abire non exiguũ ſolam dubitari autẽ nequit
quomodo multi fælicius obituri fuerint: ſi ſine filiis
C obiiſſent. Doleo. Inſepultus ero turpis aſpectu. re
ſpondeo. Parum ne oro negocii tui habes: ni ſuſci-
pias alienũ. prouideant quos res tangit. hanc tu enĩ
turpitudinẽ non uidebis. Et hæc de remediis aduer
ſæ fortunæ. Sequitur proſperæ eiuſdem.

¶ Frãciſci Petrarchæ: de pſpera fortuna remedia.

G Audeo ætas florida eſt & multum ſuper
D eſt uitæ. Reſpõdeo. En prima mortaliũ
ſpes: quæ multa hominũ milia & fefellit
& fallet. Inane gaudiũ: & breue. flos iſte
E dum loquimur areſcit. Gaudeo. Forma corporis ele-
gantiſſima eſt. Reſpõdeo. Fragili niteris fundamẽ-
to. Corpus ipſum umbræ in morẽ præterit. & tu
momentaneũ corporis accidens tibi manſurũ ſpon
des. Reuere quærunt accidentia ſtante ſubiecto: ne-
queunt illo ruente non ruere. Tuũ igitur breue ca-
ducũq; donũ: inane gaudiũ ſine inuidia tibi habeto.
habes tu formoſe hoſtẽ tuũ domi: quodq; eſt peius
delectabilẽ ac blandũ habes raptorẽ quietis & tẽpo
ris: perpetuũq; tortorem. habẽs & materiã laboris
hubertimã. habes uelũ oculis: laqueũ pedibus: aliis
uiſcũ, haud facile ſeu uera diſcernere: ſeu ueritatẽ ſe-
qui poteris: ſeu in altum euolare animo: multos enĩ
ad honeſta pergẽtes forma detenuit: detorſitq; cõ-
trariã in partẽ. habes poſtremo diſcriminũ cauſam
fomenta libidinũ: nec minorẽ quærendi odii q̃ amo
ris aditũ. fies mulierculis forſan amabilis: odioſus
uiris: aut forte ſuſpectus: quoniã nulla re magis q̃
forma corporea coniugalis zelus accenditur. Nulla
autẽ res ardentius appetitur q̃ forma. nulla animũ
mouere potentior: atq; iõ nulla ſuſpectior. O quot
delectabilius abſtinent formoſi iuuenes: quot ſuſci
piunt labores. quanta ſibi inferunt ſupplicia: ut for
moſiores non ſint quidem: ſed appareant. quãti ſit
forma uiui hominis mors oſtendit. nec mors ſola;

ſed ſenectus & paucorũ ſpaciũ annorũ: imo uel uni⁹
lucis repentina febricula. Poſtremo ut nihil extre-
mũ incidat: per ſe ſæpe ſtando durandoq; conſumi
tur: & in nihilum redit. Neq; tantũ gaudii ueniens
tulit: quantũ fugiens fert doloris. Veris ergo ac mã
ſuris bonis delectari conuenit: non falſis ac labenti-
bus. Si id efficis: ut uirt⁹ animi corporis formæ iun
cta ſit: tum demũ undiq; fortunatus eris: formaq;
clarior uidebitur: & uirtus gratior. Quare non mi-
hi uiſus eſt errare Virgil. qui ait. Gratior ẽ pulchro
ueniens e corpore uirtus. Gaudeo. Valetudo corpo F
ri. bona eſt. Reſpondeo. Bene utere: alioquin leue
bonũ. Multis periculoſa & peſtilens ſanitas fuit qui
tutius ægrotaſſet. Gaudeo. Ancipiti ægritudine ab G
ſolutus ſum. Reſpondeo. Creditorẽ habes in fallibi
lem: dilata ſolutionis dies eſt: ſed non caſſa. habes
ægrotari iterũ & mori: & ſomn⁹: & uigilia: & labor:
& requies: & morb⁹: & ſanitas æqui ſunt gradus ad
mortẽ. Gaudeo. Vaſtum & præualidũ corpus eſt. H
reſpondeo. Nemo milone robuſtior: clariores mul
ti. Taurina eſt gloria. præſtantiſſima rerũ uirt⁹ mo
le corporea non eget: in animis habitans. & certe
uide nequid aggrediare uitiũ fiducia quo imbecillis
appareas. Gaudeo. Incredibilis mihi pernicitas mo I
do eſt. reſpondeo. Cũ oẽs homines exceſſeris: lepu-
ſculum non æquabis. Gaudeo. Ingenium magnũ k
eſt. reſpondeo. Bonũ cupio & modeſtũ: magnitu-
do ſola ſuſpecta eſt. Sæpe magnũ ingeniũ magno-
rum initium malorũ fuit. raro enim magni errores
niſi ex magnis ingeniis prodiere. Gaudeo. memoria L
prompta eſt. reſpondeo. Malem uolũtas prona ca-
ſtumq; deſiderium & honeſta conſilia & actus inno
cui & uita probri neſcia. Nam ſi tibi memoria mul-
tarũ rerũ eſt: multis in rebus pauca delectant; pluri
ma cruciant: & ſæpe delectabiliũ mœſta recordatio
eſt. Et ſi apud te tenax eſt memoria: ſatis erit ſi cœle
leſtium præceptorum quæ tam pauca ſunt nume-
ro, ſi dei unius: ſi tui met apud te recordatio habeat.
Gaudeo. Sapiẽs ſum. reſpondeo. Crede autẽ nunq̃ M
ſi uerus eſſes hoc diceres. Sapiens enim quantũ eſt
quod ſibi deſit intelligit. non gloriatur itaq;: ſed ſu-
ſpirat. Credere ſe ſapientem primus ad ſtultitiam
gradus eſt: proximus confiteri. Nec moueris ſi uul
go ſapiens dicaris. uulgus enim inſanos ſapiẽtes di
cere: & ſapiẽtes inſanos iure ſuo didicit. quod eſt ut
falſa pro ueris & uera pro falſis habeat. Nihil ẽ a ue
ritate remotius q̃ uulgaris opinio. De uera religio-
ne mihi placeo. reſpondeo. Placere ſibi ſuperbiæ ẽ. N
hæc autem uera religio eſt: quæ te deo & deum tibi
religat. humilitatẽ piis mentibus inſerit. inſolentiã
extirpat. Sit tibi ergo gaudere permiſſum ut quan-
to lætior quantoq; religioſior: tãto ſis humilior: &
operibus bonis affluentior. illi gratiam agens qui
tibi ex hac mortalitate rectum iter oſtendit ad æter-
nam uitã. Gaudeo. Quiſquis ego ſim opinio homi
num de me bona eſt. reſpondeo. Opinio rem non O
mutat. Opinio nomen eſt rei ambiguæ. certiſſima
res eſt uirtus. Si bonum te cõmunis habet opinio:
quid ſi malus tu? nunquid opinio falſa eſt. ſcientem
certe falſo gaudere dementia eſt. Nõ refert qd de te

alii sentiant: sed quid tu. Est intus in anima testis cō
scientia tua. hanc interroga: illi crede. Nā & si uir bo
nus tibi uidearis. ergo es malus. boni. n. sibi displi
cēt. seq; accusant. Si deniq; totū uulgus una te uoce
laudat. nulla pronior ad errorē atq; ad pcipiciū uia
est q̄ p uulgi uestigia. quicquid. n. uulgus laudat: pe
ne uituperio dignum est. quicquid prædicat uel cē
cogitat uanum est. qcquid loquitur, falsum est. quic
quid improbat bonum est. quicquid approbat ma
lum est. quicquid agit stultum est. Igitur nunc insa
P niorum sermunculis gloriare. Gaudeo. Liber sum.
respondeo. Plane si prudens es: si iustus: si fortis: si
modestus: si innocens: si pius. horum siquid absuit:
pro ea te parte serui scito. Sed idcirco te ut reor libe
rum dicis: q esse tibi dominum non uides. Sunt. n.
uobis inuisibiles animorū domini. Est in ipsa origi
ne hominū latens pestis. est nascendi genus obno
xium peccato: qua nulla grauior seruitus fingi pōt.
Sunt occulti hostes & bella clandestina. Sunt q̄ mise
ras animas nundinētur uoluptates fœdissimæ: quæ
uos inenodabili laqueo uinctos tenent. Ite nunc &
libertate gloriamini. Sed uos cæci nihil nisi corpo
reum uidetis. unde eū qui uni mortali domino sub
est seruum dicitis: eum uero qui mille imortalibus
opprimitur tyrannis liberū iudicatis: eleganter ut
reliqua: profecto autē liberū non facit fortuna sed
Q uirtus. Gaudeo. Patria mihi fælix ac nobilis est. re
spondeo. bene per omnia si uirtutū hospes uitiorū
hostis. fortunæ. n. illud. hoc autē tuū est. Estimatio
ne uera egregiæ atq; summæ patriæ laus: sola uirt9
R est ciuium. Gaudeo. Magna est nobilitas antiquoꝝ
meoꝝ. respondeo. Mallem per te aliī: q̄ tu per alios
noscereris. uerum age aliquid & tu unde sis nobilis
Nā & illi nisi aliquid egissent laude dignum: nunq̄
nobiles fuissent. uerus nobilis non nascitur. sed fit.
& ne forte uideatur hæreditarium bonū uirtus: nō
libens dico: sed res ipsa loquitur: raro excellentis ui
S ri filius excellens fuit. Gaudeo. Multo & magno in
statu natus sum. respondeo. Iam primo ex alto gra
uis lapsus: & magno in pelago rara quies. In imo
autē præcipiciū nō metuas: nec naufragiū in sicco.
T Gaudeo. Lautis & multiplicibus utor cibis. respon
deo. propter crapulā multi perierunt. qui aūt absti
nens est adiiciet uitā. Ipse demū professor uolupta
tis. Epicurus tenuē uictū quasi unicū auxiliū suæ p
fessiōis & laudauit & coluit. Cibus. n. tenuis ac mo
dicus: siccos: ualidos: & aspectu placidos: ac odore
corporis nec sibi nec aliis molestos facit. Victus aūt
crapulæ madidos: æstuantes: tremulos: & olentes:
& ut Ciceronis utar uerbis sudantes & ructantes fa
cit: ut aspectu uideatur quid inter sit inter frugalita
A tem & crapulā. Conuiuiis glorior. respondeo. lau
tus uictus & uoluptaris conuiuia. quid aliud sunt ni
si pomparicus furor. Nonne furor est multos diui
tes a negociis fortassis honestioribus abstrahere: &
honorifico tædio unū in locū congerere: & multos
uentres aut uacuos melius mā̄suros aut saltem suo
gratius splendos arbitrio: exquisitis & nociuis cibis
infarcire: ubi ut uni morem gesseris palato: multis
tædio fueris ac fastidio. Sed & raro inter conuiuas

consensus conuenit: uersūq; depræhenditur quo ait
ille. Tres mihi conuiuæ prope dissentire uident. po
scētes uario multū diuersa palato. Si tres discordēt:
quid centū facient aut mille. Vix sine tacitis abeunt
lamentis inter se murmurando. hoc male sapuit: il
lud male oluit. illud præferendū fuit illud gelidum.
illud intēpestiuum. crudū illud. hoc lacerum. Iste fa
mulus segnis hic præceps. hic surdaster. hic contu
max. hic clamore offendit. hic silētio. ille illotis uasis
aquā tepidā. hic uinū molle porrexit. His querelis
non tam aulæ q̄ uici resonant & plateæ. Si igit̄ que
relis ac fastidio conuiuaꝝ uis abstinere: cōuiuiis ab
stine. Qui aūt hoc ipsum arguit. q conuiuio non in
terfit: non iam ille conuiua est: sed impudentissim9
perasitus: cuius lingua non plus existimanda q̄ gu
la est. Gaudeo. Egregiæ & exquisitissime induor. re B
spondeo. quæ pura sunt nuda uideri amant nos est
fœda coloribus abdere: pudebit autē cultus exterior
quotiēs quid eo tegitur cogitabis. Insana. n. ambi
tio ē simū tegere purpura. Gaudeo. Optimo quie C
te perfruor. respondeo. quæ deus uel natura uel ars
aliquando nobis ad obsequiū dedit: in uestrum de
decus damnūq; conuertitis: potum cibūq; ad ebrie
tatē ad crapulā ocium & quietē ad somnolentiā ua
ualetudinē & robur ad iniurias. ingeniū ad fraudes.
scientiā ad superbiā. eloquentiā ad discrimē. domi
ciliū ac uestitū ad pompā inanēq; iactantiam. opes
ad auariciā & luxum plenū. coniugiū ad metū & sol
licitudinē imortalē. Ite nunc & stupere & quærimi
ni: de fortuna & malis uestris igemiscitis: de bonis
mala facitis: deq; cælestibus bonis cōpedes uobis ac
uincula animæ conflatis. Somno autē si delectaris:
audiendus est Hieronymus ad Eustochiū scribens.
noctibus bis terq; surgendū inquit. reuoluendo de
scripturis quæ memoriter retinem9. deniq; his stu
diis fatigati oculi alterno sopore recreandi. & breui
quiete recreati alterno exercitio fatigandi erunt. ne
totis noctibus dormiendo. & culcitræ incūbendo
sepulta cadauera uideamini: motu crebro atq; hone
sto uos & uiuos & uirtuti deditos comprobate. Bo
nis odoribus illicitor & delector. respondeo. Fieri D
nō potest: quandoq; delectabilia sunt natura & alli
ciant. & dum præsentia sunt delectēt. Sed Augusti
ni respice sententiam. de illecebra odorū inquit non
satago nimis: cum absunt non requiro: cum assunt
non respuo: paratus eis etiam semper carere. Canti E
bus sonisq; permulceor. respondeo. Ad quid refert
& haud dubie in animis hominum generosis maxi
me potentissima musica. sed effectus supra fidē ua
rii hos ad læticiam inanem: hos aūt ad factū hac de
uotum gaudiū: piasq; nonnunq̄ lachrimas mouet.
Quæ uarietas in diuersas sententias magna traxit i
genia: Nempe Anastasius uanitates omnes fugiēs
canendi usum in ecclesiis introduxit. Ambrosius au
tem pietatis exercitiū appetens ut caneretur insti
tuit. Choreis gaudeo. respōdeo. miror. nihil enim F
unq̄ ex choreis nisi libidinosum & inane spectaculū:
honestis inuisum oculis: uiro indignū. Corpus ani
mum regit ac detegit: manuum iactura: pes mobi
lis: oculus uagus ac petulans: tale aliquid arguūt in

animo esse q non cernitur. Occulti.n.affectus & pe
ctoris latebræ sæpe paruis indiciis patescunt. Sessio
ac cubitus: gestus: risus: incessus: sermo signa sunt
animi. Cauendű est ergo ualde modestiæ cultorib⁹
nequid effœminatű agant aut loquantur. Quid ob
secro est chorea nisi ueneris præludium: liberæ uo-
lant uoces. Est aűt sæpius hostis pudiciciæ: & amica
scelerum nox ipsa. En delectat pilæ ludus. respődeo.
G Si quidé motus omnis uehæmentior: præsertim si
clamore permixtus fuerit: honestű dedecet īgeniű.
H Aleæ ludus placet. Respondeo. Damnosus quidé si
aduertis. Nec obstat q Augustin⁹ eo usus fuit: qui
diutissime atq optime rexit: id p diuerticulo labo-
ris elegit. Sunt.n. doctis & magnis uiris appetitus
quidã peregrini quos si idocti imitari uoluerint fa-
I cile labi possunt. Gaudeo. lusi & uici. respondeo. lu-
des iterų & perdes. Quod uicisti aűt hinc atq illinc
mille deripiét. qď perdideris nemo restituet. Et qď
lucratus fueris non fit tuű. at qď perdis si nő fuerit
alterius: tuű tamen esse desinet. Non ergo gloriare
q uiceris. Ludus turpis. dãnosa uictoria. breue gau
dium. & esse gaudiű de suo malo stultum est. Sed &
quid prouerbialiter uulgatű sit de hoc ludo memi-
nisti & uerum iugi experientia deprahédit. Oés.s.
istius ludi magistros nudos esse atq inopes & ege-
k nos. Gaudeo. Histriones doctos habeo & ad risum
me mouentes. respondeo. Habes de quibus rideas
quiq irrideant atq rodant: pestis diuitum peruetu
L sta. Palestris nudis delector. respondeo. Si sis specta
tor uanus. Si aűt luctator. insanus. Spectaculis dele
M ctor. respondeo. Spectaculis pudicitiã sæpe stratã
semper impulsam uidimus. Et ut sileam uiros qui-
bus horum scelerų furor est: ut pene iam adulterio
glorientur. multarų ibi fama perit pudorq. Multæ
deide domű pudicæ: plures ambigue rediere. Equo
N libens circumuector. respondeo. Non multo est pe-
ius mari turbido: q frementi equo rapi. nullum ani
mal insolétius domino suo est. Ex canibus gaudeo.
O respondeo. Audi Flacum dicenté. Equis canib⁹ gau
det. Et sequitur. In uitium flecteris monitoribus a-
sper. Vtilium tardus prouisor prodigus æris. Sub-
limis cupidus & amata relinquere pernix. Gaudeo.
P Serui mihi multi sunt. respondeo. Multi serui mul-
tæ lites multæq discordiæ multa deniq bella dome
stica: quorų uel spectator fedus uel laboribus com-
positor sis oportet: interq reos & accusatores me-
dius seruis tuis seruias: iudex factus ex domino. Me
lius.n. pauci seruiűt q multi. ubi multi serui sunt al-
ter alterius manus aspiciens quiescit laboréq fugit.
At quidem ubi multi serui: ibi multus est strepitus.
pauca seruicia. secretum nullum. Quot seruorų lin-
guæ. tot præconű tubæ. quot seruorų aures atq cu-
li. tot domorų rimulæ. quibus etiam quæ in fundo
sunt facile dilabuntur pertusum uas ac futile serui-
lis alus: nihil diu continet. quicquid infuderis mox
effluet. Summa est curiosissimű animal seruus ad le-
quirendum. negligentissimum ad obsequendű. qd
cogites aut quid agas nosse uult: sed qd iubeas igno
Q rare. Gaudeo. Grauissime ædes sunt mihi. respon-
deo. quid hinc tumes architecti laus est nő tua. Vna
est autem urbiű & domorų lex. non idcirco melius
habitãt qui latius. Neq.n. q late habites: sed q læte
requiritur ad bonã uitam. Sæpe uel ī pallaciis regű
labor dolorq habitant. uel in tuguriis inopiű quies
& gaudium. Gaudeo. Multa mihi uarii generis sup R
pellex domi est. respondeo. Iuge bellum non cum
furibus modo: sed cű muribus tineisq. & araneæ &
rubigo fumusq puluis & liber in nos dimicãt. O di-
uites delicati: quibus armis hostes hos arcebitis? Gé S
marum fulgor & spés delectat. Respődeo. Rerű fa
teor terrestrium & mortalium uanitatis pars non
ultima est hæc. Nunquid uanitas maxima quæso é.
exiguo in lapillo patrimonia magna profundere?
cuius præcium instabile & meritű uariű e sola mer
cantium fama & diuitum insanorų credulitate depé
deat: factű deniq legimus ut gémæ diu spretæ ma-
ximis preciis attolluntur: & gémæ famosissimæ su
bita præmuntur infamia. Gaudeo libris affluo. Re T
spondeo. Mallem ingenio & eloquétia & doctrinæ
multoq maxime innocétia & uirtute: sed & hæc ue-
nalia non habentur ut libri. & si haberentur nescio
an emptores totidé quot libri reperturi. Illi enim
mures nesciunt: hæc animos: qui quoniã oculis nő
uidentur ab omnibus negliguntur. Ac profecto si
librorų copia doctos faceret aut bonos: doctissimi
oium atq optimi esse possent qui ditissimi cuius cő V
trariű sæpe uidemus. Scribo. Respondeo. Si ut in-
geniű exerceas: scribédoq aliis te doceas cőmendo.
Si aűt oblitorų præteritiq memoriã ac præsens tæ-
dium effugias excuso. sed si scribendi morbo miso-
reor tibi: si tibi nudum nomen quæsiturus: nihil ua
nius quoniã præcesserűt uiri in scribendo clariores.
oém scribendi copiã suo labore transcedétes. Quis
enim Ciceronis libros quos scripsit. aut Varonis
enumeret. & certe græcorų unus sex milia librorum
edidisse tradit. Gaudeo. Magisterio insignit⁹ sum. X
Respondeo. Malim fateor disciplinã. magistro ení
indisciplinato & rudi nihil est turpius. Gaudeo. Di Y
uinæ atq humanæ scientiæ titulű consecutus sum.
Respondeo. Sapientia titulis nő eget: per seipsam
clara est. Quis unq quæso lucernã soli ut uideretur
adhibuit. Multi & eni his titulis obscuri clarissimi
euasere. Sæpe malis moribus clarű signű fuit: bonis
nullum. Nã si medicinæ iurisq professor es tad hoc
ægri tui & clientes respődeãt: quid illis unq ad salu
tem corporis uictoriãq causarų titulus iste profue-
rit: tibi quidé ad lucrų sæpe pfuit. In his magna pars
reor opinionibus agitur. At uirtuti deditos titulis
gloriari alienű prorsus atq absonű: immo uere nec
possibile qdé reor. Gaudeo. Negociorum regis ge A
stor sum. Respondeo. Propria negocia gerere labo
riosum est: quid putas aliena præcipueq potentiű.
qbus placuisse perpetua seruitus: displicuisse discri
men. supercilium graue. paratűq leui etiã offensa sup
pliciű. Si procurator regis es: ergo hostis es popu-
li. si fisci: ergo reip. inimicus. Si iudex es: sic iudica q
si mox ab alio iudicandus. Vnus est olum iudex tri-
bunal incorruptű habens ante illud stabitis o mor
tales: ubi nec pecuniæ nec gratia nec falsi testes nec
indignæ præces nec inanes minæ nec deserti prode

B rũt patroni. Gaudeo. militari cingulo exornatꝰ sũ.
Respõdeo. Pauca tibi uitæ mala uisa erant nisi etiã
militiã addidisses: qua & inquietis semp & periculo
repositus: uel inglorius contẽptui sis oportet. Gau
C deo. Quæsiui mihi regũ amicitias. Respõdeo. Ho-
minũ uera amicicia rara est: tu tibi amicicias regum
fingis: quos fortunæ splẽdor tumorq; animi oium
impariũ contẽptores facit. Si regibꝰ carus es: uilis
tibi ergo est aĩa. uirtus. fama. quies. ociũ. securitas.
Notus enim est mos regũ. uix diligit nisi his hoĩbꝰ
abiectis & neglectis se seuiciæ illoꝝ ac libidinis ser-
uum feceris. Si ergo carus es regibus: nõ est q de te
amplius quærã. uilis es tibi. Nã & regibꝰ boni q̃ ma
li suspectiores sunt. his aliena semp uirtus formido
losa est. Melius itaq; si esses incognitus regi: melius
fortassis si odiosus. fugeres enim q nũc sequeris di-
scrimẽ. Peior est auibus inoitãtis aucupis blãda mo
dulatio: q̃ uillici sonitus deterrentis. Mirares: bonũ
ingens spernit: & hoc periculum ꝑgrande sæpe ma
gnis periculis emit. sic est usus hoium. O q̃to citius
q̃toq; faciliꝰ regis olm amiciciã meruisses. Gaudeo.
D Amicos ni fallor fidos habeo. Respõdeo. Multũ ẽ.
nihil amico carius: nihil rarius. Vide aũt ne fallaris
neue experiri cupias. Nã sæpe cuiꝰ rei fuerit dulcis
opinio: amaꝝ fuit experimentũ. Gaudeo. Fama ab
E extremo terræ attulit mihi amicũ. respõdeo. Fama
cõtraria illũ tibi auferet eoq; faciliꝰ quo potẽtiores
malis q̃ bonis relatibus aures sunt. Nã qbꝰ uũs fiũt
crescuntq; oia: eisdẽ facile resoluunt. & natura uult
ut cito aucta cito desinant. Vnde aũt scis q̃ bonus sit
amicus quẽ nõ uideris rogo? cũ nec scias q̃les hi sint
quos quottidie oides & tãto tẽpore alloqueris. Ni
miũ fidei famæ attribuitis mẽdaci. speras enim aim
uidere. cuius nunq̃ frontẽ uiueris: cũ tamẽ sint etiã
inter notissimos quoq; tot pectoꝝ diuersoria: tot
latebræ. difficile est amicũ nisi in magna aduersitate
cognoscere. Operiosius est illũ noscere q̃ quærere.
Vna sæpe hora paucis oerbis quærit: q uix multis
annis atq; experimẽtis agnoscit. Voco nunc amicũ
ut oulgus. ueꝝ enim nõ ante quærit q̃ ꝓbetur. Nec
amicũ ꝓbant alioꝝ uerba: certe nec ꝓpria: sed expta
F caritas fidesq;. Gaudeo. Scio certitudialiter me ami
cum multis ac magnis expertũ casibꝰ certissimũ hr̃e
Respõdeo. Habes ergo rem dulcissimã sanctissimã
q;: qua una post uirtutẽ solã hoĩ nihil melius in hac
uita: nihilq; dulciꝰ fateor dulces sunt parẽtes: dulces
filii: dulces fratres: possunt tamẽ amarescer̃: nec pa
rẽtes iõ eẽ desinũt: nec filii nec fratres: cũ dulces eẽ
deficerint. At amicus solus dum sit uerus. dulcis & ca
G rus eẽ nõ desinit. Gaudeo diuitiis plenꝰ sum. respõ
deo. Caue ne te rũpãt. Oĩs eni plenitudo q̃rit exitũ.
multis mortẽ diuitiæ attulere: requiẽ fere oibus ab
stulere. Mallẽ igit te potius uirtutibus q̃ diuitiis ab
undare. Si eni opes habes multas: habes & rem q̃si-
tu difficilẽ: custoditu anxiã: amissu flebilẽ. Si aũt ser
uatæ: nõ te diuitẽ sed occupatum: nõ te dñm sed cu
stodẽ faciunt. Vix diuitẽ inuenies: q non sibi melius
fuisse in mediocritate uel honesta pauprate fateat.
Si accreuerunt diuitiæ tũc securitas: gaudiũ: tranq-
litas decreuerunt. Anceps igit & onerosa fœlicitas:
& q̃ plus inuidiæ sit habitura q̃ gaudii. Gaudeo. Au H
rifodinã inueni. Respõdeo: labor certus: euentꝰ am
biguus. uetus aũt est uerbũ. Sæpe unus leporẽ mo
uet: alter capit. Inuenisti prædã quã plurimi cõcupi
scunt. unus rapiat: & tu forte ille unus nõ eris. Gau
deo. Inscius in thesauꝝ incidi. Respõdeo. Tutiꝰ for
san in colubrũ incidisses. Cũ enim ꝓpriũ sit oibꝰ di
uitiis ut uirtutũ inopiã afferãt: tñ ꝓcipue id cõuenit
repẽtinis. q aliæ sensim oocẽt: hæ subito improuiso
deniq; mẽtes turbãt. Vnde si tibi thesaurus isperatꝰ
obtigit repẽte: & repẽte desinet. Quæcũq; fere cito
crescũt: cito excidũt. Subitæ enim opes q̃si fœlicitas
somniãtis. Gaudeo. Colui uineã exq̃site. respõdeo. K
Lætã forte cũ illa uindemiã es pactꝰ: sed si etiam cũ
pruina: aut cũ grãdine pepegisti uidero. Nã & si so-
lito largius aruũ seruisti: plures pasces rure grues:
plures domi mures. Gaudeo. Decoris spacior uine L
tis. Respondeo. Delectabilia loca sæpe insidiis opti
ma sunt: dum licẽtius ibiq; laxius degit: & minꝰ cir
cũspectione picula cauent. Gaudeo. Simia delecta- M
bilis est mihi. respõdeo. Fædũ aial: aspectu tristæ de
quo qd aliud q̃ tædiũ speres: quicqd domi reperiet
aut corrũpet: aut sparget. Gaudeo. Pauões multos N
habeo. Respõdeo. Habes fateor in hoc qđ uisu pul
chrũ est. sed hæc uoluptas oculoꝝ multo auriũ tæ-
dio est pẽsanda: q̃ sæpe eoꝝ tartareæ uocis horrore
fatigant. Si pullos nutris. ipedimẽtũ nutris domui
escã uulpibꝰ. areæ suffossores: & quoꝝ labore nunq̃
supficies æqua manet. Si apibꝰ abũdas: nõ mortalis
mõ: sed & uolatilis & fugitiua fœlicitas tua ẽ. Si co-
lũbaria tibi sunt plena. sunt q litigẽt & q gẽniant: q
diebꝰ domũ fædẽt: & noctibꝰ somnũ frãgẽt. en ma-
gni gaudii materia. Si gregibꝰ & armentis gaudes.
brutinũ est gaudiũ. Si pisces cõclusos in piscina ha-
bes: qd est aliud pisces cõclusos hr̃e: nisi oibus uelle
impare ut libidini seruiatis. Neq; tibi nũc usum pi
sciũ: sed potius magnã tam ignobilis rei curã inter-
dico. Si canorã lusciniolã nactꝰ es: meliꝰ multo (cre
de mihi) in ramis caneret: q̃ uestris in caueis. Sed ue
stra heu cupiditas nihil existimat nisi q sibi ꝓpriũ
fecerit q̃ natura facit cõia. Sic ultra suos fines atq; ul
tra suũ nomẽ tendit auaricia. Gaudeo. Cõiugẽ gra O
tiã duxi. Respõdeo. Erras. Illa te duxit. diu nimium
fuerat tuus: accessit spõso dña: carnifex præuignis:
æmula socrui familiæ iugũ: cognæ labor: onus pẽ-
ni. sumptꝰ arculæ: diurnũ spectaculũ: fenestrælis: no
cturna cubiculo: grauis sarcina: duræ cõpedes: libe-
ros humeros atq; olim liberos pedes ꝑmẽtes: durũ
dictu atq; durius cogitatu: sed durissimũ perpessu.
nõ unius lucis hospes sed totiꝰ uitæ quã nõ euades
repudii spe sublata nisi mors excludat. Contraxisti
itaq; cũ coniuge nuptias. sed cũ pace diuorciũ. cũ sõ
no perpetuũ exiliũ. In maritali lecto rarus ac tenuis
sopor. hinc uoluptas hinc iurgia. quies nunq̃. Vnde
si claro coniugio fœlix es casto esses fœlicior: fœli-
cissimus celibatu. Gaudeo. Forma coniugis magna P
est. Respõdeo. Et magna supbia. uix est aliqd quod
æque aium tumefaciat & extollat. Vana aũt & bre-
uis delectatio. Nã nihil forma fugatiꝰ & præsertim
fœminea. Qui uxorẽ ꝓpter formã diligit cito illã

oderit. Solet deniq; forma corporis ut multa pari-
tate gaudere impitatem ac dissimilitudinē asperna
ri. Si ergo pari tibi forma exerceberis. alioquin con
tēneris. utrūq; laboriosum. Vnde difficilē prouin-
ciam natus es. uigilia. iam durū est & difficile custo-
Q dire quod a multis appetitur. Gaudeo. Fœcūda est
mihi uxor. Respōdeo. Multas tibi curas multos pa
riet labores. uxor sterilis unica tantū est. fœcūda aūt
sarcina dom⁹ est multiplex. huic nati & nutrices ade
R runt. Gaudeo facunda uxor est mihi. Respondeo.
Huic uerba non deerūt. habes cū qua dispures ac de
clames. cōiugē q̄rebas. magistrā inuenisti. Est inter
mūdi tædia nullū iportunius procaci fœminæ & ta
S cere nescia. Gaudeo. Coniugis dos imensa. Respon
deo. Consequens est ut elatio animi sit imēsa. timor
aūt uiri nullus. Nō audebis uitia repræhēdere cū re
spicies dotem nō præsumes humiliare illā. per quā
te memineris supbiæ fastigia attigisse non solū tæ-
dia. sed & pbra & iniurias tolerabis. Nā uxore mul-
tum dotata nihil iportunius. nihil itractabilius. nil
sibi nō licitū arbitratur. q̄ suas opes mariti compat
egestati. Quæ uirū pascit dominā se putat nō sociā
A Gaudeo. Amor haud dubie. Respondeo. Peruasit
mulier tua ut uideo: sed non est magnū persuadere
uolentibus: omnis amans cæcus. Est enim amor la-
tens ignis. gratum uulnus. sapidū uenenum. dulcis
amaritudo: delectabilis morb⁹: iucundū suppliciū.
blanda mors. Sed o insane nihil unq̄ ipudicitiæ præ
sertim credas fœminæ: sexus. ardos. leuitas. consue
tudo mentiendi. fallendi studiū. fructusq; fallaciæ:
hæc singula multoq; maximæ hæc omnia. quicquid
B prodierit suspectū faciūt. Gaudeo. Filii mihi sunt.
Respōdeo. Si boni iugis timor: si mali sempitern⁹
C dolor: interim solamē ambiguū sed certa cura. Gau
deo. Est mihi nata pulcherrima. Respondeo. Circū
spice insidias. uim caueto: non unus tantū sed mille
sunt qui eam habere quærūt. Tibi ergo est sollicitu-
do & labor. atq; metus: quē non nisi morte aut ipsi⁹
senectute effugies. Si nuptiis eam dederis: metū ip-
sum in alterius domū transferes nō aūt extingues.
D Gaudeo. Casta mihi est filia. Respondeo. Iucundi-
tas magna sed solicita. Quanto eni in ea castitas ma
ior tanto in ea uigilantior libido. nihil tā ardēter in
uaditur: q̄ q castis excubiis & fœmineo pudore est
uelatū. Multū cupitæ rei difficilis solet esse custodia.
Si tibi castitas filiæ nota ē opra ut perpetua sit. Nā
apud poetā legis: uariū & mutabile semp fœmina.
Quot adolescentulas pudicas primū post lascivas
anus uidimus: quo nullū in sexu atq; ætate ludibriū
maius. Est ergo tibi q timeas. Cū enim sit in oibus
E rara cōstantia: tamen in fœminis nulla est. Gaudeo
fortissimus mihi est filius. Respondeo. Quāto ille
fortior: tanto tu timidior sis oportet. Reuolue tp̄s
præteritū & fortissimos fere oēs uiolēta morte cō-
sumptos reperies. unde uerū est quod dicit. Omni
bus mors uicina: sed uiris fortibus cōtigua est. Ado
F praui mihi filiū. Respōdeo. Sæpe meliores adoprā
tur q̄ gignuntur: nec mirū. cū id experientia & cōsi-
lio muniatur. hoc aūt neutro horū. Sæpe etiā cōtra
non tantū peiores sed pessimi adoptant. Rarus est

aūt priuignus bonus. rarior uitricus. Gaudeo. Nati G
mihi sunt nepotes. Respōdeo. Hi iam minus ad te
pertinēt: hoc gaudiū: & hanc patrib⁹ curam linque. H
Gaudeo. Filiā uiro dedi. Respōdeo. Noli nimium
hinc gaudere: nuptiæ multis anxietatib⁹ principiū
fuerunt. durū negociū coniunx si fœcūda est nascū-
tur filii: scaturietq; domi fons curarū. Si sterilis mo
lesta odiosaq; erit. ac proinde mansisse tecū optabit
pietatēq; hanc tuā odiet. Gaudeo. Optimus gener I
est mihi. Respondeo. Debet is esse uel filio carior: si
quidē filiū casus affert. generū autē affert electio. Se
cundas nuptias celebrabo. Respondeo. Qui e prio k
coniugio prolē habens nouercā superinducit: suis
manibus suā in domū mittit incendiū. Nā & si nos-
ses ad liquidū qd est fœmina. quidue de illa scribūt
magni uiri: nec primas quidē nuptias celebrasses.
Gaudeo. Patrē habeo optimū. Respondeo. Aut il- L
le luctū tibi piet: aut tu sibi. si ordo seruat magis let⁹
hæreditas tecū manet: q si peruertit secū erit. & si
patrē habes decrepitū. nouissima tunc pietatis offi
cia in illū congere dum licet. si quid nūc omiseris do
lebis semper. Gaudeo. Amātissima est mihi mater. M
Respondeo. Et tu illi ingens pauor desideriūq; per
petuum. Gaudeo. Equos piosq; fratres habeo. Re- N
spondeo. Rarū. nā parentes uere semper amāt. fra-
tres semper inuident & sæpe despiciūt. Nasonis er-
go ueritas. Rarā esse fratrū gratiā clamat. Vnde ser
ua illos pietate mutua ac æquitate. delicatissima res O
est amor. difficile quæritur. facile perdit. Gaudeo.
Pulcherrimæ mihi sunt sorores. Respondeo custos
est rei labilis: uigilantib⁹ oculis dolos caue. Si diffici
lis est unius fœminæ custodia: quid multaꝝ reꝝ. sa
ne uirgineā castitatē nulla arte melius q̄ maturo cō
silio præseruabis. Excellēti præceptore glorior. Re P
spōdeo. Alieno nondū desinis gloriari. Quid ad te
excellentia præceptoris tui. Crede mihi q sæpe re-
peto: intra te sit oportet: quod te faciat gloriosum:
de te qualis tu discipulus sis uideto. An nescis. mul-
tos stultos ac hebetes fuisse in scholis. Socratis aut
Platonis. Gaudeo. Pueri nobilis mihi cura cōmissa Q
est. Respondeo. Suspecta est ætas & suspecta nobi-
litas. ista spondet imemorē: hæc superbū. Gaudeo. R
Bonū mihi & patriæ dn̄m sors dedit. Incōponibi-
lia penitusq; contraria. Nā si bonus non dn̄s. domi
nū bonū dici. blandū mendaciū atq; adulatio nota ē
sit licet affabilis: sit blandiloquus: sit postremo mu-
nificus. in paucos de multoꝝ spoliis: hæ enim sunt
artes tyrannoꝝ: quos uulgus dominos uocat: carni
fices tamen experit. Gaudeo. Potentia magna mi- S
hi est multa. Respondeo. Ergo inuidia magna & pe
ricula multa: & labores infiniti: & inextricabiles cu-
ræ. Nescis etiā q res hoium non stant. Qui uolubi-
li in rota sedet altior. is proxim⁹ est ruinæ. Gaudeo. T
Inueni magnā gloriā. Magna in exiguo qualiter ex
plicentur non intelligo. Si temporꝝ. si locoꝝ angu-
stias metiare: magnā hic gloriā nō posse fateberis.
Nā & liquido cernitur: quæ nā sit hæc mortalis atq;
terrenæ gloriæ magnitudo. Si tamen præfulgēs &
digna sit tibi gloria: gaude non q habeas sed q me-
ruisti. Gaudeo. Sceptrū & diadema sortit⁹ sum. Re V

ſpondeo. Fulgidas cõpedes claráq; miſeriá: q̃ ſi ple-
ne oibus nota eſſet crede mihi: non uno totiens de
ſolio litigarent duo: ſed plura eſſent regna q̃ reges:
nõ potes nunc huius & illi⁹ hoſtis eſſe: ex quo pater
oium eſſe meruiſti. id principi iuris eſt in ciues: qđ
patri in filios. iuſtus princeps patriæ pater eſt: tibi
X uero qui hoſtes fuerant iam filii ſunt. gaudeo ſũmi
pontificatus ſoliũ aſcendi. Reſpondeo. Quo mare
altius & uenti plures: & periculoſior tẽpeſtas. Et tẽ
peſtate in portũ fugi ſolet: tu e portu in tẽpeſtatem
ſponte fugis tui mirus nauta. Parũ ne difficilis: pa-
rum ne grauis unius animæ cura tibi uidebitur: niſi
Y oium curas in te unũ tranſtuliſſes. gaudeo. Sum fœ
lix. Reſpõdeo. ſi quidẽ eo fœlix: es qđ nemo unq̃ fu
it. nemo erit. ut augurior. Nã quis quæſo hoim fœ-
lix in miſeriis. Nemo ergo fœlix priuſq̃ ex hac miſe
Z rorũ ualle migrauerit. gaudeo. Populus me amat
meq; honorat. Reſpondeo. Subſiſte paululũ mox
oderit. labiis te crede honorat. cor aũt ipſoꝝ lõge ẽ
a te: Nõ eſt enim tibi fidelior q̃ deo. raro ex aio q̇cq̃
facit uulgus: niſi tumultuare furẽ & ſeuire. gaudeo
aa Multi meis bñficiis ſunt obſtricti. Reſpõdeo. Qui-
dã ſe relaxabunt obliuione. alii forſan iniuriis bene-
ficia pẽſabunt: ut ceſſent iniuriæ nõ ceſſabũt q̃rimo
niæ. O q̃ multi de benefactoribus conquerunt ſuis:
iniquũ fateor ſed cõe adeo: ut nõ tam crebræ de ho-
ſtibus ſint querelæ. Siquidẽ duꝝ dictu ſed dicendũ
tamẽ. Animal ingratius hoie nullũ eſt. Ois aũt igra
titudinis triplex niſi fallor cã eſt. Inuidia. ſ. q̃ dũ aliis
ĩpenſa beneficia: ſuas dicit iniurias. in ſe collata non
aſpicit. Superbia q̃ uel ſe maiorib⁹ dignã cenſet: uel
præferri ſibi aliquẽ indignatᷓ. Cupiditas q̃ muneri-
bus non leniᷓ ſed accendiᷓ ut dum quærẽdis inhiat.
quæſita nõ iuenit. Si igiᷓ multis beneficia cõtuliſti.
multos igratos experiẽs dolebis. Expecto ſenis hæ-
bb reditatẽ. Reſpõdeo. Neſcis qd iſte forſan expectet.
Eſt ea quidẽ inter hoies uulgaris inſania: ut fere oẽs
non coeuis tñ. ſed minorib⁹ quoq; diutius ſe uictu-
ros ſperent. Inuiti ſua de morte cogitãt mortales:
de aliena aũt libenter cũ tñ contrariũ agere eſſet uti
cc lius. gaudeo. Magna mihi ꝓmittit alchamiſta. Re-
ſpondeo. Dic ut ea ſibi præſtet q̃ ꝓmittit aliis: pri-
múq; ſuã pellat inopiã. Eſt enim fere mẽdicũ gen⁹
hoium: cũq; pauperes ſe fateanᷓ ditare alios uolunt
quaſi aliena illis q̃ ꝓpria moleſtior ſit paupertas. ſo
lent ipudenter & ignotis etiã interdũ magna ꝓmit
tere. O turpis ꝓmiſſio & ſtulta credulitas. Nã & hic
qui tibi aurũ ſpõdet: cũ tuo forte auro iprouiſus ef
fugiet. Noui nihil narro: mos eſt publicus. & tu de-
luſus remanebis: digitoq; mõſtraberis auarus & ſto
dd lidus. gaudeo. Multa mihi ꝓmittũt mathemathici.
Reſpondeo. Nil promptius q̃ ꝓmiſſis affluere his
qui careãt pudore: quos mẽtiri aũt pudet ad ꝓmit-
tendũ tardi ſunt. Miri enim hoies q ſola futura no-
uerint: præteritoꝝ ac pſentium ignorari. Et q̃ in cæ
lo fiunt ita ꝓnunciant: quaſi cõſilio cæleſtiũ iterfue-
rint: recentiq; nunc inde ueniant memoria: cũ tñ in
terim quid in terris. quid in patria: quid i domo. qd
in thalamo ſuo fiat neſciant. Sic penitus ueꝝ eſt qđ
apud Tullium legiᷓ. Quod ẽ ante pedes nemo ſpe-
ctat: cæli ſcrutanᷓ plagas. Bene & Cato ille rigidus
mirari ſe dixit: q; non rideret haruſpex haruſpicẽ cũ
uideret. Idq; ad oẽs æque ſortilegos. haruſpices. au
gures. ac totã quã dixi machinam trahi põt. deniq; tã
incertũ ẽ: an illoꝝ fraus turpior. an ridiculoſior uſ̃a
dementia. gaudeo. Multi lætos nunciant rumores. A
Reſpondeo. Sæpe tutius uni crediᷓ q̃ multis. mos
famæ uulgaris notus eſt: ueris falſa miſcere: paucis
ueris multa mendacia conduntᷓ oia mentienti nihil
creditur. Noli igiᷓ famæ credere q̃ mendax eſt. Spe
ro principẽ uenturũ. Reſpõdeo. Et ſecum illos mo- B
tus reꝝ uarias mutatiões. urbiũ nouitatẽ. famẽ. pe
ſtem. bella. diſcordias. hæc uel uniuerſa uel ſingula:
modernis cũ principibus uenire ſunt ſolita. Si hæc
placẽt principem ſpera: ut nil horũ formidabile ſit.
Cum enim præſentem uideris principẽ. ſcito & in-
fauſtum fœlicis reip. ſidus aſpicere: uel memoriam
ipſe tuã: uel parentes interroga auos: id eſſe reperi-
es ut dico. Idq; tu filiis tuis & nepotib⁹ tuis annun-
cia: ne ipſi quoq; aduẽtũ principis ſtulti ſperẽt. Dic
enim quæſo: quãdo unq̃ leonis aduentũ fere minu-
tæ: uel affuturã aquilam auiculæ ſperauerunt. liceat
uerum loqui. Stultiſſimũ & mali ſui ſemper auidiſ
ſimum animal eſt hõ. In cæteris capiendis aĩalibus
eſca õpus eſt. nõ aũt ſolis famæ ſibilis capitur. Spe
ro amicum reuidere. Reſpõdeo. Rem prædulcem C
ſperas: ſed fallacẽ. forſitan quem expectas iam nunc
obiit. ueniendi impedimentoꝝ mille ſunt genera:
ſed unũ cõmune oibus mors. Si uero uxoris aduen-
tum ſperas. quid iam metuas ignoro. Sunt. ſ. tamẽ
qui expectant coniugem & qui febrẽ. Spero tẽpo-
ra meliora. Reſpondeo. Oia uere tẽpora æq; bona D
ſunt: qui creator tempoꝝ æq; bon⁹ eſt ſemper. ſed
uos tẽporib⁹ bonis male utimini: inq; hoc uti aliis
culpas ueſtras reb⁹ aſſcribitis: fac ut hoies boni ſint
& tẽpora bona erunt. Vna aũt eſt ad hæc uia: ut ani
mum tibi facias lætiorẽ. qđ ſine uirtute fieri nequit
ubi hoc feceris læta erunt omnia. triſte nihil. Gau-
deo. Serenus & tranquillus eſt aer. Reſpõdeo. Mal- E
lem q; & ſerenus & tranquillus eſſet aius tuus. utilis
utiq; eſſet iſta ſerenitas ſtabiliſq; tranquillitas quam
nec nubes occupent nec quatiẽt uenti. gaudeo. Trã F
quillum mihi ſe præbet mare. Reſpondeo. Inſidio-
ſa tranquillitas (utq; ita dixerim) eſca eſt naufragii.
ſi ſemp turbidum eſſet mare. nullus hoium nauiga-
ret. Quid ſi proſpere deniq; nauigaſti. nam & ſacri-
legi proſpere nauigant: & uiri ſanctiſſimi naufragã
tur. gaudeo. Claſſem cũ magna uictoria ſum ingreſ G
ſus. Reſpondeo. De egreſſu cogita. ingredi nempe
per facile eſt: ſolet equor intrãtibus planum eẽ: ſed
progrediẽtibus ſæpe montuoſum ac difficile. O cæ
ci: uitæq; quã maxime diligitis prodigi: mortẽ un-
diq; quã ſup omnia timetis accerſitis. gaudeo. Mul- H
tæ mihi ſunt & ualidæ legiones. Reſpondeo. Harũ
tædia atq; moleſtias inſolentiaſq; nemo facile dinu
meret. Sed tu omnia experiendo condiſces: & quan
to ſit ſatius ſolum uiuere q̃ cũ multis legionibus ꝑ
fecto mille iniuriæ. nulla perfidia. nulla crudelitas
caſtrenſium moribus comperandæ ſunt: ut ueriſſi-
me intelligas hunc uerſum. Nulla fides pietaſq; ui-

tis qui castra sequuntur. Tutius fortassis pastor tri
gidum esses atq; ursorum q̄ dominus & rector exer
citus. Mansuefieri corda ferarum possunt. sed quo-
rundam hominū non possunt. & minantur anteq̄
feriant feræ: odia hominū īprouisa prodeūt & erū-
I punt. Balistrix affluo. Respōdeo. Melius belli odio
V tiam subdere. Me ne contingas ne me cōpræhēdas
erit hoc mihi pro iniuria & dolo. Hem quid manus
inuehis. o populares opem opem afferte: ligna per
x ticas: fustes. accurrite: sucurrite. Dico me tibi optu
mo affectū fore animo non secus quā qui te ament.
Y Neminē habeo in quē tuto cōfidam. Ego dum tua
pro gratia liceat uolo tibi esse & honori & cōmodo
Z quāplurimo. Non enim licet timere oīa quæ dubi
tes: nec dubitare siqua sæpius incidunt. neque enim
omnia quæ persæpius fiunt semper fiunt. Spōdeo aa
ego tibi hac dextera fidem: diis testibus & tua uirtu
re: qua quidē uelim nostræ amicitiæ firmū ac perpe
tuum fore uinculū. Dironus sum amicorū amicis bb
amicissimus. Præbe operā obsecro: beniuole te pau
cis ut alloquar: audiui semper amicos & uiros opti
mos: qui moribus & ingenio polleant: simplici &
aperta amicitia adeundū fore. aperto igitur loquar
eo quia te fidum & probū semp audierim. Vellem
lares tuos mihi fore familiares. Ego me omnē tibi cc
dedo & dedico: ut tuo pro iure tibi morigerus sim.
Habemus enim superum gratia: nostroq; ex labore
amicos: beniuolos: familiaresq; non nullos: quos re
prospera & aduersa nobis optimos & uti decear ex
perti sumus: qui pro nobis neq; reb⁹ neq; uitæ par
cant suæ. Erit (mihi crede) hoc tuū beneficium uiro dd
non indigno: & tibi amicissimo pergratū. Accessit
huc us rerum plurimarū uisu fieret doctior. Estne
hora ut edamus: mecū eris in cœna. Semper sum te ee
cum animo & ero alias corpore ut iusseris. Est for
ma quidē & moribus: ut nihil addi nihil optari am
plius possit: adeo ut aut formosiorē: aut simillimā
ueneri diiudicē: decorū caput: uenusta facies: aspe
ctus hilaris: modestus incestus: habitudo motus:
omnia & ut matronā & Romanā ciuem conuenit.
Nimis ex animo cupio hanc uidere. Ad id operam
iam nunc paro. Has propinquas ut uides superbas
ædes ea inhabitat. Mature & attemperate omnia ut ff
fiant opus est præbere ut uideat uirū nec impudi
cū nec imundū nec lasciuū premo: tum te ut cogno
scat: & gestus & mores tuos atque primo cū lubens
tum expectato uideat demum loquere enarra. Stat gg
sententia nolo assiduo exarare has porticus & obtū
dere oculis & suspirio foresq; fenestrasq; foramina
que & omnia: omnēq; conuicinā nolo me sperio no
lo heritudini nolo annutui. mulierū subigere nolo
mihi animo id tantū miseriæ obfirmare quod effice
re plerosque uideo: aut effectū me quicq̄ plus q̄ sim
metipsi mihi. præter uiri officiū est mulieribus &
tam certatim affici: quibus tam diu fiamus in gra
tiam q̄diu uel baccho aut uoluptate & ioco ad super
fluum usq; expletæ sint: uel dum ui numerū tandē
extruduntur: ut interdū oculos in nos dimoueant
suos: idq; per parce pessimū genus animantiū. Ver hh
ba dodatim cōmutas ut lubet. Ingrediar iam cū fo
res patent. Domesticus sum mihi semper patent fo
res: igredior: saluete lares. Hæc cōmeatio mihi pro
triumpho est: hoc totū iter meum: præ gaudio nō
possum memetipsum continere: quicquid uideo iu
beo saluere: ac si uelim omnia hoc meo gaudio ipar
titer. Saluete & si mihi satis iniusti forte sitis. Tibi ii
ingentes gratias & utinam dignas exoptatasq; pro kk
tuo hoc tantū facinore referam dum poterim: huc
accedere post angulū aut colūnam: ne uos uideant
auscultabimus quid consilior꜀ congerant. Hei mihi ll
q̄ male nostris rebus timeo. Sic uellem amicos mu mm
tuo inter se conuenire: ut liberali animo & consule
rent se sibi: & operas referrent. Te dudum aspicio nn
nunc tua hæc uox e memoria in mentē reducit te ut
agnoscā. An recolis cū solebā te in sinu e domo pa

tris gestare ad nostrã.q̃ eras fraudicolus: semper in
barba & capillos duriter cõiiciebas manum. Nunq̃
ego antea ex studio hanc conspexerã conuicinã. Vo
oo lo(crimen si crimen apud uos est)incusare meum.
Profecto uerba blactis ut dignus es:& dignus esset
eloacam aliquã tuis dictis respõsum ut dederet:cui
nihil propriũ ẽ nisi lingua istæc tua foetida pessima
pp quæ in deterius indies conualescit. Tace in aurẽ con
ferunt. Perii nullus amplius sperãdi locus nobis re
lictus ẽ. Tritũ hoc puerbiũ est: integra cũ fide tuta
spes cohabitat;postq̃ fides disrupta est:spes lcereat
A necesse est. Et tritũ hoc est puerbiũ:qđ tritũ nimis ẽ
aut saporẽ habet. Tace bono fac sis aio:unũquodcũ
B q; iter suũ habet,exitum. Habeo argutã astutiã. Ebri
C us debachatus est:nõ se sustinet. Quid nunc anlo fa
D bricat suo. Habeo animã inter dentes & labia. In fo
ro legati ex Africa: bene regrsta.cũ pompa nunc cũ
transirent:seduxi me ut uiderẽ spectaculũ inuisum.
inauditũ incognitũ.imeditatũ.triũphũ ducens triũ
phissimũ.tibicines.citharistæ curricula aurata.equi
tot itiscandidi.maximi leones.pantheræ.scinnæ.aq
læ.sturcones.bubones.monstra.res miræ & inume
rabiles.quas uidere longe operepreciũ est. Interea
accessit putus qui caballũ effrenũ magnũ isidet:hũc
concutit calcibus:nescio rem ut duxerit.hoc exinde
apporto uoui crux mihi semifractũ eẽ. Maiori etiã
E in re libere aio fatis obsequar tuo. Quod nobis iter
F tenendũ est. Est hic intõstrina. Climarcus medicus
& bouũ & quadrupedũ omniũ & hominũ etiã suo
pro officio singularis. Non sine ingenio perfidia:&
aio sit magnũ facinus.mirabar quid ineptiarũ age
ret frõtisis.cum deformarit luto & gesto seipsum.
G Volo illi ac parua in re exigua morigerus esse. No
sti q; te iamdiu amarim: sed forte non ut res habet.
ita apud te notũ est q̃ solicito & q̃ firmo animo ti
bi affectus semper fuerim;nã ut recte id uiderr po
tuisti nimis honori insinuabam tuo. Et ni fallor eã
obrem forte persæpr:hoc tantum gratiæ abs tecõ
meritus sum:uerba.s.mihi misero amanti dono ut
dederes:quibus uitã hanc quæ omnis inter suspiria
& lachrimas diffusa esset reficeres & fugitiuum cor
quod quidẽ cura adustũ fit uitæ restitueres: quæ qui
dẽ omnia iam olim tuã inditionẽ concesserunt: nec
enim cũ non licuerit:tum non libuerit facere nõ est
quod percuncter.utrũ ut gratias agã tanto pro hoc
beneficio:tãtoq; tuo pro merito abs te quæ ut uxo
rẽ:dum pro mea honestissima affectione in te mihi
aliquid unq̃ debeat:ut huius tuæ misereat uitæ: &
postq̃ meo facto sic istitutũ ẽ tuus ut sim: malis me
uiuũ cũ forte emolimento quantulũ uobis esse pos
sim:q̃ interemptũ: tua(ut ita dixerim)crudelitate
quod quidẽ neq; laudi neq; in partẽ cõmodorũ tibi
esse possit. At nolim hæc dixisse: si dixisse tibi ægre
fit.sed scilicet pro tua liberalitate abs te ut exorem:
hoc præcor uidendi te ut sæpius cõmodũ sit & po
testas. Neq; opto id nimis:neq; etiã id satis uestro si
ne cõmodo uelim:neq; dum rem fatu difficilẽ: & si
mihi amplã & gratissimã e uobis petii:neq; ampli⁹
quicq̃ dari opto:nisi ut meã hanc uoluptatẽ & con
suetudinẽ neq; duro neq; graui feratis anio. Sinite

deambulem:finite ut uideã:hoc mihi uoluptatem:
hoc mihi ad uitã est hoc mihi fore animi uolui no
bis dicier. Quod me ames & uidi & cognosco: idq; H
accipio animo neq; ingrato:sed nescio ego quo pa
cto hoc uobis innatũ sit amantibus. ut nunq̃ sat sit:
quod nimis sit:& profecto dixit pulcher:sed agẽres I
nobis rem gratam: te istinc si adduceres. Soler aliis
amor uoluptas esse: mihi non q; amo:sed q; te amo
& uoluptas & foelicitas est: sed quia me in tãta ægri
tudine ob amorẽ constitutũ uideo: ut meæ interdũ
miseræ misereat uitæ: uolui hoc e uobis gratiæ exo
rasse. Nam nox & dies suũ peruersæ in me officiũ p
agunt: semper quidẽ meos inter oculos: semper ani
mi: semper insita in me es: multa mea causa uelim
multo plura nolim: tuæ ne male afficiam hõestati.
Non sum meus: tuus sum tam totus q̃ grandis su3:
& tuus uolo esse: neq; ut rapias præcor: uelimq; &
me inuito: hoc uelim tibi fore pro statua lucernaria
dum in sero stas natura naturaliter bellua: absque le
ge & fictione in palliis & crinibus tandẽ ut tibi esse
aut cõmodo aut uoluptati: mihiq; dum te uel uide
rẽ uel audirẽ esse uitæ meæ uinculũ. O dii aut essem
cithara: quia dum pertractares p torũperẽ in uoces
amoenas: canoras: suaues: q; armoniam saltẽ adride
res: interdũ saltẽ cõtingeres: proh deũ q̃ felix esse3. K
Equidẽ non inexperte hoc ipsum dici solet. In ami
corũ causa solent qui amant perpeti, & prætermitte
re: quæ sua in re non fierẽt. Et mei uerborũ penitus L
oblitus fui miser. Quid nunc rerũ agendũ est. o bne M
gundũ ociũ est. Volo meũ oĩbus præterpositis reb⁹
fabricatorẽ fraudũ conuenire: & enarrabo oĩa: ut re N
cõsilio: & opera omni omnia cõficiat. Quid hi mu
sant. nolo hinc furtim auscultare. Ego sic cẽseo pro
hac prouincia: te dignũ fore legatũ. nã eius mores
longã ob consuetudinẽ tibi ex plano patere: ut siqđ O
incusauerint recusauerintue confuta oĩa. Ego secus
censeo: tibi prouinciã iure delegatã, fore xũ & facun
dia amplius ualeas & qa conuicinis sis tutius id pos P
sis. Quid exordiaris. fabulas & muliebria: aut de an
sere & de gallo quære: aut pro cucurbitis semẽ exq Q
rere uel siquid tale. Meditabar: priusq̃ uerba profer
rem quicq̃ obsonarier. nam digniora & multo pin
guiora se efferant: & si nescias plus centies hanc ho
diernã interrupi coenã non possum mei cõpos eẽ:
nã ieiunus sum. quid peius q̃ ieiune & icomposito R
uentre loqui. Nonne sum uere pardus: uere plũbe
us q hoc uiderim: cogitarim & præscierim diu. ho
ste res omnis meas quasi ad ruinã seducere in pro
cliui: neque quicq̃ opposuisse sub tenaculi. Ausculta
paucis: condicã rem ut res est. Illico suspectare inci
pio oculis non minus & animo. Sic censeo: quia cen S
sent nos censere: q; male censeant. Profecto in homi
num uita nihil apprime ab diis optimũ uideo: ut q̃
nobis sic succedant bona: tum ut siquid uelis: a teipõ
exquiras. Sum deus cũ nihil desit. habeo omnia cũ
diis cõmunia præter uitã. habeo uoluptatem & uo
luntatem ut lubet. sum & ætate ad uires apta: & ue
nusta bellitudinẽ inter primos non postremus: sup
peditãt pecuniæ: beniuolentiæ: honores & omnia.
sunt ue q̃ plurimi qui me efferant laudibus quib⁹ &

bene possum facere. qui ue semper student q̃ multã
meã inutilitatẽ & uoluptatem accumulare: siquidẽ
T perpetua uita sit apollo sim. O ineptissime q̃ insa-
nias capite: q̃ blactis. Sin quid uolim: hunc fore illi
cloacam: ut interdũ illius nates labiis attractaret: &
V interdũ deglutiret quicq̃. Quis hic arridet. sum uo-
bis an ludus. bene uertam in luctum si cœpero. Ha-
beo grandius aliquid agere. Obiuit longe fugã ani
mus præ timore. Dii: hoc crediderim. quẽpiã ama-
re quod minime uiderit: aut ea in re affectũ esse quã
X potissimũ nesciat. Vt audistis tantos tumultus do-
mesticos: ut noluistis opem afferre: ut stetistis spe-
Y ctatores. Nescio quid dicam: non sum mei recte cõ-
pos: neq̃ ualeo loqui. dic tu: narra ut gesta hæc sunt
Z quæ recte uideris omnia pessima. Saluere nos om-
aa nes iubet. reddimus nos uices. Cũ primũ nos aspe-
bb ctat adiungit se in pedes. accurrit ad nos. Soleo sem
per cũ uos uideo animo fronteue liberali & amplo
memetipsum lætitia in imensum afficere. Fortuni-
us uir quidẽ optimus & facetus: cũ homine stipula
tur cœnã pinguẽ & lautã: stat pignus: stant testes &
cc arbitri. Is narra altos parentes: profundas diuitias:
ingentes clientelas: multa: imensa: & magna gran-
dia: bellitudinẽ hominis probitatẽ: mores ingeniũ
dd usque: nihil desit nisi consimilis coniunx. Vale meq̃
ee memoriæ cõmendatũ habe. Proh dii quæ hominũ
petulantia: qui furor: quæ lasciuies: quæ iniuria. uel
lem aliqua in re huic foro pro meritis ut meretur.
ff Hei mihi sic datur fatis: sic recipi par est: dii sic man
gg dant: sic nos & uelle opus est. Hei uerso q̃ multa me
am inter memoriã: quæ partim nolim: partim ma-
lim & optẽ. Nã est hominum conditio hæc: uelle &
nolle. hoc uelle & hoc nolle suapte in tẽpore prope
sapientũ est: nolle quæ uel oporteant: aut uelle quæ
possis minime: eorum est qui sibi solis & credant & cu
hh piant. Olent scelesti semper suo scelere: seq̃ palã sce
ii lus trahit: parẽ ut parturiat pœnã. Quid elegisti ui
tæ tibi ad exercitiũ hac in urbe. Dic lodes quid tibi
nominis. Tu omni in re & durior & difficilior mihi
uideri solitus es: q̃ nunc uideare facilis. Ha mi uir:
nunc te nunc primũ cognoui: cũ in aciem tendi ui-
sum: & q̃ es non similis solito: q̃ deformis: q̃ cogni-
kk tu difficilis. Iam fiet sacrificiũ diis tãto pro debito.
Equidẽ mihi cũ illo est optima & aperta beniuolen
tia: ampla & cõtinua familiaritas: firma & simplex
ll amicitia. Curabimus rectius oĩa: & (ut opinor) pos
sum bonã tibi expectationẽ polliceri: conabimur p-
A suasione & precibus rem ducere ut uelitis. Proh dii
imortales: quãtũ habet uirũ desuetudo: q̃ est efficax
abscindundas omnis & si firmas amicitias. Audiui:
auscultaui: habeo omnia: meæ nunc erunt patris fa
cere quid in re agendũ uisero. Narra qd portas nun
B tii. Coniecerã me in pedes: cum primũ uiderã te ac-
curantẽ: quia timide timebã. Vbi offendisti tam ex
tẽplo hunc. Me hercle nunq̃ uidi hominẽ tardiorẽ:
confectus ætate iam est: & annorum plenus: tam se di
mouet: q̃ si habeat calculos oĩs ad unũ usq̃ dinume-
C rare. Ecquid hoc est boni. narra: me ut ipertias tua
lætitia. Opinor & forte non uano hunc fuisse hac in
causa primariũ magistrũ. Iam non ero potis quicq̃
ut instituerã: uortendũ cõsiliũ est. Neq̃ enim habeo D
causam omnino iniquã. neq̃ inusitata sunt hæc: ne-
que sunt indigna adolescentulo. Non enim ea sunt E
grauiter habẽda: quæ ætas oĩs suo quasi iure exigat
& exposcit: omniũ in ætate multant sua prætermit
tenda: multa sunt. Saluus sis chronos qd operis hic
est tibi. Fecero hodie: meritas pœnas fœnorẽ ut luat F
Censeo non ab tua iusticia alienũ: si partim pietati G
in nos: partim & humanitati tuæ cõcedas. redde te
dignũ solita etiã mãsueta humanitate tua: sine te ut
exorẽ: Velim mihi hoc ut fiat gratiæ: quã si feceris: H
feceris rem æquã: pariter & his oĩbus gratã. Fronti I
sis si ob meã in te singularẽ obseruantiã cõmeritus
unq̃ sum a te ut possim quicq̃. nunc præcor id oĩe
non quod debes: sed quod possis: in amicissimi cau
sa ut semp solebas exhibeas: ego metipsum meme
omnẽ tuæ dedico: tuæ relinquo fidei. Quid colloq K
mini tam seducte. Credo nostra persuasiõe perfeci
ut huius expectationi & desiderio satisfiat. Admira
bamur prudẽtiã & humanissimã facilitatẽ tuã pro
eo quod apud te his in rebus quæ optimæ sint: non
precibus neq̃ dum ampla persuasione opus sit: qui
ut oĩi ex parte tibi simus honori & cõmodo: per-
petuã & curã & diligentiã capimus. Scio uos ea uir L
tute pditos: ut possim tuto uobis & credula & mo-
rigera esse. sed uos id uidete quo me in ludo consti-
tuatis. Viden quo i periculo res nostræ sint. subiice M
adminiculi quicq̃ ut conuincamus. Necesse est has
fieri nuptias. da manum. hic tibi sit uir: hæc tibi sit
uxor uultis. Dii imortales qs unq̃ meditato hæc di-
xerit: sum admodo beatus. plaudite hoc meo bono
plaudite. Sequuntur modo ex Comœdia Mercurii
Ronzi Vercellensis. De falso hypocrita & tristi.
¶ Ex comœdia Ronsii de falso hypocrita autorita
tes Iucundæ.
Vid anxius quæritas indolis adolescens
bonæ. Est ne forte quod pro te queã. Si N
a cõmissi labe lautũ ire te uelis: adest quẽ
tanta hominũ frequentia stipatũ cernis
uir religiosissimus: qui te abluat: & crimina procul
pellat. potes interea te huc introdare mecũ ut pau-
lisper cõsedeas: & exaudieris statim. Pluribus deam O
bulationib⁹ hac die lõge defessus sum. Hæc ipsa ma
xime auarum atq̃ pluitationũ tẽpora: ualẽt amplecti
compto quo quã thoro uirginẽ. Non ea tibi ut cer- P
no uis est: ut plurimũ hac disciplina ualeas: bachico
quidẽ suaui liquore. iamiam puto moueris: plus sa-
tis q̃ luxuria. istæc amodo te pcor aliena facito: tuũ
tintinnandi officiũ sit: idq̃ perpetuo serua. Quart⁹
& denus annus me excepit: & quindenus ipræsen-
tiarum nutric. Dii te perdant iportune: non es ueritus Q
deũ tuæ professiones prorsus oblitæ. Cũ primum R
huc aduentassem: didici parasitos oportere æripe-
des esse: & asselorum aures habere & dorsa. Mitto pri⁹ S
iram fluere: uerũ timeo ne postea res iplacabilis fiat
si nõ adeo modo: sane introibo. Vnde iam furcifer. T
dic unde profectus sies. credo te uiliorẽ e uili futurum
quo plus uiles: nescio qui me contineã. quid ita lon-
ge diu absens desiisti copiã tui facere. cedo fide tua.
intenti uos socii deniq̃ præcor este: quas absentiæ

V suæ miser causas enarret. Eo profectus sum ad ipsa
deorum immortaliũ tẽpla: ut accularem meme: innume
re omni facinorum genere matronæ graues: defatigã
tes sacros longis auscultationibus uiros: defatigãtes
inquã sacros ambagibus uiros: hæ quidẽ nihil effe-
cisse putant: ni pinguius euomãt cuncta: ab ouo ty
daridæ sermones suos passim resumẽtes: itaq; mihi
tẽpus furatũ est: ut tibi detentus siẽ diutius q̃ forte
cuperes ignoscendũ est igitur si æquũ existimas: p-
ge modicæ ceruicis: qui nec uerbũ ullũ perpeti po-
V tes. Sine plura uerba mihi dare. Hunc recreendorũ
X spirituũ causa cõueni. Est homo annosus: squalidus
Y lassus: hispidus: ipsa macies. Sinite operã hanc mihi
meũ uolo sit ut poenas cõmissi dedam tẽpestiue ni-
Z miũ credo sapiet: arte sua: qd linnius possit. Vbi sce
lestũ hũc inueniemus. quis eũ nos dabit. quo demũ
quærendus loco. Quæso dic: quo proprio eũ nomi
ne uulgus appellet. ubi resideat iquã: ut se inueniã.
Hac pergito cũ lapideas scalas cõpereris: præcipita
to te i tẽplũ: de hinc in manũ læuã te statim uortas.
Sospes pergito uias tuas. Hæc circũ claustra deam-
aa bula quoad redeam. I: fac esto diligens ut soles. Ve
reor mõ ne longe diutenet: at operibor: & si me ad
uesperari oporteat: rem spero pficiet: q ita detinet
bb diu uerum nimius in uerbis nunc est. Hem eccũ hilarẽ
cc uideo: pergo ad eũ ut ridẽã. Quin uno fac quæso ex
dd plices uerbo. Hostia actitaui pessulo clausa. Ingre-
dere: nunc solus prandia prope carpsi: tuq; bucellũ
mecũ sumes. Haud quaq; quod abs te mihi oblatũ ẽ
inquã renuere censui. nã in ineunda hoium familia
ritate: ipsa potissime confabulandi aut huiuscemõi
buccellãdi cohabitatio ualuit. eia igif istuc loci acces
si: ut tua potiar cõsuetudie: & amoris tui particeps
fiam. tum ipse nil quippe gratius mihi dictũ puta q̃
ee ut in tua ego quoq; residem gratia. Audistin unq̃:
ff q in præsentia sordescant laudes. ad rem propero:
ut huiuscemodi aduentus inquã causas intelligas: &
gg quæ mihi animi passio sit aduortas. Te singularissi-
mum quẽ oẽs famãt delegi taciturnitatis patrem.
Quid opus fuit. ut tibi alienasses nomen. Me plus
satis amabat q̃ se uel saltẽ æque. Num ad hoc cõmo
ueri debuit totus. quis sibi tunc gestus fuerit te præ
hh cor dice. Stant foedera. Crede nõ est hominũ te fœ
licior quisq̃. Fortuna quidẽ sese offerens statim am
plectenda est siquis sapiat eos dii perdãt q possunt
frui bono & negligunt: deligentes malũ. Ipsa poti9
consilia mittito ad alterã scholã. Ha ha he parũ siste:
ii sine mihi prius spiritũ redi: perge mõ. Si me ames
te præcor: istæc desine uerba facere. Perge ad eũ ne
dedignetur fortassis: ubi mentiri te uiderit cernens
uacua pollicitationis loca. Istæc inquã malo: cõgru
kk entiori tẽpore seruemus ut cõmodius fiant. Rodo
ll lent te nempe formosiorẽ pili. Sine me prius parũ
quiescere: qui sum adhuc tanto cachinno plænus: ut
mm ullos uix artus regã. I præ in tẽplũ hac atq; passim
nn illuc fluas quoad ueniã. Num mihi cõpateris: q tã
longe diu hic loci te operior crude. Neminẽ credo
qui tibi compar fiet: ita profecto facilẽ te cunctis p
bes nullũ tam arduũ puto: qd tibi leue nõ fiat. Nõ
hic fabulis agẽdũ est. Ad tua mala nimiũ properas

uir bone. Te prosilas intro. Nolo quidẽ resupinus
ut iaceas. Non expedit te uereri mecum: Tu modo
ipsum quærita. Præcaue ne cachinno mouearis. Cõ
tinebo me puto: te potius contineas. Nos inuicẽ te oo
cum infamas: has ob res persuasum est nobis ne acci
peremus te comitẽ. Lues si me fata sinẽt: nec ipræsen pp
tiarum uades crede. Proh deũ: misceremini præcor mi qq
seremini: sinite me præcor ut habeã: nunquã reditu
rus quippe. Sunt hi ne religionis mores. Ha probi
uiri me sinite: miserationibus cõmissum me uestris
quæso suscipite: saltem oro deorum professionis meæ
uos moueat religio. Dii boni nunc maxime mihi rr
fautores: maxime nũc adiutores este: ullibi si unquã
uestra mihi profuit gratia: ha boni dii ipsa tantum
nũc uestra mihi opus est maxima gratia. In amplio ss
rem saltẽ quæso me locũ icludite. ne isthoc angusto
tam carcere atq; tenebroso sistam. Tu mõ fac præsi
di denunties: quo de se suppliciũ sumat: tu iterea uir
nequã utere taciturnitate: si non uis redeam & ad fe
cis emissionẽ te calcibus cedam. At te nũc propero te
qui me uocitas. Deliberemus socii: qua poena plecti tt
uir ipsius debeat: ne ipunis eat. Quid censes Lini: tu uu
dehinc quid Ronzi: Ego ne prius dicam: cui iudiciũ
minimũ: aut uerius nullũ est: nunq̃ equos nec preire
solet quadriga: tu prædice: nec plura. Primus post q̃
lubet meo iudicio tanto scelere statuã cõdignas poe
nas: applaudens: sane melioribus ubiq; iudiciis uris
hortor ut qua parte deliquit luat. Tu crudus es ni- A
miũ: nã quisquis in hoste. quorum ultores sunt dii ma
nus iniicit. profecto consilio caret. Si ad ea solũ ispi- B
ceremus quæ meritus es. non euaderes quin te i ma
lum daremus usq; ad necẽ. uerũ ipsa optimi dei no
stri miseratio. cuius te cuncti fatales degimus. indul
gentia te dignũ potius facit. Vidistin unq̃ meli9 suc C
cedere. nec excogitari. cæterũ rectius lõge q̃ institu-
tum foret. diis opitulantibus scelus detectu credo.
ideo q hypocrisim nimiũ molestã ferunt. Expetit D
ut bene falsus sis. modicũ te facias triste. haud quic-
quã est quod tibi tantũ uel plus fidei præstet. q̃ si cõ
pescere lachrimulã cũ singultibus queas. at aliter si
nequeas: irriges fac saltẽ tibi lumina paululũ sputo:
aut certe reminiscere tũc infortunii cuiuspiam: qd
nonnũquam perpessus fies: ita soleo dum tristis ui-
deri cupio. Vis lini rectum cõsiliũ tibi dedam: quod E
nunquam ex animo excidat tuo. Plus id satis seruo: F
& præcipuum teneo. Nulli puto citra necem insoe G
licior unquam fuerit dies: q̃ hesterna mihi: ut exin-
de nec cibis nec potu nec somnis ualeam. Plura q̃ au
ri pondo ducẽta e facultatibus meis damna patior:
si non prouideam: ruborem tamen (& sic dii me iu
uent) atque memorem tuum plus tristor q̃ damna
Te animæ mi supplex oro: sine se in malum quiesce
re: nec expgisci uelis a somnis canes. Sinito his ma- H
la dicere: quin nec bona scirent: ipsi quidem mali se-
mipascuntur maledicendi consuetudine. Me quoq;
damnarunt simbolum ut persoluerem. Quod tuũ I
est tutus cape. Acta pereant: læti fiamus malo. Fac
me deinceps sæpius uisites. Ad te nulla profecto di
es præteribit quin ueniam si possim. Tu quoque
plus satis uale: ualete & plaudite socii. Sequuntur

modó Flores ex Philogenia Comoedia Vgolini
parmensis.

Vgolini Parmensis ex Philogenia Comoedia
autoritates.

K Ere possum dicere in amore me perdi-
tum & miserũ: atq; omnem ætatẽ meã
contriuisse: dum amori operã dedi: utq;
uno uerbo expediam iamaui frustra: dii
boni tanta ne duricia affectũ quenquã: ut amori nõ
L respondeat. Exploratissimũ illud est: quem alteri de-
bere non suppuduerit: omnibus in rebus boni uiri
M semper officium relinquere. Illud tibi consilii do:
ut animum imperitũ expedias: & calamitates istas:
solitudines: & cruciatus: quos amor secũ affert reiici
as: & te tibi uendices. non enim decet omni tẽpore
eundẽ esse. semel dum ætas: locus: & res postulant
non multũ uitio datur indulgere lasciuiis. uelle au-
tem eo l ludo uitã uniuersam degere. turpissimum
quidẽ est & flagitiosissimũ: quare heus expergiscere
luxu: & ex ocio excedas impigre. Ratione uiris ui-
uendum est: non autẽ pariter ut beluæ appetitu du-
ci debent. hoc uir & belua interest. ea enim ad quod
cunque delectabile sese accommodat nos autẽ qui
cum diis animos communes habemus uti ratione
decet: & huiusmodi motus: ab honesto & simili &
utili declinantes: penitus sub conditione nostra re-
N tinere: uitia cohibere: uirtuter fortiter ãplecti. Pro-
be dicis: si modo ut dici ita fieri facile possit: nũquã
ita solutum animum & tam recte compositum ha-
biturus sum: dum iuuentutis annos degam: ut ista
grauia. Stoicorum dicta mihi persuadere possint:
esse fac facilia: ea autem prædicare pulchrum est: &
sapientiæ singularis inditiũ: agendũ est pingui mi-
nerua ut aiunt: extremæ profecto subtilitates fran-
guntur: æquabilia naturæ & ingenio quisque præci
O piat: si pareri sibi postulat: Exciderunt hæc mihi me-
moria: uel ut rectius loquar: nihil potui dediscere:
P cum nil unquam didicerim. Tu tibi aliũ quæras qui
Q tuæ sententiæ sit æq̃lior. An hoc pacto emori opor-
tet: & annihilari pedetẽtim? Fortibus fortuna sem-
per fauit. Balistarii solent ab artu plerumque sagit-
tas centũ emittere prius q̄ signum attingerint: for-
te fortuna euolabit una: quæ statim in moetam sta-
tuetur sic mulieres se capi sinunt: denique uolũt ro-
gari item exorari centies: ut mercaturæ suæ cõmer-
tiũ uendant: & ut aliquando iratæ amatori suo pos-
sint obiicere: nunquã te depræcata sum nec te quæsi-
R tum ueni. Sed illa quæantur multis tandem modis
& præcibus: & momento magis q̄ mensibus: tamẽ
hoc intelligo. nullum autem ferme paucos muliere
potiri posse: nisi fuerit ĩportunus aut insidiator cõ-
S tinuus. Honestate si uirgo caret: est absque doctẽ: &
extrema turpitudinis habetur: & a mulieribus pu-
T dicis se posita. Ego iam uigesimũ nacta sum annuz.
ego carne & ossibus nata sum ut cæteræ. mihi præ-
terea est corporis habitudo ad uenerem aptissima.
quare non possum non commoueri libidine. atqui
hoc peccatũ quo nos ad id natura propensiores fe-
cit. eo magis ignoscendũ est. nã hunc amo ut mihi
ex caro fiat carior quod hac re tandẽ cõprobare pos

sunt. si mei copiã sibi fecero. Lapilli iactus aut screa V
tus aduentus huc sui signa sunt. Suauior si fructus X
& sapidior. quẽ labore maximo acquisiueris. Salue- Y
te parietes atque fores uitæ meæ futuri sepulchrũ.
nisi quid operis quispiã deus attulerit hic manebo.
stat scio ad aurorã usq; rubescentẽ. hæc est mihi lex
antiqua. ueh mihi misero quo redactꝰ sum? mea qui-
dem uita (ut dici solet) in aliarũ ludo posita est. sed
quid audio. hem adest animi mei morbus perpetu-
us. O salue animæ mi: solamẽ unicũ. meũ corculũ.
& mea suauitas tibi in manu est uiuaz aut peream.
Fratris loco te dilexi semper ex aduersa putabam te Z
sincera fide amare me usque turpidine ulla. sed estis
huiusmodi fere omnes. non amatis uirgines nisi ue
libidinẽ uestrã expleatis. rationẽ uoluptatis uestræ
magis q̄ decus caruz amatis. Non recte iudicas. bo- aa
na uenia negari hoc audeo. Tu circunducis me uer-
bis acutis & callidis. Ne ex aliorũ ingenio me iudi-
ces. Turpe est quidẽ te unũ ab aliorũ coetu dissona-
re. Saltẽ absolue quod pollicitus es. Num pietati: bb
humanitati: misericordiæue apud te locus erit. Am-
plius nequeo pati: neq; hos labores: dolores: & cru-
ciatus tolerare possum: uideo me paulatim resolui:
ut nix sole liquescit: fer opẽ his rebus obsecro. Non
deuorat amans delicias. Non tibi uerbis mens con- cc
sona. Id tam fieri potest: q̄ cælum ruere. Caue istuc
uerbũ nunquã ex te audiã missa hæc. Quã mulierez
pridie in tẽplo spectabas ita anxius. quæ uisa est fa-
cie splendidior. Tuæ tantum parti consulis & perti-
nax: rem autem nostrã facis parui & floccipendis.
Ne me obtundas de hac re sæpius. Rem istam pro- dd
fecto tã caute tam accurate agemus: ut soli dii quos
nil latere potest: id nesciturі sint. Parentes enim hu- ee
iusmodi fere omnes sunt: interminantur filiis: ne
quid sceleris: flagicii: inhonestiue cõmittant: & eos
obseruant quantũ in ipsis est quoniam sciunt nõ so-
lum præceptis: sed etiam custodia magis. & diligen-
ti obseruantia filios cohiberi: cum iuuentus omnis
ad libidinem: & ad animi oblectationes: & ad cæte- ff
ras uoluptates quodãmodo procliua sit. quo fit ut
adolescentem ueniam mereantur: non autem uesa-
ni senes: quos his uoluptatibꝰ abstinere: ætas meri-
to illa coegit & imperat. Sed ut ad rem nostram pe-
dem referamus. Nunquam (crede mihi) culpabis gg
hoc consilium. Estis omnes blandiloqui moribus:
& uerbis consimiles. tantã enim uim habet in se ue-
stra eloquentia: ut non modo uirgines teneras &
ignaras rerum alliciatis sed etiaz lapides (ut aiunt) hh
ex parietibus possitis euellere. Credin tu tot uigili-
as potuisse ferre. tot pnoctationes in uia: tot æstus
tot frigora: tot nubes: tot pluuias: tot niues: tot la-
bores: tot deniq; timores: & pericula moriẽdi adire
potuisse: si te amarez tepide & uulgatiter. Redigis ii
me ad insaniã & ad merorẽ maximum. Lachrimas
mihi misere excussisti: cohibeamus lachrimas: ne us-
quam exaudiri possimus. Ne sis in necem meã tam
pertinax. Tecum melius actum post dies: q̄ optare
unq̄ ausus es. Flexit is me tandem lachrymis. Vnũ
diem sine te uicturum me non posse certum habe-
as. Non sum apud me: ita obscurasti mihi mentem

kk &ratione. Res omis erit in uado. Facile est quod
fit libenti animo. Nolo ob clæmentiam & effrena-
tam libidinẽ atque petulantiam filiæ: uitã ulla folici
tudine aut angore mihi breuiorẽ efficere. Non pos
ll sum non grauiter commoueri. Res ista (ut fit) pro
meliori a diis recipienda est. Vitã hilarẽ quæramus
nobis & reliquũ hoc pauculũ nostræ uitæ agamus
perpetua in lætícia. auspiciis bonis. Doleo quidem
amici causa. Cupio hodie his in reb⁹ abs te fieri do
ctior. Mulieri si obuiã factus fueris lumina torque-
as: eã uidere nolle ostendas: sit tibi contemptui. Si-
mm quid me uis: relictis rebus omnibus ecce me tibi.
nn Adero hic continuo. Hei mihi postq̃ res in publicũ
perducta est: & peccatũ meũ elatum foras: negare
non audeo: sed quid facturus sum consule amabo ac
A mature. Nunc non est narrandi locus: sic opus est.
Abeunti mihi domo: mens futuri mali præsaga p̃-
B dixit hoc. Nil aliud est nobis quærendũ deinceps:
quẽadmodũ læti uiuamus. quare dum datur: fruare
risu & gaudio. est enim solicitudo & animi tristitia
C potissimũ salutis inimica. Me miserũ q̃ subito op-
pressit nos calamitas: ha fortuna saltem finisses nos
triduũ hoc perpetuũ degere in lætícia. quot incom
moda mortalibus affert hæc tua uarietas. uellẽ po-
tius te nunq̃ facilẽ te nobis præbuisses: turpis exi-
D tus: retro fœdatũ principium. Ante oculos omnia
mihi futura uideo: luctũ & infamiã: cruciatũ: deniq̃
mortẽ utinã hæc me præripiat. Exaudiri haud de-
cet inhonesta rogantes. hæc amicitiæ lex prima tra
E ditur. Mulier si forte prolixa sit in principiis ante-
quã amatori obsequatur: attamen ubi decreuit ama
re: flagrantius & stabilius q̃ uir amat & in amore eũ
superat. uir enim ubi potitus est muliere: propter
quã se dudũ deperire ostenderat secũ si cogitat. hæc
meo arbitratu & iussu semper erit: ad aliã aucupe-
mur: & sic pro munere sibi palmario ducit: si plu-
res (ut aiunt) in codice descripserit. Mulier autẽ cũ
intelligat nihil sibi esse deterius: atq̃ famæ honori-
ue suo magis aduersum q̃ amorẽ suũ plurimis imp
tiri. ei quẽ a se amari dignũ iudicauerit: cuiusque uo
luntati semel dedicauit suũ amorẽ. illibatũ incorru-
ptũque conseruat. Hem porro mulieri suo pro me
rito hæc a uiro refertur gratia expletus est: & uisce-
ra sibi omni uoluptate cõplacita resarcuit: eã asper
natur & deserit. ha fallaces uiri: mulieribus si sapiãt
F abhorrendi. Quot effrenatos & oblitos sui amor fe
cit: quot dedit præcipites. quot cæcauit rõne. quot
deniq̃ crudeliter interemit. q̃ sæpe euenit in re qua
piã tute tecũ: libratis ratiunculis tuis: deteriorẽ par
tẽ sciens accipias. Hei mihi: uideo me ad extremæ
turpitudinis terminos miseriæ redactũ esse. nã nil
G præter mortẽ expecto. Mulieribus aduersis in re-
H bus flere est remediũ: & semper recursus ad lachri-
I mas. Reintegrari res nequit ãplius: nec ulla ex par-
K te restitui. De futuris habenda est deliberatio ut uul
go traditũ est. A qua qualis fluit excipiatur. In re de
sperata forsan deus quispiã inspirabit auxiliũ. quod
enim ab homie nequit ĩpetrari: solet a diis ĩplorari
succurrite igitur dii: opẽ ferte: siquid uos humana
mouent date ueniã: & si id neque meritus sum: atta
men uos misericordia finite flecti. ad uexillũ uestræ
clæmentiæ confugio. obsecro mihi sitis præsidio:
hinc uobis fauentibus & quantũ eniti potero finẽ
peccãdi faciã. Sat est uerbo℞. Quoquo fortuna tra L
hit eundẽ est. res nisi tractetur astu io irritũ euadet.
Sine me cõmode orationi meæ finẽ facere. Id legis
latoris autoritate cõprobatũ est ut quibus in larib⁹
quisque natus sit: ab hisdẽ cognomẽ accipiat. Ego M
ne aduersus animi tui libidinẽ nil unq̃ ausus essem.
nec conari possem: si hoc in rẽ nostrã esse putas ecce
me: facturus sum quod uoles. tibi rursus dico quic
quid iusseris faciã: & si minus mihi gratũ ĩpetraue
ris. Nil unq̃ præter bonũ & æquũ tibi præcipiã. Cõ N
cinite quicq̃ donec hoc agã negocii. Vale & dimitte O
solicitudinẽ omnẽ & deos depræcare: ut nobis hãc P
rẽ secundent fœlicitentque. I fortunatus & ualidus.
Reditũ ad nos mature habeas memoriæ. Ne cogi
tes quæ nunq̃ possint contingere. Qui uere diligit
& sincero corde: is nunq̃ potest desistere. amor si no
bilitate derinetur: stabilis manet perpetuo: & nunq̃
ex anio excidit. Cætera missa facio ne nimius in uer
bis sim. Vt mihi maximã partẽ calamitatũ mearũ
sustuleris. Dii boni quantũ ad fœlicitatẽ mihi adie Q
ctũ esse putabo; si quẽadmodũ cupio res ista secun
dabit. Quid tibi ẽ in his regiõibus negocii. Deãbu R
landi causa urbẽ egressu. sum. Quattuor ĩ muliere
quæ uult nubere quærẽda sunt. primũ quod sapiat.
q̃ honesta & pudica sit: porro q̃ formosa. tertio un
de originẽ habet & quæ affinitas. postrẽo æris quã
tũ ferat secũ. tu a nouissimis occepisti caudæ frena
na ponere. Tu fortassis istud ætatis itidẽ faciebas. S
Hoc est adolescentibus cõmune uitiũ: ut cũ mulieri
bus prius ad rem q̃ ad uerba se cõferre uelint: & oẽs
moras ferunt grauiter. Animo mihi nihil tristitiæ
insidere põt. Vix eris apud te cũ uideris ipsam: crede T
mihi ẽ facie egregia & uenusta bonisq̃ morata mo
ribus. bella. lepidula. faceta & lactinea: atque tam te
nella ut eã cum ungue scinderes: p liberalis es nimi
um. Ego tibi gratias habeo & cũ dabis referã. Bo- V
nis auspiciis oia confitentur. Nox ista mihi ætas ui
debitur. Adhuc ante mensem ita uxore saturabere: X
ut quocunq̃ aspicies uxores tibi plurimæ uidebun
tur occurrere. Iam ad uesperascit tempus monet ut Y
me in urbẽ recipiã. Profecto res illa ut opinor diis
fauentibus in portũ traducetur. Cũ ueneris pote- Z
ris discũbere & sorbillare. Heus pueri tendite men-
sam & parate omnia. Tutũ est sermone prouerbiũ:
fidei scriptũ non appenditur. Cũ aurũ cœperimus
tũc gratiã habeamus. Sine paululũ ad me spiritũ re
uocare: post narrabo quid a uobis uelim relictis pre
ambulis quæ uulgariter ab ĩpetrare nolẽtibus præ
mitti solẽt. Res itaq̃ ad uos me uenire cõpulit quã
uobis breui explicabo. Piam & sanctã rẽ aggressu-
rus es. Tu tibi carpe quid uis solacii. Intermissione aa
nulla si mala semper agas quis deus hoc sufferre po
terit. Semp dii fuere bonis præsidio & iuste depre- bb
cantibus. istud est sapere: si quæ præter spẽ & æquũ
euenerint feras fortiter: & ubi quando opus sit tuũ
animũ sine deo℞ suffragio flexeris. eia non semper
debet auxiliũ ĩplorari: cũ nobis rationẽ cum uirtute

dedere:atque nobis infundere animos qui possunt
omnẽ fortunæ motũ & tempestatẽ euadere:seq; ip
cc sos cohibere & sensibus dominari. Tu consules ego
obsequar. Tecũ repete memoria quicquid peccaue
ris:id ne uereare põtifici propalare.sic opus est ubi
animã peccatis laueris:leuius corpus efficies: & oia
dd bonis auspiciis secundabunt. Dii quoq; sub ĩperio
sunt omnia:quiq; benigne mortales respicitis:obse
cro mihi meliorẽ mentẽ date:qua possum semper
maiestatẽ uestrã cultu uero caste & incorrupte con
templari. Is rectus modus uiuẽdi est uelle se diis ex
ee purgare. Ois actio ut uirtuosa uel uitiosa dici possit
uoluntaria sit oportet. quãobrẽ si minime ad id tur
pitudinis te uoluntas sed necessitas impulit te inno
ff centẽ esse dico. Nã homines ira cæcat ratiõe. Ama
re uiles q̃ delicatas epulas id quidẽ insulsum est. Ma
lo ego oua q̃ fabas:amigdalas q̃ cicera edum q̃ suc
culũ:item pullũ q̃ hyrundinẽ:perdicẽ q̃ anserẽ. dã
nantur dumtaxat qui ingluuiunt:deuorant & sorbi
liunt:plus q̃ eorũ calor naturalis queat digerere: &
qui plus ĩpensæ faciũt in comessationibus q̃ reddit⁹
eorũ possint suppetere. horũ ebrietates:crapulæ:cõ
potationes:elixationes tantũ culpantur: non eorũ
conuiuia & inuitationes:qui ex malis bona fercula
diligũt:& ex grossis tenuia: cũ utraque & apposita
gg habeant a pari sumptu. Iuidi crimen est pessimũ &
innatæ complexionis alteratio: & humidi radicalis
sensim consumptio:nulla cũ uoluntate:sed cũ tristi
tia & dolore perpetuo. quare cauendũ est omnibus
hh ne afficiantur inuidia. In gratiã deorum te restituo
ea potestate:quæ mihi a primario pontifice tribu
ta est. abi & hic peccandi finẽ facias. abi cum diis op
ii timis. Certe is non est in uerbis multis: sed breuissi
mus:tamen ad rem ea quæ pertinent non præter
kk mittit. Onus maximum te abiecisse existimo. Beni
gne tecũ actum esse potes dicere. Hilarẽ fac expor
rige frontem. Virgines uæhementius amant q̃ reli
quæ:quia sunt in amore nouiciæ & molles. ut sicut
facile imaginẽ mollibus ceris potes imprimere:ita
eas in more tuo quibus uolueris institutis tibi lice
bit effingere. uiduæ autem nuptæ quãuis rem astu
maiori pertractare scirent:attamen mihi nunq̃ di
gnæ uisæ sunt:ĩ quas amorẽ meũ tenderẽ. tum quia
plerũq; nos alliciunt in alio amore occupatæ: tum
q; ad nostrã consuetudinẽ eas referre uelle moribus
alienis assuetas non nisi magno ingenio & singula
ri cura potest ĩpetrari. In amore autem primũ esse
oportet morũ consuetudinẽ:quæ ad idẽ uelle & ad
idem nole nos annectit. Ego itaque in puellas tene
ras ætate sinceræ mẽtis:incorruptæ fidei:suauis in
genii semper amorẽ meũ cõtuli. Tu adeo deinceps
eris apud te:ut tibi pendulam palii nullus audeat at
ll tingere. Tu mihi certe frugalissimus iudicatus es:
intellexi te continentem ruri esse parcũ & sobrium:
atq; labori non parcere: sed absq; inertia quærendis
opib⁹ inhiare:ut res tua domestica se sufferre queat
& sumptus quotridianos & emergentes tolerare.
hem hæc est uiri uirtus summis cũ laudibus offeren
mm da. Tibi omnibus in rebus ero morigerus & obse
quens quæ mandabis curabo diligẽter, nec ulla erit

in me mora. Tenuit uetus consuetudo atq; moder A
na custodit digitos anulis ornari. Bonis auspiciis a
summo ioue capere initiũ statuo:a quo ratio oĩs is:
mos gentibus:& ipsa natura quodãmodo exordiẽ
du meẽ persuasit. bone iuppiter diuæq;. Himeneæ B
fauete obsecro:ut fœlix & fortunatũ sit coniugium
nuptias uestro iussu & imperio celebram⁹ ut sobo C
lis ligitimæ fiat procreatio: & fornicandi: stupran
di:mœcandi:& incestandi dẽpta sit occasio. nuptias
profecto qui sancte incorrupteq; seruauerint: diis
erunt acceptissimi:quod ut isti facturi sint nos sup
plices exoramus. Is agrestis mestigia & nebulo: ea D
potiatur ut lubet:quanq̃ si uellis rationẽ ueram exe
qui:non sit dignus eius pedem attingere. Ita uenu
sta est bellitudine:gracili habitudine:atq; in uniuer
sum formosissima:tum lepida atq; in omni genere
uirtutis ornata:ut mea sententia facile omnes mu
lieres uulgi anteeat. sed hoc quodãmodo facile dici
potest:ut omnia iniqua sorte cõponãtur. hæc enim
pulcherrima & mulier perdocta turpissimo & rudi
coniuncta est. Sed certe credo:nil hoc sibi fortuna
tius euenire potuisset. is est enim sibi maritus iners
babilo somniculosus: & (ut dicam) hominis quod
dam simulacrũ. quare tutius & sine periculo magis
adhuc hæc nobiscũ uictitabit. quouis enĩ suaui uer
bo capiet:explebit eũ ossa & iure quottidiano:post
eũ ad labores extendet. ubi se defatigarit usq; ad fri
gora:bibet usq; ad lachrimas. demum defessus som
nis opprimetur:nec excitabitur a crepusculo usque
ad meridiẽ. Is enim cõmensator & sorbillator ẽ ma
ximus. Tẽpus est eundi:iam aduesperascit. Si mo E
do eundi nobis stat sententia:nolo mei causa uos in
mora diutius esse. Eia spiritũ reuoca. Abi sospes me
uidebis propediẽ:Coreis gaudete:psallite:concini
te & quoad uobis datur iucundi sitis. de futuris du
bius est euẽtus:neq; in iucunditate uitæ sitis auaris
consimiles:qui semper ingeniũ suũ fraudant & nu
mis parcunt:ut in futuris necessitatibus sibi opitu
lari queant:quos tamen plus mors opprimit q̃ ad
uenerit suo tantũ iudicio necessitas. hoc uobis dico
uiuite læti dum fata sinunt. Tu igiẽ saline mitte spi F
ritũ in fistulã:& hi coreas agẽt:ut festiui uideamur:
frustra neq; huc aduenisse. qd morare fistulã isuffla
re. Or fiet. Trur lu ru lur iu. Trar la ra lar la. Comœ
diis exactis quæ quidẽ ducatum ad omnes familia
res & domesticas elocutiones præbẽt. Nunc tragœ
diaræ Senecæ Flores & autoritates exordiamur.

¶ Tragœdiarum Senecæ Flores & autoritates
incipiunt.

Aximæ philosophiæ librũ Tragœdiarũ
m Senecæ:& quidẽ moralissimũ:ultimo in
ter autoritates loco Illustrissime Prin
ceps & pater Reuerẽdissime ponere cõ
stitui:ut concedẽs nostro operi imineat finis: quas
nunc autoritates & flores in hunc accipe qui sequiẽ
modũ. Nouit paucos secura quies: qui uelocis me G
mores æui tẽpora nunq̃ reditura tenent. Dum fata H
sinunt uiuite læti:properat cursu uita citato: uolu
crique die rota præcipitis uertitur anni. At gens ho
minuȝ fertur rapidis obuia fatis:incerta sui:stigias

I ultro quærimus undas. O magne olympi rector & mundi arbiter iam statue tandem grauibus ærũnis modũ finẽq; cladi. nulla lux unq̃ mihi secura fulsit fi nis alterius mali gradus est futuri. Fluctuq; magis mobile uulgus. Nulli iussu cessare licet: nulli scri
K ptum proferre diem. Sordida paruæ fortunæ do
L mus altæ uirtus animosa cadit. Prosperum ac fœlix scelus uirtus uocatur: sontibus parent boni. ius est
M in armis. opprimit leges timor. Quod nimis mise ri uolunt hoc facile credunt: imo quod metuunt ni mis: nunquã amoueri posse nec tolli putant. Prona est timori semper in peius fides. Iniqua raro maxi mis uirtutibus fortuna parcit. nemo se tuto dii pe riculis offerre tam crebro potest: quẽ sæpe transit ca sus aliquando inuenit. Qui genus iactat suũ aliena laudat. Omnis i ferro est salus. Alieno in loco haud
N stabile regnũ est. Ars prima regni posse ad inuidiã pati. Si æterna semper odia mortalia agent: nec ce ptus unquã cedat ex animis furor: sed arma fœlix teneat: infœlix paret: nihil relinquent bella: tum ua stis ager squalebit aruis subdita tectis face. altus se pultas obruet gentes cinis. pacẽ reduci uelle uictori expellit: uicto necesse est. Dominare tumidus spiri tus altos gere. sequit superbos uictor a tergo deus. Arma non seruant domũ: nec temperari: facile: nec reprimi potest stricti ensis ira. bella delectat cruor. Quæritur belli exitus nõ causa. Cũ uictor arma po suit: & uictũ decet deponere odia. Cogi qui potest
Q nescit mori. Imperia dura tolle: quid uirt⁹ erit. Mor tale cælo non potest iungi gen⁹. Post multa uirtus opera laxari solet. Qui morte cũctos luere suppli cium iubet. nescit tyrannus esse: diuersa irroga: mise
R rum ueta petire: fœlicẽ iube. O fortuna uiris inui da fortibus: q̃ nõ æqua bonis præmia diuidis. Odit uerus amor nec patitur moras. Votum secũdet qui post nostrũ deus rebusq; lassis adsit. Quæ fuit durũ pati meminisse dulce est. Nec ire labor est ipsa dedu
S cit uia. Ipsaq; morte peior est mortis locus. Quod quisq; fecit patitur autorẽ scelus repetit: suoq; puni
T tur exẽplo nocens. Quisquis est placide potens do minusq; uitæ seruat innocuas manus: & incruentũ miris imperiũ regit animæq; parcit longa permen sus diu fœlicis æui spacia uel cælũ petit uel læta fœ
V lix nemoris. Elisii loca. Iudex futurus sanguine hu
X mano abstine quicunq; regnas. scelera taxantur mo
Y do maiore nostra. Nemo ad id sero uenit unde nun q̃ cũ semel uenit potuit reuerti. quid iuuat durũ pro perare fatũ: parce uenturis tibi mors paramur sis li cet segnis properamus ipsi. prima quæ uitã dedit hora carpsit. Gratior nullus liquor tinxisset aras. ui ctima haud ulla amplior põt magisq; optima ma ctari ioui q̃ rex iniquus. Quod subitũ hoc malũ est?
Z Superi tectã in melius flectite mentẽ. Solus te iam præstare potest furor insontẽ. Proxima puris sors est manibus nescire nephas. Pectora tantis obsessa malis non sunt ictu ferienda leui. Nescio quod ani mus grande præsagit malũ. Sæpe uindicta obfuit. Maiora quisquis timuit. Sæpe error ingens sceleris
aa obtinuit locũ. Nemo polluto quærat anio mederi. morte sanandum est scelus. Veniam dabit sibi ipse

qui nulli dedit. Miserum haud potes me facere: fœ licẽ potes. Sic statue quicquid statuis ut causam tuã famamque in arto stare & ancipiti scias. Hæc de pri ma Tragœdia scilicet Hercule. Sequitur secunda rã
talus. Scelera non ulcisceris nisi uincis. Maximum bb
hoc regni bonum est q facta domini cogitur popu
lus sui q̃ ferre tã laudare. Laus uera & humili sæpe cc
contingit uiro: non nisi potenti falsa. Vbi nõ est pu dd
dor nec cura iuris: sanctitas: pietas: fides: instabile re
gnum est. Nephas nocere uel malo fratri puta: fas ee
est illo quicqd in fratre nephas est. Credula est spes
improba. Iam tempus illi fecit ærumnas leues. Er ff
ras: malorum sensus accrescit die: leue ẽ miseris fer re: perferre graue. Peiora iuuenes facile præcepta audiunt: in patre facient quicquid in patruo doces.
Sæpe in magistrum scelera redierunt sua. Vt nemo gg
doceat fraudis & sceleris uias. Regnum docebit ne mali fiant timẽs. Nascuntur Istud quod uocas sæ num asperum agique dure credis: & nimium im pie fortasse & illuc agitur. Tacita tam rudib⁹ fides
non est in annis detegent forsan dolos. Tacere mul hh
tis dicitur uitæ malis. Multa sedus trepid solet dete gere uultus. magna nolentem quoque consilia pro
dunt. Quis nos exagitat furor. alterius date sangui ii
nem & sceptrum scelere aggredi. Nesciris cupidi ar
tũ regnũ quo iaceat loco. Reges non faciunt opes. kk
non uestris tiriæ color: non frontis nota regiæ: non auro nitide trabes. Rex est qui posuit metus: & diri mala pectoris: quem non ambitio potens: & nun quam stabilis fauor uulgi præcipitis mouet: quem non lancea militis: non strictus domuit calibs. Qui tuto positus loco infra se uidet omnia: occurritque suo libens fato nec quæritur mori: reges conueniat licet. Rex est qui metuit nihil: hoc regnum sibi quis que dat. Stet quicunque uolet potens aulæ culmi ne lubrico: me dulcis saturet quies obsecro positus loco leni perfruar ocio nullis nota quiritibus: ætas per tacitum fluat: sic cum trãsierint mei: nullo cum strepitu dies: plebei⁹ moriar senex. Nulli mors gra uis incubat: qui notus nimis omnibus: ignotus mo ritur sibi. Fulgore non est qui oculos falso auferat:
cum quo datur spectabis & tandem aspice. Non ca ll
pit regnum duos. Miser esse mauult: esse qui fœlix potest. Mihi crede falsis magna nominibus placẽt. frustra timentur dura. dum excelsus steti nunquam pauore destiti. atque ipsum mei ferrum timere la
teris. O quantum bonum est obstare nulli: capere A
securas dapes humi iacentem scelera non intrant ca sas: tutusq; mensa capitur angusta cibus. uenenum in auro bibitur: expertus loquor. nam rebus paruis
alta præstatur quies. Nec abimendum est si dat im B
perium: deus nec appetendum: frater ut regnes ro gat. Redire pietas unde summota est solet. Repa ratq; uires iustus amissus amor. Cum sperat ira san
guinem nescit tegi. Habere regnum casus est: uirt⁹ C
dare. Quis influentis dona fortunæ abimit. Exper tus est quicũq; q̃ facile effluant. Nulla uis maior pie tate uera est. Iurgia externis inimica durant. Quos
amor uerus tenuit: tenebit ira cum magnis agitata D
causis. Peior est bello timor ipse belli. Nulla sors lon E

ga est : dolor atque uoluptas inuicem cedunt bre-
F uior uoluptas. Ima permutat breuis hora summis.
Vos quibus rector maris atque terræ ius dedit ma
gnum necis atque uitæ : ponite inflatos timidosq;
que uultus : quicquid a uobis minor extimescit: ma
ior hæc uobis dominus minatur. Omne sub regno
grauiore regnum est : quem dies uidit fugiens ia-
centem . Nemo confidat nimium secundis : ne-
mo desperet meliora lapsis : miscet hæc illis p rohi-
betque Cloto stare fortunam : rotat omne fatum.
Nemo tam diuos habuit fauentes : crastinum ut
G posset sibi polliceri . Res deus nostras celeri citatas
turbine uersat . Vitæ est auidus quisquis non uult
mundo secum pereunte mori . Pectora longis he-
betata malis : iam sollicitas ponite curas fugiat me-
ror: fugiatque pauor : fugiat trepidi comes exilii :
tristis ægestas rebusque grauis pudor afflictis: ma-
gis unde cadas quam quo refert magnum . ex alto
culmine lapsum: stabilem in plano figere gressum:
magnum ingenti strage malorum pressum : fracti
pondera regni: non inflexa ceruice pati: nec degene
rem uictūq; malis : rectum impositas ferre ruinas.
H Proprium hoc miseros sequitur malum: nunquam
rebus credere lætis: redeat fœlix fortuna licet : tamē
afflictos gaudere piget . Inter subitos stetit horro-
I res. Imber uultu nolente cadit : uenit in medias uo-
ces gemitus: meror lachrimas amat assuetas . flendi
K miseris dira cupido est . Mittit luctus signa futuri:
mens ante sui præsaga mali. Instat nautis fera tem-
L pestas: cum sine uento tranquilla tument . Sceleris
est aliquis modus sceleri modus debetur . ubi facias
scelus: non ubi reponas. Hæc ex secunda Tragœdia
M Sequuntur ex tertia. Sed flecte mentem: pectus an-
tiquum aduoca: uictasq; magno pectore ærumnas
N doma: resiste: tantis in malis uinci malum est. Quid
ista tandem cura proficiet tua: ubiq; mors est: opti-
me hoc cauit deus. Eripere uitam nemo non homi-
ni potest: at nemo mortem: mille ad hanc aditus pa
O tent. Miseros magis fortuna conciliat suis . Nihil iā
iura naturæ ualēt: post ista fratrum exempla: ne ma
tri quidem fides habenda est . Qualibet gaude mo-
P ra. Quotiens necesse est fallere aut falli a suis: patia-
re potius ipse quā facias scelus. Fraudis alienæ dabo
pœnas: at ille præmium scelerum feret . In seruitu-
Q tem cadere de regno graue est . Regna cum scelere
omnibus sunt exiliis grauiora nunc belli mala pro-
pone: dubiasque martis incerti uices : licet omne te
cum regie robur trahas: licet arma longe miles ac la
te explicet: fortuna belli semper ancipiti in loco est.
quodcunque mars decernit exequat duos : licet im-
pares sint gladius & spes & metus: sors cæca uersat:
R præmium incertum petit certum scelus . Regnare
non uult esse qui inuisus timet. Simul ista mūdi cō-
ditor posuit deus odium atque regnum . Regis est
magni reor odia ista præmere. multa dominantem
uetat amor suorum: plus in iratos licet. Qui uult a-
mari languida regnat manu. Iniqua nunquam im-
peria retinentur diu . præcepta melius imperii re-
ges dabunt: exilia tu dispone . pro regno uelim pa-
triam: penates: coniugis: flāmis dare. Imperia pre-

cio quolibet constat bene. Hæc ex tertia Tragœdia.
Sequuntur ex quarta. Qui blandiendo dulce nutri- S
uit malum. sero recusat ferre quod subiit iugū . Nec T
uideo. nam & si latissimos dicẽdi campos habeo: &
ea mihi materies oblata ẽ: in qua nemini deesse pos-
sit oratio: quo tamen aut uerborũ ornatu: aut senten
tiarũ grauitate id assequi possim nõ inuenio. Quis
enim per deũ ĩmortalẽ nisi singulari ingenio: excel-
lentiq̃ doctrina tuas posset ĩ omni ætate laudes nõ
dicã eloquẽtia decorare sed enumeratione cõplecti.
Tanta est enim innumerabiliũ uirtutũ tuarũ multi-
tudo ut in eis recensendis non minus negocii sit q̃ ĩ
enumerandis cæli sideribus elaborare. Quantũ enĩ
prudentia & grauitate ualeas. quantũ maximarum
pulcherrimarũq̃ rerũ scientia polleas. quantũ deni-
q̃ in alio quouis laudis titulo præsles. quis nõ admi
retur. Cæteræ aũt uirtutes: & hæ præsertim quæ in
principibus maxime esse debent: humanitas prudẽ
tia. & disciplinæ studiũ tanto in te maiores sunt quã
to cæteros dignitate præcellis. Proposuisti tu qui-
dẽ pater sapientissime nil melius: nilq̃ fœlicius age
re posse: q̃ præclara scientia perornari. Illudq̃ Ari-
stotelis ante oculos: corãq̃ semper habuisti summã
fœlicitatẽ claris speculationibus acquiri oportere.
his accedit tua illa admirabilis omnib⁹ in rebus ani
mi magnitudo: singularis modestia: sũma benigni-
tas: præcipua quædã uitæ ac morũ obseruantia: qui
bus aut cæteris uirtutib⁹ regiis adeo præditus atq̃
ornatus es: ut nemo ad te accedat: q̃ non iam se mor
talem hoĩem: sed fœlicẽ ac pene diuinũ intueri arbi-
tretur. Quæ uero fuit in aliquo sapiẽte homine: aut
prudentiam in respondendo: aut in tacendo audiẽ-
doq̃ modestia: quin illa multis signis prius in te fue
rit a primis (ut ita dicam) in cunabulis tuis perspe-
cta. Nunc uero quis singularẽ in te principãdi scien

tiam: in deliberando grauitatē: in conficiendo cele-
ritatem: in agendo gubernādoq; iusticiam uel satis
admirari. uel condigne laudari poterit. Nota hæc
sunt oībus pater Reuerendissime: nec ulla unq̄ lau-
des tuas ex animis hominū delebit obliuio: nulla cō
ticescet ætas. Quare nimirū uideri debet: si pōtifex
maximus: te hoc tali tāq; præclaro dignitatis mune
re decoratū iri uoluerit. hæc est profecto scientiæ ac
uirtutis tuæ merces: hæc sunt præmia: quæ incredi-
bilis ingenii tui maguitudo: pulcherrima optimaꝝ
artiu; studia: summa totius sacræ theologiæ cogni
tio elegans dicendi copia. præcipua religio: regius
deniq; splēdor atq; magnificētia pepererūt. Omit-
tam hoc loco summā uitæ sanctimoniā: dei lmorta
lis cultū: quibus quidē in rebus eorum: quos nostra
fert ætas haud quanq̄ nemini cedis Taceo beniuolē
tiam in amicos pietatē erga parentes: in omnes ue
ro humanitatem atq; clæmētiam. Taceo præterea
rerum gerendaꝝ peritiā in te singularem: quæ qua
lis ac quanta fuerit perspicue declarauir idem ponti
fex maximus: qui te semper in magnis difficillimis-
q; reb⁹: & l maxima doctissimoꝝ uiroꝝ copia uno
omniū uti consueuit. Quid enim memorē innume
rabiles fere legationes: amplissimos magistratus at
q; alia permulta & difficillima muneta: quæ nō for
tunatæ minus q̄ constanter ac grauiter obiisti. Præ
tereo quanto cum studio labore diligētia insudaue
ris ut talem & tantā infidelissimi populi multitudi-
nem: ad sanctā fidē: ac uerū lmortalis dei cultū reuo
cares: Ad quā profecto rem perficiendā: nisi lmen-
sæ sapientiæ tuæ: summa quoq; accessisser eloquen-
tia haud existimo feros ac pertinaces illoꝝ animos
D te mollire potuisse. Neq; enim mirandu; est siluæ:
mōtesq; orphei uatis lyram sæpe sequerent suauiq;
sua modulatione feras: mites ac faciles ille reddide
rit: cum tui impræsentiarū hac tua incredibili dicēdi
copia: grauitate: & sapientia infideles illos: & a no
stris omnino legibus abhorrentes: ad colendū: chri
stianorū fidē: & lmortalis dei cultū allexeris. hic mi
rificam animi tui probitatē recognosce. & quantaa
E eloquētia uires habeat animū aduerte. Possem hoc
loco grauissimos labores maximas uigilias: & alia p
multa uitæ pericula: quæ ingenti ac excelso aīo per
tulisti: cū pro multoꝝ salute: tū uel maxime pro cō-
muni christianoꝝ fide conseruanda recensere: quæ
oīa si a me impræsentiaꝝ percurrēda essent: nō mi-
nus longū q̄ perdifficile uideretur. Restat q̄ breuissi
me de summa dignitatis gloria pauca recenseā. Cū
itaq; singularē uirtutis tuæ pstantiā cognitam: atq;
perspectā haberet pontifex prudētissimus: & illud
iuxta secū intelligerent oēs tui neq; uita probabili⁹
& sanctius neq; iusticia rectius & innocentius: neq;
autoritate clarius & amabilius inuenire posse: in te
nō solum sapientes uerū etiā gratissimi & beneficē
tissimi animi documenta exhibuit. Quippe qui ho
minū suis iampridē bene meritis oīno deuotū. cui⁹
fidem integritatē perseuerātiā stabilitatē & inuicti
sane animi magnitudinē mille laboribus: mille ter-
ra mariq; discriminibus periclitatā ac probatā habe
ret: amplissimis tandē munerib⁹ affecit: haud quaq̄
passus hoīs diuinā pene uirtutē indonatā relinqui.
Itaq; considerans nō satis esse factū uel uirtuti tuæ:
uel conceptæ hoīum opinioni teipsum uno omniū
consensu Cardinalē pronunciauit. Nō enim postu
lantibus amicis: nō patria quærenti: nō imaginib⁹
maiorū: nō opibus tributoꝝ: non diuitiaꝝ exuberā
ria: nō populari gratia: sed uirtute & sapientia qui-
bus romana ecclesia maxime indigere uidebatur. Es
decus illud honoꝝ: & talē tāq; insigne dignitatē cō-
secutus præcipua quidē laus accessit pontifici sapiē
tissimo: quē cognoscerēt oēs in uirū benemeritum
collatā esse amplissimā dignitatē & uirtutē ab eo tā
topere exornari decorariq; solere: qui non inhianti
bus dignitati non ambitionibus sed bene promerē
tibus illā contulerit. In hoc quoq; romanoꝝ prudē A
tiam imitatus: qui Scipionē quoniā cōsulatū haud
petierat unq̄: bis cōsulē effecere. uerū id tibi accidis-
se puto: quod antea. M. Catoni contigisse traditur: B
qui quo min⁹ gloriā petebat: eo magis illā assseque-
batur. Solent præterea hi sublimi honores & excel-
sa dignitatū culmina inflare hoīes: eosdēq; sui splen
doris lumine adeo efferre: ut nedū alios sed ne ipsos
quidē satis cognoscant: priorū familiaritatū obliui-
scuntur: nō qui ipsi sint sed quid possint respiciētes.
Ex pōpa enim & fastu æstimari uolūt: & adeo prio
res exuunt mores ut lethes in flumīe merito omnia
mersisse uideantur. tibi uero quē optimaꝝ artiū. &
sacraꝝ litteraꝝ studia humana oīa despiciēda dona
uere. longe secus euenit: nulla elatio: nullus fastus:
nulla uerba elatiora dephenduntur: sed quanto sub-
limius teipsum euexisti tanto te geris sūmissius hu
manitatē uero atq; clæmentiā: quā per id tēpus age
bas non solū cōseruasti uerū etiā mirū in modū au-
xisti. Plura me de hac re dicere cogitārē: domus ipsa
de sui dignitate & gloria longius sermone differre
non patitur. Sed unde potissimū initiū sumā in tan
tis familiæ tuæ excellētissimis bonis. Si enim uetu-
statē quærimus hæc una est quæ priscaꝝ domuū an
tiquitate sua memoriā superat. Si generis nobilita
rem nihil clarius. Si litteratissimoꝝ hoīum copiam
nihil frequentius. Si maximaꝝ pulcherrimarūq; re
rum scientiā nihil præstantius. Si uero clarissimorū
uiroꝝ insignia. Si amplissimos magistratus. Si ma
gnificentissimos titulos. Si excelsas dignitates req-
rimus: quodnā aliud hoīum gen⁹ compiemus hoc
uno pstantius. Nā ut cæteros (tēpori obsequēs) cō
ticescam: quid memorē reuerendissimū illū atq; sa-
pientissimū dn̄m brādam Cardinalē: uirū: dii boni
quanta grauitate: quanta sapiētia: quāta deniq; uir-
tute pstantē! Cuius res gestæ & bene facta q̄ pluri-
ma huiuscemodi sunt ut nulla sit ætas laudes ei⁹ ob
scuratura. Possem innumerabiles eius fere legatio-
nes amplissima munera. excellentissimas domos: sa
cratissima tēpla: per uniuersum terraꝝ orbē longe
lateq; dispersa recensere. Possem dignissimū hoc pa
piēsis studii collegiū: adeo pie: adeo sancte ab eo in-
stitutū obseruatūq; referre: quod profecto quantū
nomini suo laudis & ornamenti quantū utilitatis &
emolumēti: cū cæteris: tum uel in primis uniuersæ
familiæ tuæ contulerit nemo est qui nō sentit & ad

miretur? Quibus rebus successor & hæres dignissi-
me: & si nobilitas tua satis apud oẽs īsignita sit: nun-
q̄ hoc tamẽ maioꝝ tuoꝝ splẽdore satis ornatũ te iu
dicasti: nisi aliqua tua industria & uirtute laudẽ pro
priã tibi cõparares. O fœlix fortunata dom⁹ Casti
lonea: quæ i tam paruo tẽporis curriculo: hos tales
ac tãta dignitate uiros in lucẽ prodiderit. Quoꝝ ꝑ
fecto laudes nulla hoĩum facũdia: nulla sapientũ ui
rorũ ingenia: nulla momenta litteraꝝ côticescant.
hac de re plura dicere nisi illud sane exploratũ habe
rem: nullius esse tantũ flumẽ ingenii q posset nõ di
cam ornare uerbis: sed nec tuas q̄dem in omni uita
laudes enarrare Permittes igit̃ orõni meæ finẽ face
re: si illud unũ adiecero: ut me haud quaq̄ ea de cã ad
dicendũ uenisse existimes: ut uellẽ aut possem tibi ꝑ
suadere me unũ eẽ q ꝓclara uirtutis tuæ facinora pos
sem ꝑ magnitudine memoriæ cõmẽdare. Sed ut ali
qua ex parte intelligeres quãtũ laudis & gloriæ tuæ
ꝑcupidus existerẽ. Itaq̄ pater Reuerendissime hæc
mea dicta q̄ ex uero & simplici aĩo prolapsa sunt: ꝑ
tua singulari humanitate atq̄ clæmentia æquo aĩo
patiare: & mẽ si mereor aliquãdo dominationi tuæ
cõmendatum habe. Dixi.

¶ Ad Episcopi uel alterius prælati electiõem per-
suasio optima.

C Eor uiri religiosissimi: uos oẽs longe de
mirari: ꝙ ipse oĩum disciplinaꝝ: & ꝓser-
tim artis oratoriæ ignarus hanc dicendi
ꝓuinciã i præsentiaꝝ assumpserim. uerũ
ne forte cuiusq̄ arrogantiæ me accusetis: uel supbiæ
dicã ĩprimis q̄obrẽ hunc locũ ascẽderim; qđ quom
audieritis. Siquid forte in dicẽdo a me ꝓtermissum
fuerit: aut min⁹ accurate dictũ quã dignitati uestræ
cõuenire uideat̃: plene cõfido uberem uos mihi uni
uersos ueniã ĩperituros. Eoꝝ q summũ q in me ĩpe
rium habẽt tremẽda iussa hoc dicẽdi onus meis mõ
rõnibus allegarunt: q̄bus resistere nephas eẽ existi
mabã. Malui & enim a uobis ridiusculũ uniuersis: q̄
inobsequentẽ iudicari: quãdoquidẽ id in religionẽ
quã ꝓfitemur uidet̃ eẽ maximũ: ut patribus atq̄ su
perioribus nostris haud contanter pareamus. Siq̄d
igitur a me in ꝓsentia dictũ erit: aliqua qđ ex parte
accusationẽ ꝓmereat̃: Id quæso uenia dignũ uestra
pro facilitate iudicetis. Et ne diutius suspẽso uos aĩo
teneam: ornandũ mihi est de electione ꝓuincialis: q
ea uita sit: his moribus eaq̄ doctrina ut nos oẽs rite
recteq̄ regere: & gubernare possit. Quibus autẽ re
bus talẽ hoĩem redimitũ eẽ oporteat scitis oẽs: qđ
satis me persuasum facit: ut breuioribus uerbis hæc
D oratio a me sit habẽda. Nam q̄s uestrũ ignoret: pri
mũ hunc hoĩem q nobis præesse debet iusticia deco
rari oportere. qua sine nihil est qđ bene: lauteq̄ regi
aut institui possit: siue id corpus: siue aĩam inspiciat.
possem quippe ĩ mediũ multa exẽpla: uariasq̄ histo
rias afferre: q̄bus ꝓbarẽ ex magr̃atibus iniustis: atq̄
prælatis iniquis maximã perniciẽ: & detrimẽta ĩnu
mera mortalibus obtigisse: q̄ cõplusoula ex parte cõ
E numerarẽ. Nisi hæc aĩo sedere urõ arbitrarer. Pru
F dentẽ deinde hunc uirũ eẽ condecet: ut is sua prudẽ
tia nostras queat rationes atq̄ fortunas contutari.

Quid subinde de fortitudine dixero: ea sane tam ne
cessaria est ei: qui nos gubernaturus est: q̄ uniuersis
titan mortalibus: cuius certo carentia oĩbus in feris
animãtibus cladẽ cõpararet extremã. Deligam⁹ ita
ꝙ eũ: aĩo qui sit infracto atq̄ incõcusso: oẽs infortu
nas quæ nobis obtigerint: ut is itrepide rebelles: re
ligionisq̄ nostræ inimicos obtundat: atq̄ longe re-
pellat. Neq̄ id uos latere debet sapientissimi pr̃es. G
eũ q nobis ꝓfectus sit q̄ modestissimũ eẽ oportere.
ut iã oẽs prauas cupiditates ĩmoderatosq̄ animi af
fectus ab sese longe abiecerit. Nã quo pacto q̄s unq̄
aut qua lege alioꝝ cupiditates frenabit. q suas cohi
bere nõ põt. Neminẽ ꝓterea adhuc legimus aut ui-
dimus q recte illũ ordinẽ. aut hoĩum societatẽ rexe-
rit. ubi seipsum emẽdare nequerit. suãq̄ uitã melio-
rem in partẽ redigere. hæc enim illa uirtus est hoĩes
quæ per beatos effecit. quãdoquidẽ uoluptates oẽs
aufert uanaq̄ oblectamẽta segregat. & quicquid rõ
cupit. illa libens cõplectit̃. facilitas ꝓterea atq̄ opta
ta comitas. illi haud quaq̄ debet eẽ aliena. ut unũ- H
quẽq̄ ex grege suo cui ꝓfuerit. patiẽti æquo aĩo au-
diat. suãq̄ honestissime foueat cãm qua enim q̄s au
toritate. dignitate. magistratu. sapĩa cæteris fuerit
ꝓstãtior. eo maiori. atq̄ locupletiori illũ benignita
te cõuenustari oportebit. Erit itẽ ille nobis ꝓuincia I
lis designandus: nostri qui ordinis atq̄ totius regio
nis cultor sit maximus: & gregẽ suũ: & q̄ diuinũ ad
cultũ attinere uidebunt̃: aĩo flagrantiori: atq̄ maio
ri studio ptractet: ac iugiter sua mente reuoluat. Ad K
uertendũ quoq̄ erit ꝙ is litteraꝝ copia redũdat: ne
illa animi cæcitas. aut ignorãtia ordini nr̃o ũllã pos-
sit labem: aut incõmodũ afferre. Adsunt sæpe bona
rum artiũ religionis. bonoꝝ morũ ordinisq̄ nostri
oppugnatores: q scientia falsis ĩn argumẽtationib⁹
abutunt̃ quos nisi q nobis præsunt contrariis argu
mentis: & summa sapĩa reprobauerint: i æternã no-
tam: atq̄ æternũ dedecus illabimur. Quãobrẽ id cu
randũ est diligẽtissime: ut eo regnamur: qui nõ mõ
uirtutib⁹ supioribus: sed doctrina quoq̄ ualeat plu-
rimũ quo possit oẽs qui nobis litteratura obesse uo
luerint ad modũ refellere. Quid plura dicã? illũ deni
q̄ in ꝓuincialẽ nostrũ designandũ: & laudo & ꝓbo:
cui ea oĩa insint: q tanto regimini: & tã amplæ ditio
ni conuenire uideat̃. ut oẽs intelligant atq̄ sentiant
huic electiõi sũmo studio. cura diligẽtia ꝓptitudine
uigilantia. nos uniuersos operã enauasse. Neq̄ si in
magr̃atibus secularib⁹ ꝓcreandis sũma accuratio ad
hibenda est: q̄to locubratior ac uigilãtior cura seruã
da fuerit: in his q ad religionẽ decernant̃ ꝓcurandã
atq̄ cõrutãda. Id mõ restat sapiẽtissimi pr̃es: q̄q̄ nõ
opus eẽ arbitror: ut cõmonefaciã. ne q̄squã uestrũ
ullo aĩ affectu hãc in electionẽ cõtrahat̃: sed aĩo since
ro atq̄ ĩmaculato: qđ fore reor: is uniformiter a uo
bis eligat̃: uirtutibus q supioribus ut ĩsignitus: atq̄ lõ
ge ornatus. Quod si a uobis factũ erit: hic inter mor
tales gratiã: & religionis nr̃æ sũmũ ornamẽtũ: atq̄
apud diuos cælites æternã gloriã cõseq̄mur. ad quã
nos ꝓducat q uiuit & regnat ꝑ ĩfinita secl'a bñdict⁹.

¶ Exhortatio in cleꝝ saluberrima: In qua clericoꝝ
uita detestant̃: & ipsi ad uirtutes inuitãtur Incipit.

Ellem patres Reuerendissimi: tantū uir-
u tutis atq; animi roboris I me eēt ut quæ
nūc uerbis sum enūciaturus: possem ip-
sis atq; exemplo rite oib⁹ cōprobare. Ea
demū perfecti est hominis ac sapiētis uiri prudētia
parem uerbis præstare probitatē & cū qoid recte di
xeris ad alioꝝ cohortationē: teipsum ꝓbare facien-
do. Nec enim ꝓdest plurimū uitæ mortaliū: quoꝝ
cōmodis secundū institutionē uestrā cōsulere debe
tis: nō tantū uitiis peccantiū atq; in illis coarguēdis
uos acres pbere sed bene uiuēdi officiis ac rectissime
uitæ cursu cohortari ad uirtutis uestræ imitationē.
ꝑmultū qoidē in aīs inhæret: quæ ipsis oculis uide-
mus magisq; cōmouemur ad rectā uiuendi rationē:
ꝓbitates hoīum inspiciēdo & uitæ integritatē q̄ au
diēdo uerba ampulosa: & magnificas sniās: pſertim
a dicentis uita discrepātes. At ille q bene uiuēdi for
mulā docet exēplo sui. alioꝝ uero uitia nō solū uer-
bis sed rectis operibus reprahendit: hic extollēdos
est iter cæteros: hic doctor bonus: & uitæ magister
haberi debet: fragiles nos ac pronos natura consti-
tuit ad peccandū: sensuū dedit blandimenta: multas
quibus alliceremur palā posuit uoluptates: cupidi-
tatum illecebras quodāmodo infinitas explicauit:
uirtutē uero tanq̄ olum terꝝ dominatricē in arduo
quodā loco atq; in excelsa arce collocauit: ad quā nō
licet nisi summis laborib⁹ peruenire: ut poeta nobi-
A lis inqt Esiodus: deos sudorē posuisse: q̄ difficilis eis
B cōseqoendæ uirtutis facultas eēt ostēdēs. Itaq; si ue
lim detestari auaritiā. si luxoriā: si supbiā: si ambitio
nē: si reliquas item animi pestes: amplissime id co-
C piosissimeq; possem facere. Incipiēs ab illa malorū
olum parente atq; effectrice: magna uoce dicerē. Il-
lam pecuniæ studiū habere: quā nemo unq̄ sapiens
cuncupiuit: nostris imbutā malis: corpus animūq;
uirilē effœminare nulla dare aīo quietē: mō huc mō
illuc agere illum & rapere: turbinis mō & procellæ.
D Multis exēplis ꝓbarem plurimoꝝ maloꝝ initiū &
cām mortalibus extitisse: nihil sanctū hrē: nil æquū.
nisi iustū: nil charꝝ: præter pecuniā: non seruare reli
gionē erga dnm: nō pietatē in parētes: nō charitatē
in proximos: non in cæteros dilectionē sed turbatis
humanæ societatis officiis: oia ad quæstū: oia ad cō-
modū suū referre. Etenim nullā seruarē iusticiā: nul
lam colere pietatē: nulla æquitatis iura tueri q at det
auaritia: qui habet reb⁹ oibus pecuniā cariorē. Hæc
est enim illa q̄ nos reddit simillimos belois: ut in fa
bulis accepimus Vlyssis socios in uariis feraꝝ mon
E stra uertisse: q̄ ab omi rōne sensuq; aduocat. Cui ne
sapientes quidē qui sunt habiti resistere ualuerunt.
Nā quid de simonia dicā? ꝙ de ea quæsti sunt ꝑmul
ti: est id quidē dignū quærela. iniquissimū est enim
cū qd' uirtute effici debet. id teneretur pecunia. Sed
tñ nō magis mihi pontificū culpa uidet. quā eoꝝ q
ista quærunt. nunquā eni uēditores extitissent rerū
sacraꝝ. nisi uos fuissetis emptores. In quo tamē nō
uideo quid pontificibus possitis exprobrare nisi ꝙ
in magnis ipsi peccant uos in paruis. Sunt qdē mul
ti qui ex beneficiolis q̄ conferūt nō exigūt pecuniā:
sed extorquent: id iure suo & consuetudine se facere
afferentes. nō enim illā simoniā dicūt sed debitum.
hoc eodē mō euenit: quēadmodū cū lupū pſequen-
tes: raptorē illū: furē: pdonē uocamos ipsi nihil ali-
ud doleamus nisi ꝙ pdā in quā inhibaamus eripuit
& ne nos fures essemus effecti. Nūc quid loquar de F
supbia. quantū illa nobis pberet tēporis ad dicēdū.
Primū nāq; scimus: eā cælo eiecisse parentē nrm pri
mariū: beata uita priuasse: societates sanctissimas di
remisse: molta bella inter hoīes excitasse: īfinitas do
mos euertisse: & urbes q̄plurimas: deniq; & fuisse
& eē quasi pestiferū quoddā calamitatū nostrarū sæ
men. Quod cōe uitiū ambitio. nōne ea nullū termi
nū habēs plurimos mortaliū ita est cōplexa: ut co-
egerit desistere a recto tramite rōnis. Nō est ꝙ æsti
metis paruas uires huius eē ad peruertēdū stat⁹ nrī
quietē: uersat pectora nostra: nec finit nos reb⁹ me-
diocribus eē cōtentos. hæc inter prima gēīes dñia:
hæc Iperia excitauit: hæc respublicas puertit: hæc ue
stauit ꝓuincias: hæc olim scismata & ꝓcreauit & fo
uit. hypocrisim ad nos Iduxit: dum qsq; uideri uult
dignus honore: quē postulat. Et qm̄ cœpimus: dili- G
gētius de qua loqmur hypocrisim cōtēplemur īma
nēt bestiā: sæuissimū monstrū: fraudis: escā pabulū
iniqtatis: q̄ sola intēta est ad fallēdū. Reliqua aiantia
cū nocere uolunt nullis īsidiis id agunt: nulla simu-
latiōis specie: sed palā huius uitii exptia. at hypocri
sis cū maxime nocere studet: simulat se ꝓfuturā: ut
prius corpori nr̄o uulnos īfigat: qos qs illi⁹ tela po-
tuerit cōspexisse. Ex oi nāq; genere hoīum: quos ua
riis uitiis: īgeniosa & ad malū ꝓna coinqnat iprobi
tas: nullū neq; prōptiosius: neq; odibilius esse reor:
nec seueriori cēsura aiaduersio neq; plectēdū: q̄ eos
q cū puersæ mētis: animiq; malignātis sint: tñ fingē
do id callide & conāter agūt: ut sancti & Itegerrimi
hoīes: oiq; carētes uitio habeant. hi sunt quos uide-
mus nō tā uestitos pānis q̄ inuolotos uestib⁹ quoꝝ
sunt illa pgrādia & pēdentiū capitū tegmina: mon-
stra holum & portēta: tunicis tanq̄ culeis insuti qb⁹
si eēt aliqd sinceritatis nunq̄ tātope studerēt hāc eo
rū pānariā sanctitatē oculis nr̄is obiicere: sed itegri-
tatē animi sub cōi & usitato habitu latere pstererēt:
studerentq; potius ut hoīes nescirēt eoꝝ bona: q̄ ut
scirent: qd' isti minime faciūt: sed Iculcāt ea oculis no
stris & ppalā ostēdunt: p q̄ se sanctos & Itegerrimos
cupiūt existimari. huic sordidæ deformatiōi habit⁹
tristitia uultus: & deiectio frōtis adiungit: q̄ & ipsa
ostētādi & decipiēdi instrā sunt maxia: ut & cogno-
mē urm inde sit tractū hypocritæ tristes: mot⁹ ocu
loꝝ grauis: obtorta crinis. sputus frequēs. nō tā ab
astinētia ciboꝝ quā anhelatione ꝓueniēs. Nam hoc I
habet hypocritaꝝ studiū. faciē exterminat. corpus I
pinguat. q̄ sub uestes latent ad opa uoluptatis q̄ su-
pereminēt ad fictionē sanctitatis exercet. Sed quid
ego de uerbis eoꝝ loquar? in qbus nihil ē simplex.
nil uerū: nil sinceꝝ. & qd' indignissimū est. peccata I
aliis acerbissime castigant. qbus ipsi pcipue obnoxi
sunt: alioꝝ demerita redargunt. suoꝝ penitus igna
ri. & cū in cæteroꝝ oculis paleā diligēter ispexerint.
ipsi trabem nō sentiunt in suis. Quā multus eius ser
mo de consciētia. q̄ multus de integritate. de iusticia

de cõtinentia. de humilitate. hinc aduersus iprobos
inuehunt. uociferãt. insaniũt. sed iidẽ ipsi ubi omis-
sis uerbis ad res puenerint. quasi alii quidẽ hoĩes. &
ꝓpriũ p̃ceptoꝝ obliti. p fas & nefas cuncta facere p
perant. quæ prius in aliis detestabãtur ut cũ eoꝝ ui
ta mirum in modũ pugnet oratio. Et quidẽ omniũ
hypocrytarũ una est regula. unũ deniq; institutũ ut
uerba eorũ optima sint: facta autem pessima. Non
igitur uestis hispida: & talos adusq; profluxa toga:
non prægrande capitis tegmen: nõ tristis & seuera
aliis peccatis castigandis: suis ignoscẽdis curiositas:
non iportuna tẽplorum frequentatio: non admur
muratio picturarũ bonũ uirũ efficiunt: uera sinceri-
tas animi istuc præstet oportet. nõ iproba & captio
sa ostentatio sui. Nonne hic hypocrita bonus & in-
teger uir omnia cõtrafacere reperietur. q̃ tu facias.
Et recte quidẽ: Tibi ꝓpositũ est ut bonus uideare.
Illi ut sit bon⁹. Tu faciẽ exterminas ut appareas ho
minibus ieiunãs: ille lauat & ungit ne ieiunus appa
reat. Tu uestes induis q̃ oculos hoĩum in admiratio
nem humilitatis & honestatis tuæ conuertat: ille cõ
uertantur ne in admirationẽ oculi: cõmuni uestitu
calceamẽtoq; utitur. Tu tẽpla infestas: ille modeste
adit. Tu figuras attrectas: ille secũ ipse tacitus deuz
perorat. Tu ploras inter sacra: ille lætatur. Tu tristi
tiã uultis præ te fers: ille hilaritatẽ. Quid ad hæc re
spondes hypocrita. nõne bonus & sincerus uir hæc
facit oia: quoꝝ tu cõtraria facis. Quid igitur miser
hãc sanctitatẽ tuã oculis nostris isculcas: quid uerba
iactas. quid te ostẽtas. quid intumescis. quid in aliis
repræhendis. te bonũ falso simulas. Nõne oẽs inte-
gritatẽ & seueritatẽ fingere possemus. nunc ipse cõ
scius esses iniuriaꝝ tuaꝝ. Nec ego solũ de religiosis
uerũ de secularibus loquor: in utroq; genere hæc in
fanda reperitur pestis. Apud hos caue quæso pecu-
niã deponas: caue quicq̃ credas: caue tutelã liberorũ
cõmittas: caue ad pudicitiã filiaꝝ filiorumue tuorũ
aspirare possint. Persuade tibi (nã persuadere tuto
potes) hoc esse nocentissimũ genus hoĩum: & cun-
ctis flagitiis sceleribusq; coopertũ: calamitatẽ euer-
sionẽq; propinquoꝝ quærẽtes spoliatores uiduaꝝ
pupillorũq; oĩum deniq; qui aliqua in te eoꝝ fidei
se cõmiserint euersores. hos fuge. hos uita. cũ his ni
hil rei unq̃ tibi sit: si quietẽ amas. Nihil est enim qđ
hypocritis tuto credi possit: cũ omnia eoꝝ simulata
sint atq; ficta: Nec ego salutares monitiones ac ex-
hortationes diuinaꝝ rerũ repræhendo sed fictiões
detestor: & ab his qui sanctitatẽ & castitatem profi-
tentur: consentaneã ꝓfessioni suæ tuæ requiro. Vul
tum aũt & gestum & incessum & uerba ad spẽ inte-
gritatis sanctitatisq; formare. intus uero turpissima
uitia retinere. aliena peccata seuere discutere. sua fa-
ciliter ignoscere. & bonus uideri cũ nõ sis. idq; ad de
ceptionẽ hoĩum facere. terrũ & flagitiosum ac dete
standũ dico. hoc est quod in te hypocrita repræhen
do hoc est qđ carpo atq; detestor. Et quidẽ ẽ qđ de⁹
in sermonibus suis acrius detestatur q̃ hypocritarũ
puersitatez. quid qđ tam crebrius repetat: cui uæhe
mentius ac terribilius cõminatur. quid maiori odio
magister ille supræmus esse sibi ostẽdat. hæc formi
da igitur o hypocrita dum tẽpus est & ante iudiciũ.
cũ illo cõminatore quẽ falli non licet redi in gratiã.
omitte has fictiones quibus fallendi gratia hacten⁹ A
studuisti. ueris magis uirtutibus q̃ simulatis inhære
as: uultu & uestitu cõi utere. nec tibi tanta cura sit ut
hoĩes de tuis bonis sciant q̃ ut nesciant. In uitia autẽ
aliena non curiosus sis. sed in tua. Mitto nũc studiũ
gulæ. quæ corporis nostri mancipia nos reddit. dũ
uentri seruire studemus: uaria q̃rentes palatis oble-
ctamenta. mitto Iram. Inuidiam. Luxuriam. mitto
etiã reliqua. dies enim me deficeret si per omniũ ge
nera uitioꝝ discurrens quanta incõmoda mortali-
bus attulerunt percenserem. Quis enim non facili-
ter abũdeq; illa tractaret. uel mutus & elinguis elo-
quens esse posset in tam lata materia & tam ampla.
uitioꝝ quidem referta sunt oia quæ undiq; agmine
facto irruunt. in nos circũstant. premũt. quottidie
animæ tẽpestatibus iactantur. ut difficile sit in por-
tum se ab his uendicare. Magna est præterea impro
borũ licentia: cateruatim redundantiũ. summi. infi-
mi. mediocres prolabunt. Et quid est (ut cõmunia
enumerẽ uitia) ꝙ longe clientũ ac familiaꝝ agmine
stipatus incedis. quid ꝙ nil comedis. nil bibis nisi ꝑ
gustatum. nullũ audis nisi flexis genib⁹. instar simu
lachri Iouis ac Martis. Quo more. quo exemplo tu
homũcio & cœno & luto cõpositus tam insolẽs eua
sisti. An euangeliũ Xpi & apostolorum doctrina te
illa facere docuerũt. Quid ꝙ tibi sumptuosa sunt cõ
uiuia. epulæ magnificentissimæ. uaria ferculoꝝ ge
nera. pocula exquisita. uestiũ crebra mutatio. Quid
ꝙ equoꝝ tibi maior cura est multo q̃ pauperꝝ chri-
sti an talia sanctorũ patrum fuerunt instituta. an ta-
lem uiuendi normam cæteris præbuerũt. profecto
minime. O te miserũ. O infœlicez. uel ꝙ sciens tam
fraudulenter peccas: uel ꝙ nesciens ignorãtia tua de
lectaris. Non prospicis: non cõsideras: ad quorum
utilitatẽ ad quẽ finẽ hæc ampla ecclesiarũ patrimo-
nia sint constituta. non uti raptori tibi cõmissa sunt
sed ut custodi & dispensatori: non tua sunt sed pau-
perũ. Et ideo decimas: atq; primitias: frugũ primo
genita: uel sacrificia pro peccato: uel uota: quæ sibi
deus iussit offerri: sacerdotibus aut ministris mini-
strantibus necessitatẽ patientib⁹ distribui debere cõ
stituit: ut deuotissimo populo necessaria uitæ mini
strante ipsi creatori ac pastori suo liberis mentibus
ministrarent: atq; in eius cultu sine ulla sollicitudine
corporali proficerent: ne terrenis occupationibus i
plicati: officio suo dignas excubias strenue curare q
possent. Quapropter possessiones quas oblatas a
populis accipiunt sacerdotes uel ministri pauperꝝ:
iam non sunt res mundi credẽdæ sed dei. Et quæ dei
sunt carnaliter aut per pompam mundi non debẽt
dispensari: & eis non ut sæculi rebus: luxuriose aut
cupide: sed sancte ut deo consecratis aut cõtinentiæ
dedicatis: solũmodo ad necessaria pauperum uti de
bent sacerdotes. Sed reformentur in nobis nũc hæc
uitia: abiiciam⁹ opera tenebrarum & induamur ar-
ma lucis. Opus est enim sanctũ. laudabile. honestũ. B
Multæ corruptelæ: multi abusus sunt tollẽdi ex san
ctuario dei: purgandus aer: & fontes amputãdi: ut

coniectum ſæmen fructũ multiplicẽ nobis reddat:
deponite ergo opes.faſtum:ſuperbiã.auaritiam.li
bidinem.& cæteras animi peſtes.Amate pauperta
rem:paruo ſitis contenri:non appetatis dignitates:
intuemini ſaluatorem noſtrũ:quem uerbis tantũ ſe
quimur:operibus uero perſequimur. At ille iquit.
Diſcite a me quia humilis ſum & mitis corde:exem
plum enim do uobis.Diſcant a uobis hoies:humi-
liemini uſq; ad mortẽ ſi opus ſit.Non ſequamini re
ligionẽ diuinã ꝓpter quæſtũ ut pleriq; oẽs facimus
ſed pp ſalutẽ animaꝝ.Quid randẽ dicã?nõ eſt uita
ueſtra ſecundũ diuina euãgelii præcepta:nõ ſecun-
dum apoſtoloꝝ:& alioꝝ ſanctoꝝ patrum ueſtigia:
quoꝝ in hæreditatẽ intraſtis inſtituta. Illi enim ſan
guine ſuo hanc uobis eccleſiã pepererũt:uos aliorũ
ſanguinẽ abſorbetis.Illi corpoꝝ tormẽta ſuſtinue-
runt ob fidei corroborationẽ:uos ad ipſius deſola-
rionẽ tormenta pluribꝰhoibus infertis.Illi inſeque
bantur inopiã:uos opes quæritis:gaudebãt illi pau
pertate:uos diuitiis.Illi potentiã mũdanã aſperna-
bantur humilitatem ſequentes:uos dominia & ela-
tio delectant.Illi diligi & amari ſtudebant:uos me-
tui uultis.neſcientes ꝙ nunq̃ timor cum dilectione
& caritate miſcetur.deniq; ad ſalutẽ illi noſtrã profi
ciebant:uos uidemini ad perniciẽ conſtituti. Quid
ergo mirandũ eſt:in tanta uita ac morum diſſimili-
tudine:tanta nequitia.tanta peruerſitate:perſonas
eccleſiaſticas iam eẽ odio hominibus cœpiſſe.cum
quiſq; bene loquatur:male uiuat:non in emendatio
nem ſuã ſit diligens:ſed in aliorum repræhenſionẽ:
cum ſacra prophanet:cum uendet eccleſiaſtica ſacra
menta:cũ qui uirtutis exempla eſſe debẽt:ſint ſimu
lacra uirioꝝ.In tanta igitur rerum tãta uitioꝝ per-
uerſitate:nihil eſt quod noſtris meritis:noſtris ope
ribus nos putẽ conſecutores:oipotentis dei auxiliũ
eſt implorandũ:porrigendæ preces:ut noſtris cala
mitatibus ſuccurrat.Exaudiet uota noſtra ſi nos di-
gnos fecerimus qui exaudiamur.digni autẽ erimus
ſi abiectis uitiis cum uirtute uiuemus:ſi mores mu
tabimus:ſi concordat uita cũ moribus. Non enim
placaẽ deus lingua ſed affectione cordis. Nimis diu
iacimus in uitiis:unde erui difficile erit nõ inquina-
ti ſolũ ſed pene infecti errauimus docti pariter & in
docti:ſed doctoꝝ hominũ maior eſt culpa qui eorũ
doctrina tam male abutuntur:diligentius enim lo-
qui q̃ uiuere didicerunt.Quare patres Reuerẽdiſſi
mi excitemus nos aliquandoia diuturno ſomno ex
pergiſcamur:demus operã uirtuti:q̃ quicquid atti-
gerit adducit in ſimilitudinẽ ſui pereamus rationi:
quæ cũ ſit pars diuinitatis qui parebit illi deo obtẽ-
perabit.Omnẽ ſordẽ:oẽm labem ex animo depella
mus:honores.dignitates.pompã paruipẽdamus.
pecuniã condẽnemus.non inhiemus his rebus:in q
bus habet fortuna poteſtatẽ.quaꝝ poſſeſſio inſtabi
lis eſt & incerta.quantũ ſat eſt corpori ipendamus:
illius obſiſtamus cupiditatibus:nã qui corpori ſer-
uiet:ſeruiet ipotẽti.ingrato.inexplebili. in qđ quo
plura congeſſeris:eo maiora imperabit. Qui enim
corporis ſui nimiam curã habet:is mihi uideẽ eſſe
oino oblitus ſalutis ſuæ.Non ergo aut corpus:aut
hæc quæ uulgo appellantur bona diligamus:infir-
ma.caduca.ad paruũ tẽpus duratura.æterna ſunt il
la in quoꝝ hæreditatẽ uocati ſumus.quæ debemus
appetere:ad quæ breuiſſima uia eſt per contemptũ
rerũ externaꝝ:quas ſiquis auidius concupierit:am-
plũ'iter animæ ſuæ conſtruit ad ruinã.Equidẽ mecũ
cogitãs:noſtraꝝ calamitatũ maximã partẽ eẽ reor:
ꝙ ſtultitiæ noſtræ acquieſcẽtes ſapientiam nõ ama
mus nullo in precio illã habemus:floccipendimus
eam:quæ ſola nos poteſt efficere beatos:uos redde
re pares deo.Nã quid eſt aliud ſapientia:niſi diuina
rum humanarũq; rerũ cognitio:qui aſit diuina co-
gnouit ad eoꝝ normã uiuat neceſſe eſt:ſimillimũ ſe
illis efficiẽs:cuius doctrinam imitatur. Illa enim in
ſtruet uitã noſtrã.Illa nobis monſtrabit quẽadmo
dum malicia depellenda ſit:bonitas appetenda:Illa
nos docebit eccleſias noſtras regere hæc admonebit
rationẽ pauperũ eẽ habendã:bonis uiris & iuſticiæ
fauendũ:ſauctoꝝ geſta patrũ ad memoriã reuoca-
bit.Illoꝝ tum dicta:tũ facta ante oculos ponet in-
cendet nos ad illoꝝ imaginẽ:& ad ſimilitudinẽ ſui
perducet.Et quã uolumus aliam ſapientiam:quam
ſaluatorem noſtrũ dominum Ieſum xp̃m:ſuis hu-
meris crucem ferentem:nos exemplis:nos uerbis
ſuis ad æterna præmia inuitantẽ. Illum ut uerum
ſapiẽtiæ fontem ſequamur.Omnia hic bona fortu-
næ tanquã nullius momenti a nobis ſegregãda eẽ.
Si regnum dei quærere uolumꝰ præcipientẽ:ad bo
na illa æterna tam ſalutifere cohortantem:& man-
dantem:ut ea relinquamus:quæ corpus & animas
poſſunt perdere quæ nos tamẽ mente(neſcio qua)
peruerſa quærimus:appetimus:abutimur ſponte
noſtra:tanquã ad uoluntariũ interitũ properantes.
O cæcas mẽtes:o peruerſas noſtras cupiditates:ha
bemus ſapientiã in aperto poſitam:cuius plurimi
ſe doctores inſulſiſſime profitentur habemus ſalua
torem mundi omnis ſapientiæ fundamentum:ha-
bemus huius ſapientiæ tam multos egregios mon
ſtratores:& tamen nihil his cõmouemur:ducimur
a uitiis:rapimur neq; ullu3 auxiliũ iploramus. Iam
iam ſarcinolæ colligendæ ſunt noſtrorũ operum nõ
componendæ.reuocemus nunc pedẽ non in lubri-
co ſed in ſolido conſiſtamus:aduerſus agmina uitio
rum belligerantes.Aſſumamus ſcutũ fortitudinis:
& nos ab inſidiis ſathanæ tueamur.Id agamꝰ ut cũ
ratio reddenda erit uillicationis noſtræ:coram iudi
ce æterno:cuius cenſura magnopere timenda eſt in
trepide illã:& mente firmius reddere ualeamus.Re
quiretur enim a nobis non quid edificauerimus in
terris ſed quid a nobis theſaurizatum fuerit i cælo.
Non ſolum factorum:ſed dictoꝝ quoq; & cogita-
tionũ ratio poſcetur:non licebit nunc mentiri non
ſimulare non diſſimulare.Non occurrẽt auxilio mi
niſtri:non aderunt aduocati:tibi pro te cauſa dicen
da erit:patebunt ſcelera non tantũ cõmiſſa:ſed exco
gitata.Non erit pœnitendi locus pro cõmiſſis:cui-
quã reddetur ſecundũ opera ſua.O diem illũ infœli
cem multis & calamitoſum!ex his qui nũc perbeati
fore uidentur.quantũ ille ab huius ſæculi ſplendore
diſtabit!Quæ pœna!Qui cruciatꝰ malemeritis pa-

rabuntur: Reuocate quæso diem extremũ illum ani
mis uestris: & antequã ueniat mẽte præoccupare. &
uos ad extremũ terminũ præparare. Nescitis enim
qua hora uẽturus sit: ne cum uenerit uos inueniet
dormiẽtes. Mors quidẽ nos circunstat: urget. insequi
tur: danda est opera ne incautos nos opprimat. Ni
hil enim est certius morte. Hora mortis nihil incer
tius. Morimur autẽ quottidie: & quilibet actus dies
morti accedit. Qua in re licet stultitiã nostram fate
ri: qui spes infinitas i rebus humanis nobis propo
nimus: in longum nostras protrahimus cogitatio
nes. Quis enim est tam firmo corpore: tam certus
sui: ut sibi polliceri possit se in posterũ diẽ uicturũ.
Quid ergo gloriã in hac fragili uitã & mortaliũ ue
rius interitũ nominare possum?: quid in ea figim⁹
spẽ nostrã quã incolimus tanq̃ aduenæ: quã sicut pe
regrini pertransimus: ad incertũ tẽpus usum illius
adepti: ad maiora quædã geniti sum⁹ ad uirtutẽ. ad
laborẽ. ad cælestiũ rerum contẽplationẽ. At iniqui
tates a mentibus nostris repellantur. Amemus pa
cem. caritatẽ & concordiã diligẽtes. studeamus deo
placere & non mundo quẽ qui sequitur saluus esse
nõ potest. & qui uero deo adhærebit. hic uitæ æter
næ præmia consequetur. Finit.

Pro Serenissimi Romanorũ Regis domini Fe
derici iucunda receptione. ex parte cõmunis Bono
niensis Oratio Peroti.

I qua fides ueri præferri maxime Cesar:
Temporibus possunt sæcula nulla tuis.
Quando magis tuos licuit spectare triũ
phos. Quãdo palatim plus meruere dei
Pulchrior & melior quo sub duce patria tota. Sub
quo libertas principe tanta fuit. Libuit enim mihi
in tanta omniũ expectatione. In hoc clarissimorũ ui
rorũ conuentu. in hac tanta celebritate, lepidissimi
poetæ uerbis affari te inuictissime Imperator. Nã
quem me unũ ex omnibus ad tantã rem obeundam
minime idoneũ. clæmentissimi principis nostri sin
gularis humanitas dignũ fecerit. qui & maiestatem
sacri nominis tui: in ingressu hui⁹ nostræ urbis pro
more consuetudineq̧ laudarẽ. & ei pro imortali ei⁹
gloria gratularer non uidi. Equidẽ q̃bus uerbis ex
ordiri melius possem q̃ is quæ uno tẽpore: & incre
dibilem nostrã lætitiã ex aduentu tuo susceptã ostẽ
derent. & singularem nostrã erga tuã maiestatẽ ob
seruantiã demonstrarent, & tui sacri nominis imor
talitatẽ extollerent. & auidissimã omniũ de te expe
ctationẽ declararent. Aspice quæso Cæsar sapientis
simũ uirum principẽ nostrũ: Aspice clarissimã hãc
nostræ urbis nobilitatẽ: queq̧ suo ordine cerne &
cõtemplare. mares fœminas adolescẽtes. iuuenes.
uiros. Quis est qui non singularẽ ac pene incredibi
lem uultu ipso ac facie lætitiã præ se ferat. Arrident
mediusfidius parietes ipsi. tecta ipsa lætitia gestiũt.
totaq̧ urbs tantũ uisura triumphũ circunfusa ruit.
Verte quoq̧ uersus tuos sacratissimos oculos Cæ
sar. nihil profecto uidebis. ob hunc expectatissimũ
aduentũ tuũ. & iamdiu ab omnibus desideratũ non
plenũ gaudii. non plenũ lætitiæ. non plenũ hilarita
tis. uident enim uniuersi atq̧ animo suo contẽplan
tur eiusmodi sibi hodie diem illuxisse quo uel gra
tiorẽ uel iucundiorẽ. uel magis eorũ nomini glorio
sum & ne optare quidẽ potuissent. Nã per imorta
lem deũ quæ accidere potest aut homini maior laus:
aut ciuitati gloria: aut patriæ claritas q̃ eius uiri præ
sentia illustrari. extolli decorari: quo (sit sanctissim⁹
Romanus pontifex semper exceptus) neminẽ per
uniuersum terrarũ orbem sol uiderit uel potẽtia pa
rem: uel dignitate maiorem: uel nobilitate generis:
uirtutũ præstantia: & rerũ gestarũ gloria clariorẽ.
Vtinam mihi a diis imortalibus datum esset: ut di
uinis laudibus tuis sacratissime imperator si nõ om
nino saltẽ aliqua ex parte parem eloquentiã præsta
re possem. Sed uereor ne si de his aliquid dicere inci
piam in medio sermõe mihi desit oratio. Quod eni
tantũ flumen ingenii. quæ dicendi tanta uis tãta co
pia. quæ non dicã exornare: sed enarrare uel potius
attingere Cæsar res tuas possit. Nã ut imperatoriã
maiestatẽ prætercam: cuius excellentia: dignitas: at
q̧ amplitudo tanta est: ut modestius sit de ea silere:
q̃ tenuiter loqui. Cum diuina potius quædã res: q̃
humana uideatur: ut tuæ familiæ nobilitatẽ omittã
quæ tot iam sæculis inter tot nobilissimas antiquis
simasq̧ totius germaniæ domos quasi Sol quidã il
luxit. Et qua iam quattuor Romanorũ reges fuere:
quos tu Federice Imperator nunc Quintus seque
ris. Et quæ quã plurimos habuit clarissimos uiros:
atq̧ hominũ laudum genere ornatissimos qui diuer
sa etiam Regna: Bohemiæ: Vngariæ: Poloniæ. uel
singulari uirtute cõpararunt: uel ab aliis relicta icre
dibili sapientia gubernarunt. Vt item res a maiori
bus tuis diuersis temporibus præclarissime gestas.
Quas cõnumerare infinitũ esset prætermittã: quis
adeo omni genere dicendi cumulatus orator reperi
ri: uel ut quod sentio dicã excogitari poterit qui di
uinas uirtutes tuas: q̧ res a te p̃clarissime gestas ani
mo ne dicam oratiõe cõplecti possit. Quãta: quãq̧
admirabilis sit sapientia tua Cæsar: tum omnis tua
anteacta uita declarauit: tum uel maxime q̧ nuper
post Romani nostri pontificis in apostolicum tri
bunal assumptionem: te autore te duce diuisio: &
execrandum ab omnibus scisma in ecclesia dei e me
dio sublatum: ac prorsus extinctum fuit. O diuinã
diuini principis uirtutẽ. O admirabilem religionẽ.
O singularem sapientiam: inueteratum iam tot an
nis errorem tu Cæsar sustulisti: Iniectã (nescio quo
fato) tot principũ: clarissimorumque uirorum cali
ginem illustrasti. Exoratam in ecclesia dei. etiã om
nia pestifero anhelitu maculantem uiperam cohi
buisti dissidentes fratres: & iam aduersus se inuicem
gladios stringentes in concordiam reuocasti. diui
siones discordias. bella tot principum. populorum
potentissimarumque nationum. in quietem: pacẽ.
tranquillitatemque conuertisti. Quod Cæsar adeo
præclarũ facinus huic tuo comparari poterit. Pos
sem hoc loco infinitas pene res abs te domi militiæ
q̧ præclarissime gestas cõmemorare. Neque enim
me latet quanta cum gloria bella aduersus ungaros
gesseris: quot: qualesq̧ triumphos merueris. quot
oppida. quot ciuitates expugnaueris. atq̧ in pote

statem tuam redegeris:tumerisq; & tenes in hodier
num diem. Neq; me latet inuictissime Imperator:
quanta semper fides. religio. integritas tua. qui sem
per & sacrosanctam Romanam ecclesiam: & clerũ
omnem religiosissime coluisti: qui sanctam tellurẽ
& sacratissimum Christi sepulchrum uisitare uolui
sti qui instaurator templorum: religionis amator:
& iusticiæ cultor semper fuisti. Cuius humanitas.
clæmentia. benignitas. fortitudo. temperantia tan-
ta est: ut merito te omnes ueluti diuinum quendã
hominem: uel potius mundanum quendam deum
diligant. obseruent. colant adorent. uenerẽtur. Qui
bus ex rebus factum est: ut & coronam iamdiu in
germania sũma cũ laude susceperis & paucos post
dies aliam Romæ: a sanctissimo Romano pontifi-
ce cũ imortali gloria sis suscepturus. Sed hæc om-
nia quanq̃ per se maxima: atque præclarissima sint:
tamen si ei laudi cõparentur: quã ex ecclesiæ concor
dia atq; unione uendicasti exigua quædã pusillaque
uidebuntur. Quãobrem longe quidẽ præstare arbi
tror: ut diuinis laudibus tuis sũmisque honoris. for
tunæ. uirtutis. ingenii rerũ gestarum ornamentis
hoc loco posthabitis quæ longe latiorẽ dicendi cã-
pum expostularent: ad gratulationem tantũmodo
gratiasque conuertã. Quanq̃ hoc quoque superua-
cuũ uideo fore sacratissime imperator: quandoqui
dẽ tanta lætitia perfruuntur uniuersi ciues nostri:
tantis gaudiis exultant: tanta in uoluptate uersan-
tur. ut etiã me tacente eorũ uultus. facies. oculi. ma
iestati tuæ & pro imortali eius dignitate ac gloria
gratulari: & pro singulari decore atq; ornamento:
quod sibi: suæq; ciuitati: tuæ sacratissimæ maiesta-
tis præsentia hodierna die allatũ cernunt gratis age
re uideantur: ut tum quod officii mei est aliquando
persoluã. Clæmentissime imperator. tibi & sapien
tissimi principis nostri & totius suæ ciuitatis nomi
ne. tui sacri nominis imortalitati cõgratulor: & pro
ornamento: quod huic amplissimæ ciuitati hodie
præstitisti quas possum gratias ago. Res. bona. for
tunas eorũ maiestati tuæ pro cuius cõmodo digni-
tate salutẽ uitã ipsam si opus esset profundere non
dubitarent: offerre i præsentiarũ turpe putant. Nã
cũ is sit sanctissimi Romani pontificis erga tuã sa-
cratissimã maiestatẽ animus: ut sua omnia tuæ celsi
tudini cõmunia fecerit: quis dubitat hanc quoq; ci-
uitatẽ quæ sanctitatis eius est ad omẽ sacræ tuæ ma-
iestatis imperiũ esse prõptissimã: teq; non secus ro
mani pontificis subditis uti posse: q̃ propriis. Vti-
nam utinã eorũ animi tam facile oculis cerni pos-
sent: q̃ cogitatione cõprehendi. Neminẽ profecto
in tanto nobilissimorũ hominũ cœtu uideres Cæ-
sar qui non libenti animo si ita res ferret pro tua sa-
lute: pro gloria sanctissimi nõis tui: res suas omnes.
fortunas uxores. liberos uitã denique ipsam pro-
fundere paratissim⁹ foret. Reliquũ est q̃ te cũ omni
qua possimus obseruãtia præcamur & obsecramur
clæmentissime imperator: per mansuetudinẽ. beni
gnitatẽ. iustitiã. moderationẽ. sapientiã tuã: per eã:
mentẽ quæ tibi diuinitus data est: ut nocere nemini
prodesse omnibus uelis. Per gloriosam uitã tuam
quæ uigebit memoria sæculorũ omniũ quã posteri
tas alet: quã æternitas semper tuebitur: ut cũ una cũ
sanctissimo Romano pontifice fueris: cũ de rebus
Italiæ uel potius christianæ religionis: & totius ter
rarũ orbis: cuius cura atque administratio uos duos
præcipue spectat una consultabis huiusq; urbis no-
stræ memineris eã respicias. ad eam tuos sacratissi-
mos oculos parũper conuertas: eius dignitatẽ atq;
amplitudinẽ cõmendatam habeas. Ita dii tibi pro-
picii sint. Ita habeant profectionem tuam secunda-
re: fœlicemq; & fortunatam faciant. Ita tibi omnia
pro desiderio animi tui prospera gloriosaque succe-
dant. Ego uero aliquando dicendi finem faciam in
personam huius nostræ amplissimæ ciuitatis: eius-
dem poetæ uersibus concludã: cuius uersibus exor-
sus fuit. Dii tibi dẽt & tu Cæsar quæcunq; mereris.
Dii mihi dent & tu quæ uolo si mereor. Versus Ni
colai Peroti cum post orationem præscriptam im-
perator eum laurea coronasset. Cinxisti uiridi Cæ-
sar mea tempora lauro. Ecce meas ornat sacra Co-
rona comas. Non mea me uirtus tali nunc munere
dignum. Sed dulce effecit principis ingenium. Dii
deæq; præcor pro me mitissime Cæsar Persoluant
meritis præmia digna tuis. Ast ego quo tanto tibi
sim pro munere gratus. Cantabo laudes dum mi-
hi uita tuas.

¶ Ad Regem Aragonũ Antonii Panormitæ. ora
tio: & suiipsius commendatio.

Andeʒ Rex Serenissime: quod a superis
imortalibus semp uotis & precib⁹ opta
ui: illa mihi dies illuxit: qua post maxios
studiorũ meorũ labores sospes ad te redii
Agitur quidẽ Rex optime annus. xv. postq̃ ex hoc
fœlicissimo regno tuo pene puer cũ hoc alio fratre
meo excessi. Cũ enim tua extarent plurima ac maxi
ma in fratres meos: atq; in meipsuʒ beneficia: quid
aliud erat quod ego: & item is frater meus homo
nunc in iure ciuili eruditissimus possemus tuæ ma-
iestati regiæ dignius aut gratius referre: q̃ si hone-
stissimis artibus optimisq; disciplinis imbuti id cõ-
secuti essemus: ut uel in tua salute conseruanda: uel
in hoc ipso regno tuo honestando: atque augendo
utroq; nostrũ q̃ aptissime posses uti. Tua rex incli-
te memoria quotiẽs aliquid a nobis agendũ: aut di-
cendum erat semper ante oculos nostros uersabat.
Tua expectatio nos adhortabat oẽs solicitudines:
oẽs molestias magno aio eẽ a nobis perferendas ut
aliquãdo digni a te iudicaremur quos inter fideles
regni tui numerares. Tibi ergo Rex clæmẽtissime
oia studia nostra: oẽs curas. atq; uigilias nõ iniuria
dedicauimus. lustrauimus terras ac maria: ut tibi p
gratissimi eẽ possemus. Nulla fuit in toto latio ciui
tas: q̃ studiorũ fama insignis haberet: in qua nõ sem
per eos q optimarũ artiũ facile oim huius nr̃æ æta
tis principes iudicarẽtur in primis secuti fuerim⁹.
Papia enim Placentia. Bononia. Patauium urbes
litteris ac fama insignes nos ternis lustris his artib⁹
disciplinisq; deditos uiderunt: quas aut tuæ Regiæ
maiestati: aut regno tuo magis conuenire conduce
reque arbitrabamur. Multa erant quæ ut ita facere

mus optimis rationibus nos adhortabantur. Ami-
ci scilicet quibus ꝓ ꝑpetuis eoruꝫ in nos beneficiis
aliquando a nobis satisfaciendũ erat. Patria pro qua
sæpe uiri sapientissimi multa pericula: multos labo
res libẽter ĩpigreq; susceperunt. Mouebat nos præ-
terea nõnihil ipsa gloria: quæ si meritis aut uirtute
parta extitit semper est a summis uiris magno stu-
dio quæsita: & a sapientib⁹ hoĩbus maxime laudata.
Sed nulla certe alia res erat princeps humanissime:
quæ nos magis ad hæc nostra studia excitaret: q̃ ut
tuæ maiestati celsitudiniq; cõplaceremus: Incredibi
le.n.est q̃tus amor sapientiæ q̃tum desideriũ nos ha
beret: quotiens ad tuas prope diuinas & ĩmortales
uirtutes animũ nostrũ conuertebamus. Quis enim
te clæmentior? quis fortior? quis deniq; iustior aut
melior iter Reges huiusce nostræ ætatis reperiri po
test. Nam si percensere omnes Imperatores ac prĩ-
cipes uoluero: & suas uirtutes cum tuis comparare:
neminẽ reperiam quem cuꝫ tua excellenti & natura
& uirtute satis digne possim cõferre. In te quidem
summa æquitas. in te modestia. liberalitas. magnifi
centia. In te oẽs regiæ uirtutes. In te plurimæ artes
nobiles atq; egregiæ. Tu regnum tuuꝫ hoc ipso tpe
quo totus fere orbis terrarũ bellis atq; odiis ardet:
solus in ꝑpetua pace: atq; in sũmo ocio tua uirtute
ac sapientia cõtines. te regnãte nulla ab externis ho-
stibus sensimus nobis ex aliqua pte inferri bella. Tu
pater patriæ tu clæmẽtissimus tutor ac ꝓtector ciui
um tuorum semper fuisti. Iure itaq; beatã ac fælicẽ
insulam nostram nosq; oium fore fortunatissimos
oẽs prædicant. Quibus te rege fortissimo te princi-
pe sapientissimo nasci contigit. Quando enim hoc
tuũ regnũ: hæc nobilissima insula sæpe illustriũ poe
tarum carminibus: atq; oratione celebrata satis gra
ta in te eẽ poterit quæ nisi tua diuina ꝓuidentia: nisi
cõsilio tuo coleretur iam oĩno deserta ac uacua pror
sus esset. Quis.n. alius: cũ ꝓpter crebras huiusmodi
aeris infectiones hæc nostra insula pene eẽt cultori-
bus exhausta nouos incolas in eadẽ ĩtroduxit. Quis
alius eam tẽporĩbus difficillimis nõ solũ ab externis
bellis defendit: sed etiã auxit atq; exornauit. Tuum
ergo est ꝙ ipsa hodie incolitur: ꝙ nos qui hic sumus
nũc in florentissimo ac pulcherrimo regno habita-
mus. Tuum est ut aliquãdo concludam: ꝙ egoipse
ꝙ is optimus frater meus egregiis maiorũ nostro-
rum disciplinis atq; artibus ornati hodierno die ad
te accessimus. habemus itaq; tibi uni ĩmortales gra-
tias: ac maxime teipsum nõ tantũ perpetuis in nos
oẽs pro meritis: sed etiã pro tot regiis uirtutib⁹ tu-
is diligimus & admiramur obsecramusq; rex clarissi
me ut qua charitate ac beniuolẽtia semp hoc regnũ
tuũ excoluisti: eadem utrũq; nostrum diligas: & di-
gnos gratia tua iudices. Nos.n. Rex mitissime qd᷑
possum⁹ hoc tibi auidissime pollicemur: nunq̃ tuo
rum in nos beneficiorum immemores futuros: sed
omni cura. studio. ac diligentia semper ea facturos:
quæ uel ad conseruationem tui status: uel ad diutur
nitatem nominis tui pertinebunt.

¶ Ad dominum Mantuanum Illustrem Marchio
nem Oratio.

c Vm tuã dignitatẽ atq; amplitudinẽ sum
mã esse existimarẽ Illustrissime Marchio
ac pñceps magnifice alienũq; a me eẽ di-
cerẽ: ne si tã aduertendũ cõspectũ tuũ ac-
cedere mihi fas eẽt: non nulla tibi pro ingenioli mei
paruitate narrarẽ. Etsi nullo aut exercitato in dicen-
do ingenio: nulla deniq; oĩonis autoritate prædit⁹
sim: qua in te ornãdo atq; extollendo insudare pos-
sem. Subindeq; uerebar si quicq̃ dicẽdũ aggrederer
ad ꝓbandũ potius: q̃ laude dignũ mihi uendicarẽ
Tua tñ clæmẽtia: ac singularis humanitas oibus na-
tionibus: mihiq; iãdudũ cognita atq; ꝓspecta id effe
cit ut te principẽ clæmẽtissimũ: genere nobilem: for
ma isignẽ: ætate florentẽ: Iusticia fulgentẽ: ꝓbitate
refertũ humanitatẽ splẽdidissimũ eẽ uiderẽ. Te do-
minũ: te mihi patronũ: te mihi principem: te mihi
protectorẽ eẽ cõstitui: dũmodo iperio tuo libitũ eẽ
sentirẽ. Quis.n. est tam rudis: tam crudus tã ferus
moribus: qui tuam non admiretur modestiam. tuã
non laudet fidem: tuũ nõ cõtempletur ingenium.
Tantũq; consilio potes: tantũq; dicendi grauitate
& copia uales: ut in teipso quædam imperatoria di-
gnitas esse uideatur. Nolo hoc in loco princeps in-
tegerrime tuas uirtutes pertractare. Id facerẽ nõ pu
to hominis mediocris: neq; parum eruditi esse cen-
seo: sed eius oratoris qui oratoriã facultatem opti-
me norit multarũq; rerũ scientia cæteros antecellit.
Id solum dicere ausim princeps clæmẽtissime: cum
de sanctissima uitæ tuæ frugalitate. In fideq; catho-
lica deuotissima religione: ardentissima morũ uenu
state: mirifica quædam ac prope diuina ad me fama
peruenisset: id quottidianis uotis maximum ac im-
mortalem deum deprecatus sum: ut quandoq; hu-
manitatẽ quam tibi cælitus missam omnes admirã-
tur: lætantur populi: congratulantur ciuitates: exul
tant municipia mihi cupidissimo clientulo tuo præ
stare digneris. Quare ille Cirrhus ꝑsarum Rex mi- A
hi in mentem uenit: quem aiunt dictitare solitũ: nul
lum tam puri principis munus q̃ humanitatem ho
minibus præstare. Meministi Cæsarẽ Augustũ clæ B
mẽtissimum in primis uirum adepto imperio glo- C
riantem: ꝙ illum iam gradum ascendisset: unde uni
uersis benefaciendi facultas præstaretur horum di-
gnitatẽ princeps humanissime in me eligendo pro
sequeris: numeroq; tuorum domesticorũ adiunge-
pitærnas oīm laudes:in quibus ut Cicero meminit
difficilius est exitū ꝗ principiū inuenire: uolenti cō
posito & florido orationis stilo contexere: tam co-
piosa materia:tanta ornamentoꝝ hubertas aborit
ꝙ dies noxq; omnis media ipsa in oratōe deficeret.
cū nullo splendore facundiæ:nulla dicēdi aut scribē
di autoritate satis ornari:cumulateq; satis cōmemo
rari possint. Sed dicendi modus est adhibendus: &
uirtutes belloꝝ:quæ ille noster Annibal strenue:ui
ctoriosissimeq; gessit:ac cæteræ tam animi ꝗ corpo
ris ipsius dotes & fortunæ consulto prætereundæ:
hoc tm̄ recensebo ꝙ hic noster heros:ut facilius sub
limi speculatione sua.ad oium rerū notitiā penetra
ret:uarios mortaliū mores:diuersaꝝ gentiū multi
farias naturas:situm diffusi orbis:& mundi remotis
simas regiones:per ingentia maris ac terræ pericu
la late peregrinatꝰ studuit oculoꝝ iudicio & cogni
tione callere. Qui posteaꝗ a uisitatione sacraꝝ ædiū
saluatoris & Iacobi:ad regnū & ad patriā remeauit
post moderatū exercitiū saluti corporis indulgēdū
oīne eius uacuū tēpus distribuit:ut uel cura sua grā
dis Imperii uel studio sacraꝝ litteraꝝ:aut legendis
psalmi. & orōnibꝰ traducat. Ita ꝙ posteri ad quos
tantaꝝ uirtutū fama defluxerit nomen ipsius i æter
nū colebunt celebratūq; faciēt:nos quoq; fuisse bea
tissimos qui hoc diuino pricipe frui eumq; nostris
oculis tueri potuimus. Quanta aūt sincero in prin-
cipe cordis fuerit integritas & ad imortalē deū quā
ta reuerentia.quāta religio.quātus timor.qui apud
suā celsitudinē quottidie religiosi patres obseruant
tam confirmatæ mentis reperire pauci ssimo cōfitē
tur.unde mirifica merita sua nullius obscuræ diut-
nitatis obliuio unꝗ obliterabit:sed dum uiuet chri-
stianū nomen de hoc fulgētissimo sidere oēs loquē
tur pdicabūt.& testabunt: & cælo demissum fuisse
principē talē cōmemorabūt. Quo nesciant:an qsꝗ
eoꝝ quos aliquando aut uiderint aut legerint glo-
riosius suis Iperitarit. Qua igitur prædicatione ful
men illud acuminis extollemus. quod in potestate
& licentia tanta:nunꝗ nisi ad benignitatē:ad officiū
ad uirtutē accōmodandā eē existimauit. Eius quip-
pe misericordiæ extant in aliis exēpla satis rara: cuȝ
inopes homines ipsoꝝ ægestate intellecta nunꝗ a
se dimiserit necessariis destitutos: singulisq; amenis
simā eiꝰ præsentiā adire solitis:paterna charitate:fe
stiua hilaritate:suauissimoq; suæ maiestatis applau
su oēm merorē ademerit:oēm semper sollicitudinē
mitigarit. Ita ut admirandā eius sapientiā: pietatē:
modestiā uti numen aliquod:nos qui suæ maiestati
seruimus:amemus:& ueneremur:atq; ita colamus
ꝙ sine satellite:sine milite:sine armis tanta multitu
do populoꝝ & mortaliū moderatur:tractatur:& re
gitur. Sed nunc intelligo pudicissimæ sponsæ iniu
riam facere:eius mentionē tamdiu prætermittens:
ꝗꝗ illa quidē mea ieiuna: & aggresti laudatione nō
indigeat:quæ sibi sua prudentia:morū grauitate:ui
tæ dexteritate latam.uberēq; ad æternitatē fenestrā
patefecerit. Omitto de patria:de parentibus:de no
bilitate:de diuitiis & de cæteris fortunæ bonis uer-
ba facere:præterea corporis ualetudinē: & formæ

condecentiā superuacuū existimo in longiorem ser-
monē ptrahere:hæc enim huiusmodi ut habentibus
quidē laudabilia sint: uerū eis facile sine ignominia
careas:quæ tamen in honestissima spōsa satis ipam
ostendunt:cōmendant:& laudant. Illud unum om
nibus omissis silentio præterire non potui castiorē
se aut continentiorē me uidisse neminē:maiori mo
destia sobrietate maiori neminē. O fœlices thedas:
& beatū uirū tali coniuge decoratū. Nullā enim in-
ueni diu mecū animo reuoluens:quā sibi equipara-
re ualeam. Nil habēt reliquæ (pace sua dixerim) qđ
cum huius uirtutibus conferant. Doleo iam ex ani
mo cæteraꝝ laudes nil secū habet cōmune lucretia.
nil hortensia.nil bruti.nil regis mitridatis cōiunx.
Sordescit enim iam eoꝝ gloria illa sublimis si cū hu
ius uirtute conferantur. In hac enim suas oēs uires
natura exiuisse uidetur. Plura de sponsi & spōsæ lau
dibus non dicā:ne longius ab instituto mea euaget
oratio:sed ea inclita utriusque generis insignia libet
hoc tēpore præterire:quia in repetendis illis mul-
toꝝ annorū lucubratio studiosa consumeret. Vos
igitur clarissimi uiri: Italicæ nobilitatis lucidissima
sidera qui haud secus ꝗ stellæ cælum hunc celebrē cō
sessum atq; locum ornatissima uestra præsentia illu
stratis:in hac tanta amplissimorū hominū abundā
tissimarūq; laudum multitudine pene obruit: mihi
cogitatiōes uestras accōmodate ut ea quæ pro ma-
gnitudine rerū in hac tēporis angustia explicari a
me cumulate nequeunt:tacita uos ipsi cogitatione
recenseatis. Tandem ut finem aliquando dicēdi fa-
ciam pro mutua nostra deuotione uestræ fœlicitati
applaudimus & cōgratulamur. Tibi in primis spō
se:& heros magnifice:ꝙ uirginem talem pudicissi-
mam dominam Richardam honestate & elegantia
ornatissimam:tibi in coniugem elegeris:ut duo nō
solum una in carne pro diuino præcepto:sed etiam
una in mente futuri sitis: Tibi etiā sponsa & domi-
na elegantissima non minus congratulamur: quæ
principē atq; uirum tam clarissimū es sortita: & iu-
bilātes oremus ut uir & uxor beate ac fœliciter mul
tos sibi exigant concorditer annos claroq; fiant de
prole parentes.

❡ Poggii florentini ad Carolum:Laurentii de Me
dicis laudatio funebris incipit.

I serius mi doctissime Carole: ornatissi-
mi atq; amantissimi quondā mihi Laurē
tii nostri:debitū uirtuti munus præstiti:
ꝗ eius in me officia postulabant: non ne
gligentiæ:non obliuioni tribuendū:sed doloris ma
gnitudini:quē ex carissimi: deq; me optime meriti
uiri morte suscepi. Tātus eni meror:tanta uis ægri-
tudinis mentē oppræssit ut quotienscunq; animuȝ
ad eius memoriā reuocarim:non scribēdi facultatē:
sed lachrimaꝝ copia ipsius recordatio mihi suppe-
ditarit:quodq; ibecillis solet animis euenire.ita cesse
rit dolori ratio scribendi:ut a tēpore meroris miti-
gatio fuerit expetenda. Et enim quis tam durus:uel
potius ferreus esset:qui fletum & lachrimas in talis
uiri atq; amici cōmemoratione contineret. Multa
quippe diuersorū hominū uulnera quottidie ante

oculos obuersantur ut nullius in obitu tanq̃ in re in
solita obstupescere debeam⁹. sed tum maxima pars
hoꝝ si sunt: ut incertũ si uita ne illoꝝ morti potius
an mors uitæ fuerit præferenda. uiuant enim an in
tereant parũ interesse mortaliũ uidetur. At uero cũ
mortẽ obiit is: cuius uita oĩbus confert: cuius salus
multoꝝ salutẽ amplectif: cuius opes ac fortũæ sem
per amicis præsto fuere: qui liberalitate atq; huma
nitate oẽs antecellit: tum demũ graue ac difficile est
nõ cõqueri. Quid enim uita hoium esset: derelicta
bonoꝝ tutela. spoliata amicitiæ fructu quẽ unũ ha
bemus tutissimũ portũ in uariis casibus qui uident
in uita hoium constituti. Etenim sic sentio nullũ eẽ
A dolorẽ: qui ad amicoꝝ dolorẽ accedat. Nã parentes
p̃res filii: tum boni: tum mali quicq̃ hi fuerint na
tura tribuunt nobis. quo fit ut eos pl̃æpe odio ha
beam⁹ nobis coꝝ interitus exoptet. Amicos uero
nosipsi eligimus sponte nostra: qui sunt nobis caris
simi quoꝝ iucunditate cũ priuamur: nulla uidet no
bis uita esse iucũda. Quod si cui unquã in amici obi
tu dolere licuit: mihi certe licet maxime: qui nõ solũ
dulcissimo hac suauissimo amicitiæ fructu sed me
ipso uideor eẽ priuatus. Ille enim parẽtũ mihi cha
ritatẽ: amici officia: fratris beniuolentiã præstabat.
Ille meas curas suas esse dicebat. Ille me opibus pe
cunia p̃rimonio subleuabat. Deniq; ea erat iter nos
mutua charitas ac beniuolẽtia: ut illo uiuo nullã for
tunã extimescens: securus rerũ in trãquillo uidelicet
portu uiderer quiescere. Itaq; silẽtio meo cãm præ
buit nõ obliuio. Sed meror grauis: q diutius q̃ uel
lem tenebras quasdã ita aĩo offudit: ut nulla adhuc
B concedat scribẽdi facultas. Verũ ne nũc quidẽ parẽ
eius uirtutibus elegãtiã rep̃sentare possum: dicã tñ
ut facultas se dabit: q̃ credã ad eius laudes pertinere:
de quibus anteq̃ dicere aggrediar ĩbecillitas nostra:
& cõis uitæ conditio tum fortunæ iniquitas paulũ
mihi deploranda est. Nã quãuis optime cũ Lauren
tio actum putẽ: qui sũma fœlicitate in fratris aman
tissimi: castissimæ uxoris: oĩum suoꝝ cõplexu: i sum
ma hoium beniuolẽtia: patria deflẽte uita functus
est: tamen durũ est atq; arduũ fortunæ arbitrio ma
gis q̃ rationi nobis esse parendũ. Erant ignobiles in
utiles nefarii p multi quoꝝ interitus magno emo
lumento cõi paci & quieti esset futurus. In eos libi
C do fortunæ crassari poterat summo olum plausu &
cõmendatione. At eũ sibi delegit: in quo se maxime
nobis obesse existimauit: & uexare quãplurios. uer
sat enim singula ut libet: & cũ nihil firmũ: nihil stabi
le: nihil exploratũ: nihil certũ esse permittat in rerũ
continuo labentiũ mutatione & curriculo colloca
mur. Vxores. filii: patres: res domesticæ oẽs: & quic
quid in humanis carũ habemus. Illius arbitrio obtẽ
perent necesse est: ut ne in horã quidẽ huiusmodi re
rum certi eẽ possumus. infirmitates quoq; ac debi
litates corporis mors nostroꝝ repẽtina incerti obi
tus: uani casus ante oculos aduersantur: ut non solũ
Laurentii mors sed mea quoq; cæterorũq; qui mihi
sunt carissimi dubia fortũa metu ac solicitudine mẽ
tem conturbat. Haud insulse xerxes Rex ille poten
tissimus cũ tantũ exercitũ cõparasset: quantũ nunq̃

antea historiæ tradiderunt: fleuisse dicif conditionẽ
imbecillitatẽq; cõditionis humanæ: q nemo ex tot
hoium milibus infra centesimũ annũ unus esset fu
turus. Genus itaq; humanũ & caducũ esse & morta
le: ac ea lege natũ ut pereat neminẽ latet: Sic Theba C
nus pidarus: hoiem scribit umbrã esse: & quoddam
somniũ. Sic Theocritus in duobus pastorib⁹ expres D
sit dicens pastorẽ quendã cũ iuuencos fugare uoluis
set paulo inconsideratius per quendã excurrisse col
le: paruaq; spina in talo fixa dolore pterritũ: sociũ
cui Cridon nomen erat acclamasse: ut spinã euelle
ret: illũq; cũ intentis oculis uix eã uidisset: ac sũmis
unguibus elicuisset: tandẽ his uerbis cũ admiratiõe
sustulisse q̃ parua quidẽ spina tam robustiũ uirũ do
mat. Qua cã sapienter Homerus nihil hoĩe ĩbecilli⁹ E
terrã nutrire asseuerabat. Quod etiã elegãter apud F
Maronẽ iuppiter declarauit dum Herculẽ pro futu
ra palladis morte consolatur. Tum genitor natũ di
ctis affatur amicis. Stat sua cuique dies breue & irre
parabile tẽpus. Omnibus est uitæ: sed famã extẽde
re factis: hoc uirtutis opus. Nihil aliud prudentem
poetã sensisse credendũ est nisi cõmunẽ humani ge
neris conditionẽ ostendere. Idem Horatius pallida
mors æquo pulsat pede: pauperũ tabernas regũq;
turres. Nulli igitur diẽ proferre licet agimur eñi fa
tis atq; fatũ ineuitabile est. Sed ne forte quid erroris A
in uerbo capiatur nõ hic fatũ secundũ stoicoꝝ mo
rẽ accipif sed per fatũ dei uoluntatẽ intelligo: fato
ergo hoc est diuina uoluntate oẽs morimur & hu
manũ quicq̃d est: ut labatur necesse est. Nec sua cuiq̃
manet species & aliis alias reparat natura figuras.
Nec tantũ hoies deficiunt: sed omne quod natũ est.
Iuxta illud Crispi: Omnia orta occidunt: & aucta se H
nescunt. Non manet babylon: mœnibus ortis pen
sibus tẽplo arceq; mirabilis. Non tiros: astro super
ba atq; purpura. Non Chorintus: ære nobilis. Non
athenæ oĩum bonaꝝ artiũ inuentrices. Non Creta
centũ celeberrima urbibus. Non Carthago Roma
ni imperii æmula. Omnia prostrata ac diruta iacẽt.
Et alioꝝ paruæ reliquiæ: alioꝝ nullũ uestigiũ appa
ret. Et licet cornix nouẽ sæculis uiuat: eãq; ceruus q̃
druplo uitæ tẽpore superet: uterq; tamẽ suã mortẽ
nouit. Fingũt ideo poetæ Saturnũ Celii filiũ: suos
natos deuorare: ut sub hac fictionẽ oĩa tẽpore cõsu
mi manifeste demonstrent. Tẽpus eñi (ut est apud I
Virgiliũ) edax rerũ: & inuidiosa uetustas oĩa destru
unt: uiciataq; dentibus æui: paulatim nigra consu
munt omnia morte. Sapienter itaq; Anaxagoras: K
audita morte filii: nihil inq̃t mihi inexpertũ: aut no
uum nuncias: ego enim illũ natũ ex me sciebam esse
mortalẽ. Solon etiã p̃lius Atheniensis ueniens ad L
mortẽ: & dum multi amici & attinentes ad eũ con
fluerent: præcepit eis ut nullus ipsorũ eũ lachrimis
honoraret: nec pro eo exequias facerent: assignans
huius rei rationẽ: omnia quæ secundũ naturã fiunt
habẽda sunt in bonis: quid est autẽ tam secundũ na
turã q̃ mora senibus. Vulgaris etenim illa demẽtia
est censenda: dum parentibus aut liberis p̃ximis co
gñatis aut agnatis notis uel amicis orbamur: luge
mus animisq; cõtristamur: pilos euellim⁹: palmas

genasq; percutimus: magnoq; replem⁹ ululatu do-
mũ. & deũ quasi errantẽ accusamus qui tam acerbe
abstulisse uidef quod forte diu putabam⁹ mansutũ
hoc facit animoꝝ ignauia mentiũ hebetatio atque
stultitia quã oberrans. Nec est modus iste nisi quidã
amor impatiẽs: ut quæ desiderat: semper inuenisse
credat. ignorat quippe rectũ iudiciũ: ratione multo
riens caret: modũq; nescit: neq; aliud põt cogitare q̃
quod diligit. Hic amor non accipit de ĩpossibilitate
M solatiũ: neq; de difficultate remediũ. Etenim quid at
N tinet: ut ait Valerius: humano indulgere dolori: aue
diuo numini iniuriã fieri q; ĩmortalitatẽ suã nobis
cõpartiri noluerit: quasi dicat nõ est aliud lamẽtari
de morte alicuius: nisi inuidere deo quia ipm̃ imor-
talẽ non fecit sicut seipsum. Sed qm̃ hæc ita sunt con
stituta ut neq; flecti neq; mutari queant: cõparem⁹
nos ad ea quæ acciderũt forti aio ferẽda: imitemur-
q; in hoc breuissimo uitæ cursu: & Laurentiũ: & reli
quos qui cũ laude & gloria uixerũt. ipse enim is exti
tit: ut ab eo p oẽm uitã peti possint honestatis exẽ-
pla. Nã ut ad eũ iam reuertar: cuius gratia hæc habe
tur oratio: plena uirtutis ac doctrinæ illi⁹ per oẽm
ætatẽ morũ institutio de quo ita loquor: ut primũ
ætas sanctissime p oim officioꝝ gradus exacta: tum
q̃ moderate: q̃ modeste fortunæ bonis: in qbus mo
A dũ seruare difficillimũ habetur usus fuerit. Deinde
uirtutes eius a me paucis referãtur: ut enim ab ado
lescentia ordiamur: educatus est a parentibus opti-
mis: atq; omni laude dignissimis in casta hac religio
sa domo: ita ut nulli unq̃ de se maledico locũ præbe-
ret. Habuit enim ipse parentes tum phumanos: at-
q; honestate & uirtute præstantes: tum uero deũ ti
mẽtes: a qbus nihil nisi laudabile pium castũq; pce-
perit. ipse aũt a natura optime ĩstitutus: idustria ac
diligẽtia auxit paternas traditiones: studiis litteraꝝ
deditus eã doctrinã sequutus est: quã hũanitatis stu
dia appellamus. Ab his optime eruditus: adolescen
tiã q̃ multis uoluptatũ illecebris studia esse solet in
uirtutis atq; honestatis cõtentione collocauit. Erat
specimẽ atq; ingeniũ magni futuri cuiusdã uiri quẽ
paternas dotes nõ æquaturũ: sed & superaturꝝ spe-
rabant. in medio ferme adolescẽtiæ cursu q̃ ætas in-
festa libidine agitari solet: ut se castũ a uitiis: q̃ mul-
tos pessundant seruaret lectissimã adolescẽtulã uxo
rem duxit: ut sacro cõiugio oẽm labẽ libidini ppul
saret. Quid uero de moribus adolescẽtiæ dicã? Nul
la eius petulantia: nulla lasciuia. nulli luxus: nulla p-
teruitas: nullæ cõtumeliæ: nullæ iniuriæ cões illius
cogitationes præferri possunt: nullos effusos sum-
ptus uidimus: nullũ flagitiũ: nullũ scelus nullas cõ-
messationes nullos cœtus nocturnos sed integrã ui
tam: purã: modestã: tẽperatãq; nouimus: oium ui-
tioꝝ culpa & labe uacantẽ. Mirabantur oẽs eã ado-
lescentis grauitatẽ q̃ nec in senibus quidẽ maior eẽt
postulãda. maiores natu summa diligẽtia prosequa
batur: pudor & continentia diuersoriũ quoddã i eo
fecisse uidebantur. O adolescentia omni cõmenda-
tione & beniuolentia cõmendanda quantũ nõnul-
loꝝ morũ ab eiusmodi institutione differunt: qui si
hunc nostrũ imitari uoluissent: melius pfecto & fa
mæ & honori consuluissent. At uero posteaq̃ in ui
rũ euasit: nunquid paulũ ab institutæ uitæ cursu de-
flexit? nunquid se a uirtute pristina imutauit? mini-
me quidẽ: sed præteritũ tẽpus maiori laude & præ-
stantia cumulauit. Nã primũ patriæ: tum uero ami
cis: at familiaribus maxime consulebat. habebat eni
in ore diuinã illã Platõis sniam. primũ deo: tum pa
triq; demũ amicis nos esse procreatos. Itaq; quãta B
religione fuerit: qua pietate (qm̃ id pluribus exem
plis patet) nequaq̃ opus narratione. Sed eorũ ego
me præcipue testẽ pfiteor: quoꝝ ille secretiora cõ-
municabat unã uirtutẽ. Ea est charitas uirtutũ oim
parens: quã colebat maxime. Egenoꝝ domicilium
erat: ille uiduas: ille pupillos: ille uirgines suis facul
tatibus sustẽtabat: aderat præsto calamitosis: patro
ciniũ eius nõ rogari se patiebaf: sed admonere eũ sa
tis erat. Possem multos referre quoꝝ ille inopiæ su
is copiis subuenit: neq; enim q̃ hõ optimus occulta
eẽ uolebat sunt a me ppalanda. Fugiebat eni hoium
plausus: ne id qđ ei uirtus suadebat: ad põpã & ina
nem gloriã fieri uideref. Referre possem plurima
tẽpla. tum instaurata: tum a fundamẽtis cõstructa:
uariaq; ecclesiaꝝ ornamẽta: q̃ sunt ei cũ fratre pstã-
tissimo uiro: atq; optimo ciue cõia: nisi ea ita oibus
nota essent: ut ad ea referenda orõ superuacua uide
retur. Verũ ita excelluit in his ædificãdis ornãdisq; C
eoꝝ deuotio ac magnificẽtia: ut nulli nostræ ætatis
uiri cũ illis ualeant cõparari. Iam uero qualis in pa
triã fuerit pspicuũ est: oẽs suas curas studia: cogita
tiones ad illius auctionẽ: cõfirmationẽq; cõferebat
nihil publici cõmodi in priuatã utilitatẽ detiuabat.
sola patriæ salus ante oculos uersabatur: tanq̃ e spe
cula quadã prospectans ad illius cõmoda perspicie
bat. itaq; eius periculis ppulsandis erat solertissim⁹
deniq; eã uigilãtiã ac solicitudinẽ in reipu. cura pbe
bat: ut nemo amantior patriæ uideref. Neq; enim
ut plures cõsueuerũt ex publicis calamitatibus dita
batur: sed ut uirũ decet bonũ & patriæ charitas req-
rit publica dãna sua eẽ dicebat: ea consulens: ea sua
dens: q̃ ad pacẽ & quietẽ publicã pertinebãt. nulluꝫ
deniq; pteribat boni uiri cuiusq; patriæ amãtissimi
officiũ Ferebat priuatis cõmodis cõem utilitatẽ. Is
erat ei quæstus huberrimus: dignitatẽ atq; amplitu
dinẽ reip. augere. Inq; ipsius difficillimis tẽporibus
suas fortunas effundere pro illius cõseruatione. Iã D
uero qs q ignorat qua obseruãtia? quo officio: quo
studio fuerit in amicos? hoc mihi uideor ucrissimũ
esse dicturus nullũ nostræ urbis ciuẽ plures habuis-
se amicos: nullũ obseruasse diligentius: nullũ sancti⁹
coluisse. Quod eoꝝ mœsticia declarauit & fletus q
ĩ funere affuerũt. do'ent certe maximis incõmodis
ob eius interitũ se affectos deflentq; ipm̃ sibi prære
ptũ esse unũ: cui nemo ætatis nostræ erat. neq; offi-
cio erga beniuolos neq; amore cõparãdus. Erat na-
tura ad amicitiã ppensa: erat iucũda eius cõsuetudo
erat hũanitas facetiis cõiuncta: erat suauitas loquen
di: ac sale quodã respersa urbanitas ut q̃ ex eius ore
prodirent & risu condita: & serio prolata uiderenf.
Lætabaf cũ quẽpiam aut ornare dignitate poterat.
aut iuuare opib⁹: aut augere honore: aut ab iniuria

tueri. Quapropter plurimi illius amore tenebanť
& beniuolētia. Egregie id quidē uirtutis indicium.
Quid uero beneficia eius in amicos referā: q̄ tot tā-
taq; sunt: ut dies poti⁹ mihi in his cōmemorādis q̄
uerba deessent. id maxime p̄clarū: ꝙ in concedendo
beneficio amicoꝝ desiderio occurrebat. id referen-
do quoq; q̄ accipiēdo ꝓpensior. quodq; raꝝ habeť
nullis penes eū ad ipetranda beneficia p̄cibus opus
erat. Erat p̄sto quærētibus auxiliū: inuitabat etiā sæ-
pe ut sua liberalitate uti uellent sine cuiusq; inuidia:
aut maliuolētia. Sua in me officia exponerē: nisi ad
ostentationē ea dici uiderenť: sed scio multotiens in
me beneficiū extitisse nō requisitū: ultroq; multis ĩ
rebus suas copias: atq; opera obtulisse: quib⁹ & me
usum profiteor cū rerū res a me gratissima uideretur
fieri si beneficiū recepissem. O uirū egregiū. O uirā
omni laude cumulatā uereor ne cū sedare mœrorē
cupiā in eius laudibus cōmemorandis: recrudescat
multoꝝ iā obductū uulnus: q eo magis dolorē esse
censent: quo maiore uitæ subsidio nudari uideātur.
Sed fandi necessitas æqua mēte ferēda est: neq; pro
pterea uir sctissim⁹ merita laude priuādus: ut & ho
nor debitus ei⁹ uirtuti tribuať: & cæteri suo exēplo
ad gloriæ curricula inuitenť. Plura aūt in eū fortūa
larga manu cōtulit: ea oia uidimus ab eo effecta me
liora atq; illustriora fuisse: neq; ad fortūæ nutū: sed
ad uirtutis normā ministrata. Nā ut a fortunæ me-
ritis icipiā. Nat⁹ ē in magnificētissima atq; ornatissi
ma toti⁹ italiæ ciuitate: illā tū publicis: tū priuatis
F edificiis angustiorē reddidit atq; ornationē. Ea ue-
ro uita: his morib⁹. ea cōtinentia fuit ut plurimū ex
eius uirtute huic urbi dignitatis accesserit atq; orna
G mēti. Erat ex nobili familia medicorū ac primaria
ciuitatis: in cētesimū ferme annū āplissimis ei⁹ mu-
neribus functa. in q̄ multi equestris ordinis: plures
oi laude insignes uiri sūmis copiis ac honoribus cla
H ruerūt. Patrē habuit eū: quo neq; iustior uir neq; hu
manior neq; melior qsq̄ neq; carior p̄riæ ciuis fuit.
At nulla in re filius inferior extitit uirtute paterna:
sed id egit p oē uitæ tp̄s ut eā sua industria clariorē
I efficeret atq; huberiorē. Opes & diuitias nact⁹ est tā
tas quātæ in ciue optimo & liberalissimo: & ciuita-
tis principe reqrunť. His nitidior. clarior. ita mode
ste ad āplitudinē. ad magnificētiā. atq; egenoꝝ sub
sidia usus est. ut nullā ex eis obtrectationē. nullā iui-
diā. nullū maledictū. sed laudē cōmēdationē & beni
uolētiā oīum cōsequereť: optarētq; hoies eas sibi p-
petuas fore. Magna quidē uirtus ac p̄clara nō effer-
ri diuitiis. nō labi ultra q̄ rō postulat. nō insolescere
nō supbire. nō eē iniuriosuꝫ. Sapiēter enim scripsit
uir sapiētissimus hippocrates: diuitias uitioꝝ ma-
gisq̄ uirtutū eē administras: Ad id effecit noster lau-
rētius ut his tanq̄ affectis uirtutū atq; opificib⁹ ute
reť. nullū eius insolēs dictū nullū factū iprudentius
nullæ iniuriæ nullæ cōtumeliæ narrari queunt. Ad
K honesti enim p̄scriptū fruebať diuitiis q̄ oibus ꝓdes
sent nocerēt nemini. Corpis dotes exoptatissimas
natura tribuit. firmū corpus. ualitudinē integrā sta
turā pcerē. faciē liberalē. q̄ oia iudicio rōnis parebāt
Sūmū in republica locū tenuit i primiores ciuitatis

quē cū fortuna aliqñ labefactare uoluit: uirt⁹ postea
fortunæ impetū superauit. Adeo dignitati atq; ho
norib⁹ institutus atq; ampliatus: ut existimari pos-
sit illius iniuriā in beneficiū fuisse cōuersam. Hac p̄-
stantia modere semp usus est: ad salutē patriæ: & ci
uiū columitatē: nihil aliud cogitās: nisi quo mō pos
set ꝓdesse q̄ plurimis. Dixi de his quæ fortuita exi- A
stimanť. At uero uirtutes animi quales i eo fuerint
uita eius: & quottidianus usus ostēdit. Erāt enim in
cōspectu oium positæ: ita ut nulla pars uitæ esset oc
culta: sed cū singulæ uirtutes maxime hoies exornāt
& præclaros efficiunt: tum uero ille præcipuæ: quæ
nos inter nos charitate & beniuolentia deuinciunt:
quæ eo mortalibus sunt acceptiores: quo maior ex
eis utilitas: maiora cōmoda pcipiunť. Etenī pruden
tia. tēperātia. frugalitas. cōtinentia: reꝝ sciētia illis
tm̄ uideť prodesse: in qbus consistunt paꝝ quidē ad
alios declināntes. At uero iusticia. liberalitas. huma-
nitas. comitas. munificētia. cōmuni reipublicæ cō-
seruationi: ac præsidio accōmodanť; iuuantq; q̄plu
rimos. Nā iustitia ea est uirtus: q̄ oēs reliquas cōple B
ctiť. Nulla enim ciuitas: nullus hoium cœtus: nulla
societas absq; iusticia pōt constare diutius. Emolu-
mentū quidē rerūpub. est. & humani diuiniq; iuris
cōseruatrix. huic proximo accedūt: q̄ beniuolentiā
pariunt: societates contrahūt: amicitias cōseruāt: &
tanq̄ auxiliū egeno sunt & calamitosis. Nihil est pfe C
cto neq; acceptius: neq; quod magis conferat nobis
q̄ uir beneficus & liberalis. Itaq; inter cæteras uirtu
tes liberalitas obtinet principatū. Nā manū porri-
git fessis: egenos sustentat: erigit lapsos: oibus opi-
tulatur. Sed est mirū ꝙ raro repetiunť huius uirtu-
tis cultores: sibi enim quisq; timens: ac fortunæ ua-
rietatē expauescens pspicit rebus suis & q̄ multis ac
cidunt considerans manū cōtrahit estq; in largiēdo
remissus: sed quo rarior: eo præclarior habēdus est
huius uirtutis assector. Verūtamen & superioꝝ uir
tutū in Laurentio splendor emicuit: & his maxime
claruit. Nā multaꝝ rerū doctrinā tātā in eo perspe
ximus: quantāue hi percipiunt: q studiis litteraꝝ se
totos penitus tradiderūt. Prudētia quoq; fuit acrē
perantia singulari: nihil agens quod iure posse ipro
bari uidereť. Nā cōtinentiæ uita ois attulit testimo D
niū. sed hæ uirtutes uersanť tantū inter domesticos
parietes. Reliquæ uero in aciē ac certamen publicū
prodeunt. in primis iustitia sustentaculū uitæ cōis
fuit in eo admirabilis. Nō enim solū ut sua cuiq; tri
buerentur: sed sua etiā aliis condonabat: curabatque
ut boni præmio: mali debita pœna efficerenť. Sed
oibus in rebus æquitatis rationē maxime cēsuit ha
bendā. id ius optimū existimans: qđ procul ab oñi
suspitiōe iniuriæ uidereť. Liberalitas quæ uirt⁹ gra
ta est hominibus. præ cæteris sibi præclara ac dome
stica fuit: ut nemini dubiū sit: quin oēs nostræ ciuita
tis uiros maxime antecesserit beneficentia & libera
litate: qui non solum admonitus miserorū fortunæ
subueniebat: sed ultro offerebat: quæ multi petere
uerebantur. Nemo illū frustra rogauit: nemo enim
qui rogasset inanis abiit: larga manu opitulabatur
egētib⁹: multa corā sed plura secreto erogabat & q̄

sæpius palã rogabat ad euitandã ostẽtationẽ occul
te largiebatur. Fuit semper dom⁹ sua officia quædã
beneficioꝝ: calamitosoꝝ diuersoriũ: pauperum do
micilium. ita tamen largiens quæ petebãtur: ut nul
lam gratiã hoĩum uellet inire. Iam uero facilitas ei⁹
E atq; humanitas iure ab oĩbus laudabaẽ. Nã cũ mul
tis dignitate atq; honoribus anteiret: tamen se parẽ
præbebat inferioribus. Non diuitiæ. nõ opes. non
clientelæ. non dignitates uel paulo clariorem hunc
egregiũ reddiderunt. Erat aspectu gratus: familia
ritate benignus: iucundus consuetudine. non asper
nabatur infimos: neminẽ condẽnabat: facile aditus
F ad eũ erant: comes p̃cipue ac facetus. Nemo ad eũ
accessit: quin placatus beniuolusq; abiret. iam muni
ficentiæ opa recensanda nõ sunt: cũ ante oculos ho
minũ uersenẽ: tẽpla ecclesiæ: edificia plurib⁹ in locis
cõstructa uaria ornamẽta diuersis ecclesiis ad usum
religionis condonata: q̃ iccirco enarrare nolui: ne ui
dear quæ diuini cultus cã facta fuere: ad hoĩum gra
tiã uelle referre. His uitæ ornamentis ac uirtutibus
præditus: nõ solũ priuatoꝝ hoim sed multoꝝ etiã
principũ beniuolentiã contraxit. Eugenio aũt sum
mo pontifici ita carus fuit ut eius mortẽ ægerrime
ferret: & qđ extremũ potuit funus ei⁹ singulari põ
pa dehonestauit. Nã & suis: ecclesiæq; insignibus de
corauit funus. & nepotes ad prosequendũ defuncti
corpus misit. neq; secus eã mortẽ tulit ac si quispiã
sui generis sibi carissim⁹ obiisset. O uirũ insignem.
O deflẽdã mortẽ. Quid enim huic deerat. qđ opti
mo homini: ac frugalissimo dignũ esset. Sũma pru
dentia. summa religio. summa pietas ac cõtinentia:
hunc oẽs illustrabant. uita integra. mores Icorrupti
sincera uirtus. ratio. exoptanda cõsuetudo. Qui ita
uixit ut ne curiosis quidẽ oculis daretur occasio de
trahendi: hunc ueluti ex quodã uirtutũ sacrario no
bis datum subtraxit mors Imatura atq; inexorabilis
sors fatoꝝ. O fortunæ iniquã & inhumanã sortẽ: q̃
optimos quosq; uiros decerpere: & de medio aufer
re contendat. Quis enim uir melior nostro Lauren
tio. q̃s humanior. quis liberalior. quis uita sanctior.
quis utilior cuius. quis amantior patriæ fuit. At ip
sum ipetus fortunæ in optimo uitæ cursu abstulit:
& cũ ei⁹ opera oĩbus fructuosa: amicis magno usui:
ciuitati necessaria: patriæ utilis esset: patriã optimo
defensore: urbem ciue p̃stantissimo: nos amico op
timo: reliquos optato p̃sidio spoliauit. Erant ui
les permulti in quo fortunæ uis posset ipetũ facere
at ea semp elegit nobiliores ac meliores: neq; q̃d ui
tæ mortaliũ conducat sed quid eius libido appetat
pro iperio aduertit. Sed omittamus fortunæ teme
ritatẽ & Laurẽtii uirtutũ memores: nomẽ eius cũ oĩ
beniuolẽtia p̃sequamur. Et cũ nihil uirtute p̃clari⁹.
nihil amabilius. nihil qđ magis consulat rebus nr̃is
demus illi nos toto (ut aiunt) aĩo: & in ea excolẽdo
ætatem nostrã & uitæ omne tẽpus collocemus. Ei⁹
enim splẽdore illustrati: primũ ex ipsius præceptis
uitam agamus: tum mortis metũ & formidinẽ de
pellamus. Id assequamur facilius si Laurentii exem
plum ante oculos posuerimus. Tibi aũt Carole mi
met debitũ consolandi persolue: ac animaduerte: ut
bonus deus: & oĩa quæ bonus facit bona sint necesse
conuenit: nec arbitreris id durũ qđ quenq; aut qui
buscũq; faciendũ est. Ad hoc enim nec nati sumus ut
maneamus æterni & quippe cũ citius accidit hoc ar
bitreris melius. Nã natura nihil hoĩbus breuitate ui
tæ iucũdius præstitit. Quis enim inter anxietatem
uagientis sæculi ærũnasq; morboꝝ lædentium: nõ
magis mortẽ festinam desiderare deberet: q̃ lõgam
satis & languidã uitã. Nã dum in mundo sumus p̃ G
bamur quottidie in acie: & imemorabiles iræ. auari
ciæ. libidines. aliorũq; varioꝝ incentiua uitioꝝ nos
p̃ringunt ad ruinã: quæ demũ morte finẽ suscipiũt.
In qua (ut ait Cicero in tusculanis) aut summũ bo
num: aut nullũ malũ esse cognouimus. Non igitur
dolere debemus nec inuidere ut Ennius uir pruden
tissim⁹. Nemo me lachrimis decoret inquit. nec fu
nera fletu faxit. Nos igiẽ siquid tale acciderit: ut ue
lut certe denunciatũ: uideamus ut exeam⁹ e uita læti
& agentes gratias pareamus. Nã nulla hercle tanta
cõmoditas quã ex uita alicuius uel expectare: uel cõ
sequi ualeamus: quin pluris facere debeamus ipsum
eẽ ex tot malis ac periculis uitæ exemptũ. Nec tam
cumulus bonoꝝ iucundus esse potest: nec ullũ tam
cõmodum expectandũ: q̃ beata discessio. Si enĩ sum
mus ille dies ut ait Cicero & catholica bene sanxit
autoritas nõ extinctionẽ sed cõmutationem affert
loci quid optabilius morte. Si aũt perimit ac delet
omnino ut quibusdã stoicis placet qđ absurdũ est ac
ratione caret: quid melius q̃ in mediis uitæ laborib⁹
obdormire: & somno suaui sopiri semp itærno. Plæ
riq; etiã phĩ: uitæ opprobriũ attendẽtes nihil aliud
esse inferos uoluerunt: aut humana corpora q̃ uelu
ti carceres tenebrosos. horridos. sordidos & cruore
fœtidos. quibus animæ sunt inclusæ. Corpus enim
suo pondere aggrauat animã. Ideo solũ mali quoꝝ
animas in se p̃nas fecit corporis usus: ad solutio
nem corporis perhorrescunt. & cũ illud fieri neces
se est. cũ gemitu & dolore ex hac uita recedunt. Bo
ni aũt cũ cordis dulcedine desiderãt ad illũ locũ ascẽ
dere ubi beatitudine semp itærna fruanẽ ubi illa sub
limia angeloꝝ agmina Sanctus dñs deus sabaoth
clamare non cessant: ubi lucis iucunditas perpetua
diffunditur: ubi excussa omni palea granũ purũ in
cordis orreo collocatur. ubi sol ille nunquã in occa
sum tendens: beatoꝝ mentes in amorẽ diuinitatis
accendit. Quæ considerans propheta Dauid adhuc A
per speculũ in ænygmate: illius boni carpebaẽ amo
re: ut uitã istam pro tædio habens diceret. Heu mi
hi quia incolatus meus p̃longatus est nimis. Sense
rat enim q̃ dilecta nobis esse debeant illa tabernacu
la dñi uirtutũ ubi oẽs amicti sunt stolis albis & pal
mæ in manibus eoꝝ: & sequuntur agnum quocũq;
ierit. Non ergo mi Carole de magnifici & tam dile
cti & merito diligendi fratris tui morte mens tua
turbetur: sed ex intimis cordis exprimat cum beato
Iob: Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita fa B
ctum est: sit nomẽ dñi benedictũ. Neq; doleas ꝙ ta
lem amiseris: sed gaudeas ꝙ talẽ habueris: diesq; ille
qui ab ignorãtibus reputaẽ extremis: per prudẽtiã
tuam æternitatis natalis æstimetur. Cuius animus

tantarum uirtutum præſidio munitus:de præſenti
pelago ad littus quietis:de exilio ad patriã: de carce
re ad palatiũ & ſanctiorẽ regionem uitãq; beatã fœ
lici radio euolauit:dixi.

¶ Orationes ſcholaſticæ. Et primo in cõmendatio
nem Rectoris uniuerſitatis domini Hertnidi de la
pide Laudatiuncula.

n On mediocri admiratione pleroſq; mo
tos exiſtimo magnifici & ſpectabiles do
mini cæteriq; doctiſſimi ac humãiſſimi
uiri:cur iter tot ſummos uiros ad quos
hoc munus ſpectare uidebaẽ:ego & indoctior & iu
nior & pene lraꝝ numero minimus: qui paꝝ auto
ritate:minus dicendi exercitatione ualeo : in hoc or
natiſſimo loco tantaq; præſtantiſſimoꝝ hoium fre
quentia cunctiſq; ſilentibus quaſi temeritate quadã
hoc orandi præripuerim officiũ. Verũ & ſi admira
tio eoꝝ non iniuſta ſit:meã tamen excuſationẽ qſq;
nõ minus æquã uelit accipere:Diutiſſime & uſque
quo ualui recuſaui hoc onus meis humeris & uirib⁹
ſane impar:ſed quo magis renuebã ; eo magis inſta
tum eſt a præclariſſimo dño uiro inter cæteros pri
mario qui ĩ præſentiaꝝ adeſt rectore noſtro digniſ
ſimo. huic quicquid poſſum debeo . huic morẽ me
gerere iuſtum puto. Malui iccirco de mea ſnia deiici
q̃ amicitiæ noſtræ iacturam in me fieri: cũ alter ab
altero pro iure noſtro quiduis poſſim⁹ impetrare.
Spõtanea itaq; ui uictus celeberrimi dñi:de ampliſ
ſima humanitate & incredibili pietate ueſtra confi
dens:auſus ſum uerbũ arripere quo hunc noſtrum
rectorẽ:hunc uoſtræ uniuerſitatis principẽ Hertni
dum uirum optimũ ac nobis ſemper obſequentiſſi
mũ perſuadem. Cuius modeſtiſſimã in omni æta
te uitam:ſanctiſſimos actaꝝ dierum mores nedum
late cõmemorari:ſed ne admirari ſatis poſſum. Ve
rum ſpectabiles circũ aſſidentes uiri : animo cũ iſta
mecũ repeto:uideor mirũ in modum mecum ipſe
plaudere & ipſius uirtutibus congratulari : quibus
ſuam cũ ex phœbis creſceret adornauit uitam: inſti
tuit mores:regebat actus:ut nihil bono uiro uel di
gnum uel utile quod eſſet omitteret. Recenſere im
præſentia nõ libuit omnia illa quibus a fortuna do
tatus eſt bonis:utputa nobiliſſimũ & uetuſtiſſimũ
equeſtris ordinis genus de lapide cognominatum:
clariſſimam & opulentiſſimam patriam Frãconiã:
quæ pleriq; Francia orientalis dicitur:& inter Ger
maniæ nationes nõ minima. Abũdãtiſſimas opes:
neceſſarios & amicos fidiſſimos:formam corporis
præſtantem. Iuuentutem floridam : ſanitatem op
tatam. Quæ omnia fortunæ dona quantum ad fœ
licitatem conferunt neminẽ præterit. Maiora tamẽ
lõge exiſtimo diuina animi ſui ornamenta:quæ ſua
natura:ſua uirtute:ſua iduſtria ſibi cõparauit. Ado
leſcentiam nãq; ſuam litteris ornare : iuſticia muni
re:innocentia obſeruare ab ineunte uſq; ætate con
ſtituit:atq; his potiſſimũ laborare ſtudiis:earum ar
tium uacare præceptis:quibus res familiares : qui
b⁹ ciuilia negocia regere:diſponere:gubernare poſ
ſit & ualeat. quibus ad utranq; fortunã compararet
arma:ut nec fractus caderet:nec elatus itumeſceret.
quibus grauia in agendis captaret conſilia: omnẽq;
inimicam uitaret temeritatem:ut nequid molliter:
nequid effœminate:nequid indigne per eum agere
tur. Non iniuria ob hoc noſtræ uniuerſitati præpo
ſitus eſt princeps:imo iure optimo electus ẽ digniſ
ſime ad officiũ rectoratus. Quod quia non uulgari
gratia:nec alia quadã animi calliditate uel aſtutia ut
plerunq; aſſolet conſecutus eſt: his mihi nunc cum
libuit affari carminibus:Laus tua: non tua fraus:uir
tus:non copia rerũ ſcandere te fecit hoc decus exi
mium. Pollicentur etiã iccirco mihi numina & fa
uentia ſydera cæli: eũ tali modeſtia:integritate: & ſa
pientia uniuerſitati noſtræ præfuturũ : ut poſteris
præfectis rectoribus integritatis quoddam ſpeculũ
conſtituat & exemplar. Stringendã in hac parte de
eius ſummi uiri laudibus duxi orationẽ: & tandẽ in
perſona digniſſimi rectoris noſtri totiuſq; uniuerſi
tatis te reuerendiſſimũ dominum & principem no
ſtrum apoſtolicæ ſedis legatũ:uoſq; ſummos uiros
& magiſtrat⁹ obſecro atq; obteſtor: ut quibus ſem
per in omnes humanitate:clæmentia:auxilio:conſi
lio & fauore functi eſtis: his & noſtrũ rectorẽ ueſtri
ſemper obſeruantiſſimũ uniuerſitatẽq; ſuam uobis
ſemp fideliſſimã proſequi uelitis:quod pro æquiſſi
ma clæmẽtia & admirabili uirtute ueſtra uos factu
ros credimus : ſperamus atq; confidimus hoc itaq;
ueſtro imortali erga nos beneficio miꝝ in modum
opinionẽ noſtrã ueſtra de integritate cõfirmabitis:
adeoq; ueſtræ nos facietis claritati coniunctos. ut re
liquum nil ſit quod a uobis amplius poſtulem⁹. di
xi Gotfridus Lange.

¶ In acceptione dignitatis Rectoratus Oratio.

q Votiens ego ipſe mecũ repeto:quãto cu D
rarum aceruo inexplicabiliq; laboꝝ mo
le autoritas me ueſtra humeros ſũmitte
re coegit pr̃es optimi:nõ eſt quin mens
ſtupore ſtupeat omniſq; uacillet in corpore uirtus:
maxime cũ mihi conſcius ingeniũ uireſq; meas ad
tam præclaram magnificãq; dignitatẽ ueſtra mihi
autoritate impoſitã minime cõpræhendo ſufficere
nemo quippe ſanæ mentis ignorat maximo ad eã i
genio opus eſſe: ubi tot inter præclaros huius ordi
nis uiros:quoꝝ ſapientiã:prudentiã:ſcientiã totus
ſtupet orbis:admiaturq; uerſari oportebit. Nec ſa
ne indignũ quid me reor admiſiſſe ſi mox ut decuit
ueſtræ me obedientẽ autoritati non cõſtitui. Nemi
nẽ enim fugit perneceſſariũ eſſe huic uniuerſitati ſã
ctiſſime hoiem moribus ingenio ætateq; præſtãtẽ
omniq; humano in ſtudio non mediocriter exerci
tatũ præpoſitũ iri:quæ a me nõ modicũ aliena mea
ſententia iudicans manſi non iniuria parumper mi
hi uideor detraxiſſe. Sed tandẽ ueſtro icredibili alle
ctus amore perſuaſum mihi habui hoc loco ueſtris
me obtẽperaſſe ſententiis. Spero nãq; ueſtras i hac
re mentes declaraſſe uobis animũ non deficere: quo
ſatius per eũ quẽ cõpulſum ad hanc rem habueritis
huic ueſtræ uniuerſitati conſultũ ſit adiutrices ma
nus impriri. meaq; l perſona ipſam indefenſam nõ
relinquere. Eius enim tanta fama tanta gloria non
apud nos ſolum , ſed & apud exteros populos ẽ. in

primisq; effertur ut laudis eius terminus non orbis ambitu claudatur. sed cælos transcendere & ultra ui detur q̄ uerbis si prosequi uellem. nescio ubi initiū taceo finē sumeret oratio. Sed ne rei lucidæ umbrā obiiciam. neue apud solis splēdorem facibus utar: modestius iudicaui de eius laudib⁹ silere q̄ tenuiter E loqui. Superest igitur præstantissimi patres præclarissimi ciues uosq; scholares acutissime: de honore hodierno mihi die in actu præsenti impēso gratias agere in quo mihi uideor permaxime deficere. Nō enim si mihi linguæ centum oraque centum essent: suppeterent animi erga uos mei minimam uoluntatem enarrare. Tanta enim uestra sunt erga me beneficia. ut nec quantas uolo. possim: nec quantas debeo gratias referre: dumtamen hos spiritus fouet artus: omnia mea bona: fortunas: uitam deniq; ipsam pro quolibet uestrū effundere præsto ero: uosq; opto incolumes conseruet: diuitias augeat honores aggeret deus altissimus: qui uiuit trinus & un⁹ per infinita sæcula benedictus Amen.

¶ In repetitione aut simili actu scholastico p̄fatio.

F a Nimo mecum sæpenumero conspiciēs Reuerendissimi patres: Spectabilis Rector generosi milites: famosissimi doctores: cæteriq; uiri ornatissimi: grande mihi onus hodierna die iniūctum animaduerto: cum rerū agitandarum magnitudini ac utriusq; iuris disceptatione omne meum ingenium impar esse confitear. Nec mihi persuadere potuerim ubi sublimi⁹ ac difficilius mea potuisset disceptatio uersari: q̄ in tanto Reuerendissimorum patrum ac doctissimorum uirorum coetu me iuris pontificii nodum præsentare. Quænam enim tam affluens ac profunda memoria. tam elegans ingenium. ac sublime in tantæ rei disceptione coram tot præstantissimis p̄sentiis satis digne sufficiet: quæ cū mihi difficili nedum sed difficillimo quodāmodo oneri ascripsissem: ea sæpenumero ductus sum opinione. ut hoc & si laudabile & honestissimū sit munus recusare consueuerim alias censuerim. Cum attamen ab his mihi delatum intelligam quibus beniuolētia & autoritate afficior: eorq; iudiciū meo p̄ferēdum arbitratus sum. Quo in loco cū nec ingeniū nec scire deniq; meum sufficere posse confidā: oēm spem meā in uos p̄res Reuerendissimos collocaui: q pro innata uobis mā suetudine clæmentia & benignitate soletis humanissimas aures incredibili quadā attentione accōmodare. Licet enim superiori tēpore similē locū disceptādi gratia persæpe conscenderim. adeo quidē ut hæc sit decima publica disceptatio & in lectura ānis octo uersatus sim: quotiens tamen aio repeto quot quales & quantos inde concernā astantes uiros doctissimos: & præceptores celeberrimos: nec uideam qd tanto conspectui dignū aut elegantia dicēdi aut sententiarq; autoritate a me possit afferri satis ipse mihi contremisco. Verebar insuper satis ne mihi parū in hac re cōsuluisse iudicetis. Iterum cū animo repeterem singularē audientiū grauitatē: benignā omniū humanitatē ingenio meo uires assumpsi: cōstituiq; sanctius esse rem hanc mihi difficilem in medio tantorū reducē: ut doctior factus quo uerq; & quo se uertat error intelligere ualeā. In hoc quidem prolixior mea redderet oratio sed quia disceptationi: nō orationi locus est ad gloriosum prælium condescendo. Doleo uehementer patres reuerendissimi uosq; ui A ri integerrimi q ex tanta largitione uestra nequeā dignas uobis referre gratias: quod libēter facerem: ulla si occasio uel facilitas facilis p̄mitteret. uerū ne me ingratū ac memorem huius uestræ liberalitatis fore existimetis: quas possum uobis omnibus ago & habeo gratias. dixi.

¶ Introitu examinis p̄ recitatiōe punctorq; p̄fatio.

h Anc diē celeberrimi patres cuiq; etiā eruditissimo ambiguā pauēdā atq; tremēdā fore sæpenumero ipse mecū tractaui ac dixi. Ea eni est q̄ liberādos ac pendendos ancipitis libræ nos gemina lance suspēdit. & q̄ si male & inepte agat: ignominiam & dedecus: si bene & apte: laudē gloriā & honorē afferre solet. in hūc quoq; locū intra tātorq; patrū cōsessum nō passim quosq;: sed ingeniosos dūtaxat atq; doctissimos admitti solere exploratū habeo: eos quippe solos doctoralis gradus celsitudinē cōscendere dignos meritosq; iudicare & approbare cōsueuistis. Quo fit ut ego q nō satis doctus nō satis idoneus: nō satis tandē meritus hoc tremendū examē intraui: nisi a sūmo oīm patre luminū: a quo (iuxta canonicā Iacobi) omne datū optimū & omne donū perfectū descēdit adiutus uestrarūq; humānissimarq; paternitatū suffragiis suffultus: hinc cū laude & honore euadere nō posse me cēseam. In tam igit arduo tāq; ambiguo examine cōstitutus tot corā clarissimis uiris & patrib⁹: illius a quo (ut ait apostolus) oīs nostra sufficiētia ē: qui & potens est oēm gratiam abundare facere in nobis fauorē gratiā & benedictionē perā: uestras pariter paternitates exorando: ut si non tam apte: non tam ornate: non tam deniq; idonee hæc puncta recitauero q̄ & sacratissimarq; legum excellentia: & tātorum patrū dignitas exposceret: ueniam pro uestra solita humanitate tribuatis: & imperfectū meum uestra profundissima scientia perficiatis. Puncta igitur mihi hoc summo uesperi per paternitates uestras assignata recitaturus: hunc infradicēdis ordinē obseruatum me iri constitui. Primū nāq;. ff. ueteris puncti exordium faciens: rubricā ipsam sub qua situata est lex mihi in punctis assignata: ad præcedentes cōtinuabo rubricas & super ea quæ a summatore Azone recitātur referam. Dehinc propius ad. L. me conuertens: illam diuidam: summabo. figurato casu in terminis litterā legam: notabilia colligam. dehinc quærendo notando & opponendo prout cōmodius se offerent: expediam. Quo puncto a me sic absoluto: ad punctum Codicis me conuertens; illud simili absoluam ordine his a me sic explicitis uestro me limitissimo ac tremēdo examini subiiciam. Pace itaq; uestra ad ea quæ institui: uidelicet ad puncta recitāda progrediar: quæ quidē utinā mihi & oībus q me audituri sunt bene succedāt. Venio itaq; ad ipsam. L. imperiū situatā sub titulo. ff. de iuris. o. iudi. pro cui⁹ expositione capio glo. Ru

brice: quæ quidem diuiditur &c. Et continuatur sic ad præcedētes hæc rubrica: prout in ea super hac rubrica & circa hanc materiam Azo de pluribus quærit. Primo &c.

¶ In licentia cōcedenda doctorādi cōmemoratio.

s

I ea laus religiosissime antistes: Magnifici præsides: utriusq; uniuersitatis rectores dignissimi: insignes equites: uosq; uiri celeberrimi huic Alexandro nostro tribuenda esset quā uirtus sua doctrina meretur: cedēdum mihi quidem esset & ab oratione oīno supsedēdum. Nempe cum uirt⁹ sua mirificis præconiis laudum dignissima sit. ego aūt is sum qui nec ingenio nec facultate dicendi nec ullo oratoriæ munere tantæ suæ celebritati satisfacere possim Si uero summū meū in ipsum studium charitas atq; obseruātia cōsideretur: nullus adeo iniquus rerum æstimator erit qui me non diiudicet maxime teneri. ut quātum in me sit ipsius laudes efferam nomenq; suum ad sidera tollaȝ. Nam si laudare tenemur clarissimos uiros quos nunq̄ uidimus: sed quos uel audiendo intelleximus uel legendo cognouimus: quanto fortius illos extollemus qui quottidie nobiscum obuersant: qui nobis addunt: qui nos summo honore complectuntur: quosq; nos mutuo teneremur: facit igitur præstantissimi uiri magna huius hominis uirtus ut plura quæ de ipso dicenda essent: necessario prætermittant. ecōtra aūt magna amicicia ac familiaritas quæ mihi secum est me cōpellit: ut quædā saltem dissecam quæ ad suam laudem decusq; ptineant. Nam si plene ipsum laudare cupiā: laudandū mihi suum genus nobilissimū esset: quod uel antiquitate uel nobilitate nullo uincentino generi cedit: siue paterna siue materna familia requiratur. Cōmemorandum esset quod uiris præstantibus abundauerit nenia triscineaq; prosapia: & non modo splendor. sed etiam uetustas utriusq; penitus pertractanda. Asserenduȝ esset quoniā parente nat⁹ sit philosopho clarissimo uiroq; pariter sapiētissimo: qui & Hippocratis præceptis & Aristotelis disciplinis uir præstantissimus habebat. Sed & uis ingenii mei tota succumberet: & ipsius tēporis facultas minime pateret. Adest enim maius insigniusq; huius nostri tironis præconium: in quo ingenium suū uirtusq; cōpræhenditur. & sigdem id longe lateq; diffiniā: difficillimum erit. Illud aūt studii sui decus amplissimū quod satis oībus patet recensere cogor ipsum cum septennio ciuili iuri operam dedisset. unoq; item āno iura pontificia suscepisset: ab hac amplissima uniuersitate dignum iudicatum esse: qui decretoꝝ codices explicaret publiceq; interpraetaret. Et cum in dies præclarius in hac se exercitatiōe gereret: optimaq; apud uiros doctissimos opinio de ipso conciperet. cursus sequenti anno sine ullius dissensu confirmatus est. & a Veneris principalibus ea mercede exornatus: qua exornari consueuerant qui eiusmodi interpraetationes superiori tempore pertractauerant. Magna quidē sunt hæc disciplinæ suæ testimonia: hoc uero multo maius quod hodierno die omniū ad unum consensum de te exhibitum est. Quapropter clarissime uir cuȝ bonum certamen certaueris. cursūmaueris ⁊ in eūq; euaseris uirum ut alios iam docere tametsi antea docuisti: audentius possis. autoritate a sacratissimo pōtifice Patauino. d. Randulfo de dandalo mihi tradita: doctoralia in iure ciuili insignia tibi pmitto. quæ cuīq; de his studiis benemeritis concedi solent: dans tibi potestatem in iure ciuili magistralem cathedrā ascendendi. legendi: glosandi: interpraetandi ⁊ cæterosq; actus doctores exercendi hic & ubiq; locoruȝ. Ad laudem dei nostri omnipotentis Amen.

¶ Ad petendum insignia in iure ciuili Oratio.

d

E sacrarum leguȝ laudibus excellentia ac dignitate dicere amplissimi patres nunc omittendū censeo. Nam nec ingenii mei parua uis. nec ipsa temporis breuitas tā grandia nunc recensere facile tribuerēt. Ad hoc enī explicandum & maiore ingenio ⁊ ampliore dicendi facundia: prolixioreq; spacio temporis opus profecto foret. Quænam ingenii magnitudo conciperet? quæ elegancia linguæ explicare: quæ quantumlibet composita aut longa oratio maximas leguȝ laudes: nō solum complecti: sed uix attingere queat? Quis id quod omni laudum genere præstantius est satis laudare possit? Quis rem quæ omnem præcellit ornatum uerbis ualeat exornare? Nullum pfecto laudatorem nullamue laudem ad id satis efficiendum sufficere posse existimo. Cuncta uero transcendit q̄ leges iusticiam coli: & ius suum cuiq; tribui iubent. Summum enim in rebus bonum est iusticiam colere & iura sua cuiq; seruare. xii. q. ii. cum deuotissimā. Iusticia nanq; omnium uirtutum domina est & magistra: & maior inter cæteras est uirtutes: in Auctentico ut omnes obediant iudici in principio. Et cunctas uirtutes ipsa secū sola trahit. Ab aliis enim uirtutibus augeri: & ad maius apparere desiderat: in Auctentico de referenda in paragrapho pro ea. A me igitur in præsentia hæc sunt silentio prætereunda: ne si rem adeo grandem & supra uires attentare uelim: in ipso conatu succumbā. Grandes enim materias (ut Hieronymus ait) ingenia parua non sufferunt. uerum ad id dūtaxat ueniam quod sum postremo dicturus: ad petitionem. s. insignium sapientiæ ciuilis. Cuius cum ego salubria & diuina aduerterem instituta: me sibi totum dedicare & omne studium meum ac tempus in ea capescenda consumere semper optaui. Quod meum desiderium licet iā aliqua ex parte sit expletum: tamen hoc mihi quoq; restat ut eius insigniar ornamentis: quod & maioribus nostris in alio etiam genere rerum factitatum legimus. Nam siquidem ordinem quisq; profiteri uoluisset: eius sibi tradebantur insignia. Sic poetæ lauro. sic militari stigmate milites. sic uictores triūphalibus infulis: sic serui dei in apocalypsi signati in frontibus. sic tandem omnes illius artis cui se dedicauere: insignibus decorari solent. Sic igitur & ego iuris ciuilis cui deditus eē uolo insignia: ab hoc almo iurisconsultorum collegio mihi tribui humiliter petam. Abs te igitur iuris ciuilis interprete clarissimo

domino Catone Sacco tuo in primis nomine: dein
de aliorũ meorũ ꝓmotorũ: quos hic astare concer-
nis me comiciandũ supplex expostulo. Ad laudẽ oĩ-
potentis dei oĩa qui regnat ꝑ sæcula. Amẽ. dixi.

¶ In tradendis insignibus Oratio.

Axime optarẽ pstãtissimi pr̃es ut ea mi
m hi dicẽdi uis idq; tp̃s adesset: quo uiri hu
ius clarissimi præclara merita: ornatissi-
mos mores: cumulatissimasq; uirtutes
& facile cõmodũ in mediũ afferre possem. Si enim
hoc mihi dareť ut eã orationẽ quæ magnitudini te-
rũ atq; splendori cõueniret adhibere possem: senti-
retis ꝑfecto doctissimi uiri ex ipsa oratione q̃q̃ lon-
ga nullũ tædiũ nullũue fastidiũ (qđ or̃onis longitu
do gñare solet) imo magis suauitatẽ quãdã sũmãq;
animi oblectationẽ mẽtib⁹ uestris illabi. Nã huius
nobilissimi uiri ea sunt gesta: hi mores: ea merita: ea
scia ac ꝓbitas: ut de his audire cuiq; iucũdũ eẽ debeat
& suaue. ueꝝ cũ longiori or̃oni tp̃is breuitas locum
ullũ nõ relinquat pauptasq; igenii mei & exigue ui-
res: celeberrimi isti⁹ uiri laudes innumeras & facta p̃-
clara sui maiorũq; suoꝝ nobilissimã stirpẽ: & susce-
ptas in adolescẽtia amplissimas dignitates cõplecti
nõ satis sufficiãt: hoc unũ tantũ quãtũ uidelicet ad le
galẽ sapiam adipiscendã insudauerit: breui⁹ ut facili
us potero: conabor absoluere. Is itaq; oẽ suũ studiũ:
oẽm operã sollicitudinẽ atq; curã: quo sacratissima-
rũ legũ doctrinas ꝑquireret ꝑsequereť & disceret ita
adhibuit: ut in coꝝ numero possit facile cõputari:
quos in ueterib⁹ historiis legimus lustrasse ꝓuinci-
as: nouos adisse populos. maria trãsisse: quo eis ali-
quid sapiæ munus ꝑcipere liceret. Sicut Plato Ægy
ptũ: Pythagoras mẽphiticos uates: & Architã Tarã
tinũ: eãq; horã italiæ quæ quõdã magna Græcia di-
cebať laboriosissime ꝑagrasse dicunť. Apollonium
quoq; siue illũ magnũ (ut uulgus loqť) siue p̃hm ut
Pythagorici dicũt itrasse Persas: ꝑtrãsisse caucasum.
albanos: scitos. massagetas opulentissima Indiæ re-
gna penetrasse: & ad extremũ latissimo Phison am-
ne transmisso ꝑuenisse ad Bragmanas ut Hiarcã in
throno sedentẽ aureo audiret docentem memoriæ
tradiť. Is postremo inuenisse diciť ubiq; qđ disceret
& semꝑ ꝓficiẽs se semꝑ melior fieret. Quis uero co
lendissimi uiri huc minus his ut legalẽ sapiam seq̃re
tur fecisse negabit? quis huc pari studio oĩa pro scia
ꝓq; uirtute tẽtasse nõ affirmet? Illis nẽpe qui tot
pro scia suscepe labores nõ iparẽ merito dixeri. hic
nãq; ab ipsis teneris ãnis icredibili quodã discẽdi du
ctus ardore pr̃iã: parẽtes. fr̃es: cognatos: natos: ami
cos: cõciues & agros & cũcta quæ aut iucũditati aut
uoluptati homini eẽ possunt sua sponte relinquens
ab extremis migrare finib⁹ ad ea sese cõtulit loca ubi
lr̃is incũbere posset. deniq; huc nõ a patrio domici-
lio absentia: nõ lteriacẽs lõgitudo terraꝝ: nõ uiarũ
discrimina: nõ maris fluctus atq; ꝓcelle spumantes
nõ latronũ insidiæ: nõ tãdẽ illa ꝑicula: qn oĩa ut hãc
legalẽ sapiam capesceret: aggredereť: terrere potue
rũt. Quinimo nihil hoꝝ quæ maximis incõmodis
cæteros afficere solẽt uerit⁹: imẽso quodã amore sci-
entiæ ductus: sua sponte factus ꝑegrinus & exul: se
oĩb⁹ ꝑiculis ut sciam adipisceret: exposuit. Et tãta de
mũ uirtutis opinio ualuit: ut nulli labori nullis ui-
giliis nulli icõmodo nulli parceret sudori: & suas ad
extremũ pro hac ipa sapia exinaniret ops. Quas ob
res quãtũ ꝓfecerit quãtãq; sciæ hubertatẽ retulerit:
hodierna die latissime patuit: qm̃ ab oĩb⁹ istis p̃rib⁹
& dñis nemine discrepante fuit merito & laudabili-
ter apprrobaťᵒ. Quare dilectissime frater cũ iã ip̃us
quo bonoꝝ laborũ quos pro scia suscepisti glorio-
sos ac dulces carpas fructus aduenerit: ego te meo
ac ꝓmotorũ tuorũ nomine legũ doctorẽ cõstituo:
declaro atq; decerno: & quæ efflagitasti in iure ciui-
li doctrinalia insignia tibi trado. Librum. s. clausum
& apertũ: birretũ capiti tuo: annulũ digito: ac pacis
osculum. Ille aũt te benedicat qui semper est benedi
ctus. In cuius te nomine benedico. In nomie patris
& filii & spiritus sancti Amen.

¶ Cum quis in collegiũ recipiť doctoꝝ Præfatio.

Vam maxima erga me sit beniuolẽtia ue
q stra p̃stãtissimi pres q̃ sim uobis charissi-
mus & q̃ ꝓnus in me sit animus uester &
ꝓpterea quãtũ oĩb⁹ uobis debeã amplissi
mũ munus qđ mihi hodierna die cõtulistis indicat.
Quod qdẽ eo magis ac magis æstimandũ ac magni
pendẽdũ puto: quo me p̃latũ eẽ uoluistis oĩb⁹ aliis:
qui etsi nobilitate: itegritate moꝝ: grauitate: igenio
& legũ scia p̃stent: me tñ unũ delegistis ex oĩb⁹ & reli
quis dimissis ac spretis almo collegio uestro me ag-
gregastis: ac in eũ uocastis & itroduxistis locũ: qui q̃
magnus q̃ p̃ciosus: q̃ p̃cipuus: q̃ deniq; primari⁹ sit:
quia nec ingeniũ nec tp̃us suppetũt: & id p̃terea no-
tissimũ est nunc nõ explico. cætera quoq; taceo quæ
gl̃iæ: splendori: laudũq; uestrarum cumulo accedere
possunt. Et ne ingratitudinis uitiũ maximũ incurrã
ad gr̃aꝝ uenio actiones: quas qdẽ si pro bñficii ma-
gnitudine uobis a me satis referri posse putẽ nõ sa-
piã. Eas aũt quas possum dñationib⁹ uestris gratias
ago: & illũ depræcor & exoro q in euãgelio ait. Bea
ti misericordes qm̃ misericordiã consequenť: ut quẽad
modũ mecũ misericorditer egistis: ita & uobiscũ agat
ipse deus oĩpotẽs. Postremo nequã de me habuistis
in ullo fallatur opinio. p. v. polliceor me pro uirib⁹
conaturum: ut is sim qui & honorem collegio: & uo
bis omnibus grata procurem: dixi.

¶ In principio alicuius libri legendi præfatio.

D interp̃tationẽ iuris p̃fatione aliqua nõ A
a facta procedendum non fore admonuit
iurisconsultus in. l. i. ff. de ori. iu. cuius au B
toritatem secutus Bart. in Rubrica. ff. de
acqui. hære. ait doctorem non debere sine ulla præ-
fatione librum uel lecturam incipere. Quæ uero p̃-
stantes uiri dignior præfatio: quodue aptius exor-
dium præmitti potest: q̃ ut primũ quidem diuinũ
poscamus auxilium: quod & apud ueteres factitatũ
legimus. Nã si quippiã opis facturi fuissent: añ oĩa C
cæleste fauorẽ præcãtes deũ inuocabãt. Vnde apud
Persiũ de hoc instituto legiť. Vatibus hic mos est cẽ
tum sibi poscere uoces. Centũ ora: & linguas is car-
mine centum. Hinc Ouidius ait. Dii cœptis aspira- D
te meis. In minimis quoq; rebus diuinũ auxilium

F implorari debere placuit in Thimeo Platoni. Cui⁹
F autoritatē e uestigio Boetius.iii.consolationis imi-
rans inqt:inuocandū rerū oiom patrē:quo prætet-
G misso nullū rite fundaē exordiū. Gregorius etiā de
conse.di.omnis christianus.ad deū prius confugiē-
dum qui nostræ possit curare animæ passiōes:& an
H te omnia diuini faooris gratiā postulandū monet
ac pcipit. Huic impator in li.ii.C.de offi.præfec.p-
to.Afri. Ad oia cōsilia oēsq; actus. In noie domini
nostri Iesu christi pgrediē. Idcirco cupiēs ego lecti-
onū meaꝝ initiū:ad inuocatinnē honorē & laudem
nominis iesu christi fieri:qd quādo recolo flectere
debeo genua saltē cordis.c. decet de imunita.eccle.
ipmq; dominū iesum harū lectionū meatū(ut uer-
I bis Boetii utar)principiū:uectorē:ducē:semitā &
terminū fore. Ab eo exordiū peto qui ait. Sine me
K nihil potestis facere. A qoo(iuxta canonicā iacobi:
L & habeē.i.q.ii.q pio) Oē datū optimū & oē donū
M pfectū est. Vnde elegāter Augustinus in lib.de ciui.
dei ait:& habeē.xxvi.q.ii.qui sine saluatore salutem
habere & sine ueta sapientia æstimat se prudentē fi-
eri posse:nō sanos:sed æger est:nō prudens:sed stul
tus in ægritudie assidue laborabit:& in cæcitate stul
N tus & demens pmanebit. Apostolus quoq; iacobus
O dixit. Siquis indiget sapiētia postulet a deo qui dat
oibus affluēter & nō iptoperat.ois eni sapiētia a do
mino deo est & cū eo fuit semp:& est ante eū. Eccle.
P primo. Cum igiē desup bona cūcta pcedant ad illū:
me atq; meū uertā sermonē:qui dixit petite & acci-
Q pietis:pulsate & apetieē uobis. Et in quo(ut dixit
apostolus)sont oēs thesauri sapiētiæ & scientiæ in
cuiusq; noie cūcta facere debemus:qd idē apostolus
pcepit dicēs.& habeē.xxvi.q.v.nō licet. Oia qoæcū-
q; facitis siue in uerbo siue in ope:oia in noie domi-
ni nostri iesu christi facite. Et dicam cum Salomone
R Da mihi domie sedisi tuarū assistricē sapientiā.mit-
te illā de sedæ magnitudinis tuæ:ut mecū sit & me-
S cum laboret. Et cū Iudith. Da domine sermonē be-
ne sonantē in os meū. Et non ponderatis homanis
demeritis:tua sola clæmentia in me tui cælestis irri-
gui gratiā influas sciētiæ & eloquentiæ supplendo
defectū:augēdo ingenii modulū:& memoriæ quan
titatē:ut possim scriptorarum libri psentis quem le
gendū suscepi:ueritatē pandere:errores fugare:no-
dos soluere:obscura dilucidare:& dubia quēadmo-
dum ad doctoris officiū ptinet declarare.c.i.de teli.
& uene.sanc.ut sic conserueē & augmēteē scia: uirt⁹
& gratia in meipso:& ioxta uerbū psalmisticum de
uirtute ambulē in uirtutē de peni.di.i.c. domino sā
T ctā. Ne in numero cōpoter ipsoꝝ qoi ot dicit Inno
cen.in ptin.sui operis:molta legunt:sed uacui rece-
dunt:quoniā etsi mente qdē intellectū recipiant: in
V cordis tamē desideria nō ponūt:similes illis q ut Ie-
X remias ait.uenerūt aurire aquā & uasa sua uacua re-
portauerunt:& ideo confosi sunt pariter & afflicti.
Nos ergo ne confundamur pariter & affligamur.
Innocen.præcepta seruemus:& has scripturas & cō
stitutiones sacras legentes:earū intellectū sanom in
uentre mētis nostræ pcipiamus:coquamos:& fre-
quenti meditatione digeramus ac mentis desiderio
seruanda cōdamus. Et sic impleaē in nobis qd egre-
gie legiē ab angelo dictū. Vēter tuus comedet & oi Y
scera tua implebunē uolumine isto quod ego do ti-
bi.hoc est ot quod deo autore legimus: mente reti-
neamus & desideriū & intentio nostra harū cōstitu
tionom nimio sapore completa satientur.

¶ In gratiarūactionibus habendis oratio.

Vm aiaduerto patres reuerendissimi ue Z
e stras singulares clæmētias & hūanitates
qb⁹ mea psentialiter nedū uenerari: sed
extollere dignati estis, nescio mihi psua-
dere quo dicēdi genere:qua elegātia:qua deniq; fa-
cūdia cōdignas grārūactiones pmerere ualeā: quas
si nō satis ample ut oneri meo incūbit expleto: nō
mihi qdē:sed bnficioꝝ magnitudini ascribere ueli-
tis qso. Primo itaq; regratior oipotēti deo eiusq; ge
nitrici Mariæ:quoꝝ pietate hūc in usq; diē sūmis cū
fœlicitate & lætitia pductus sum. Vobis de hic Reoe
rēdissimi Cardlales quas grārūactiōes: quas deniq;
oblatiōes referā mihi pfecto psuadere nequi. Infini
tas tñ & Imortales oib⁹ grās ago:quos prudentia ex
cellentia & moꝝ itegritate nedū cardinalatus apice:
uerūetiā sūmo sacerdotio iā dignissimos oēs pstitē-
tur. Et tibi pcipoo reuerēdissimo prī dño Lodouico
rituli sancti Laurētii in Damaso cardiali dignissimo
& Aglegiēsis ecclesiæ prīarchæ meritissimo prī do-
mino & bnfactori colēdissimo: quē pres optimi me
& amare & colere & uenerari decet dū spūs hos re-
git artus. Oib⁹ insup prælatis:epis:pronotariis:ar-
chiepis:abbatib⁹ & priorib⁹ cuiuscūq; gradus. Et ma
gnifico uito dño Petro Quirino inclyti dñii Vene-
toꝝ legato meritissimo. Generosis militib⁹: & uni-
oetsis sacrosancte Romanæ ecclesiæ officialib⁹:caris
simis doctoribus:oibus cioibus & scholatibus grās
ingētes ago: in qoibus porandis plixior mea redde
reē oratio. Sed uereor plurimū ne dum tei tam am
plæ satisfacere intēdo tenui mea oratione potius de
tractū iri intelligā. Cum itaq; ope satisfacere neque
am:animū certe meum amantissimū deditū oblatū
& obligatissimū soscipiaris:dixi.

¶ Ad libri complementū & eius missionē oratio.

Ie nūc ille dies mihi iucūdissimos fuit re
oerēdissime prī ac princeps illustrissime.
Iucūdissimus inq̄ mihi hic fuit ille dies:
quo pactū est maiestate cælesti suggeren
te & eios diuina pietate opitulante (cui imortales
agere & hēre debemus grās: quandoquidē referre
nolla sit nobis relicta potestas) tam magnum tam
difficile tam dulce tam amœnum tam isperatū tam
diuinum tam deniq; immortale susceptum opus.
Exoltemus igitur ac serio nobiscum triumphemus
gloriemotq; re tam bene tam fauste tam fœliciter
gesta:& moltos ouanter:nonc festos ducemus dies
Nam uenit post multos una serena dies. Sunt aurē aa
egregia in hoc elegantissimo libro Religosissime an
tistes opera multa Oratoria: historica: & poetica:
theologica deniq; & phica:ut eo pacto uarietas psit
& delectet qbus si aures & studiū nostrū adhibueri-
mus:haud dubium erit quin ex eis non mediocrem
uoluptatē & plurimū fructus cōsecuturi simus. Et

quoniã maiores nostri semp artes illas potissimum
plurimũq; coluerunt quæ ad humanitatẽ conseruã-
dã:tuendã:ornandãq; rẽpublicã summæ utiles essent
aut necessariæ:de quib⁹ totus hic liber est refertissi-
mus:nõ absonũ fore duxi de laudib⁹ excellentia ac
dignitate Rhetoricæ artis i mediũ depromere pau
ca:Quæ quidẽ si ars friuola res eẽt: ut eam multi &
fortasse hac in parte nõ ꝓbãdi faciunt:nõ tãtopere
apud maiores nostros græcos & latinos culta cele-
brata. & in summo honore habita eẽt. Sed qbusnã uer
bis quib⁹ honorib⁹ quaue dignitate eam prosequar
nõ facile occurrit. Nõ enim sum satis ad tantæ præ-
conia laudis. Et in primis tãetsi simplex & nuda ue-
ritas qua nullus est suauior aio cibus : ut est de imor
tali deo:de trinitate:de fide: de diuinis operib⁹ disse
rere per se clara ornata excelsa atq; magnifica uidea
tur:adeo ut possit sine eloquentia defendi ut a mul-
tis sæpenumero est defensa:tã adhibito orõnis flo-
re & ornamẽto quodãmodo magis ac magis eluce
scere & in lectoris animũ potẽtius effluere:ac firmi
us pmanere uidet:quæ ipsa tamẽ si dicẽdi suauitate
priuaret ꝓpe cõcideret atq; iaceret:quinetiã ipsa di
uinoꝝ officioꝝ ac missaꝝ solẽnia quãq̃ oi studio p-
polita sint:tamẽ cũ agunt in tẽplis dormitare:non-
nunq̃ animus noster oscitareq; uideret. At eni si in-
ter,ita chorus poetica illa decãtatet carmina. Iste cõ
fessor dei. uel Vt queãt laxis resonare fibris : cuiusq;
adeo mens humi depressa est:ut nõ eleuetur anim⁹
& quasi suscitet. Ex quo fit ut natura magis ad poeti
cam q̃ ad aliam lr̃arum artem duci uideamur:cuius
qui expers est minime liberaliter eruditus est neces-
A se ẽ. Nõne de Orpheo Museo & Amphiõe mira q̃-
dam prædicat antiquitas. Ad quoꝝ suauissimũ can
tum saxa & montes ire: flumina stare poetæ decan-
tant. Nil aliud significare uolentes:q̃ tunc mortales
saxis duriores: flaminibus instabiliores : dulcissima
illoꝝ oratione munitos: fractos:& ad rectam uiuen
di uiam fuisse inductos. hi nãq; homines primũ ba-
lantes & beluarũ more uiuentes:soli appetitui obse
quentes:in unum cogere ac congregare tecta & do
mos ædificare:oppida cõdere suis amœnissimis cã-
B tibus potuerunt. Quid Cicero:an parum instruct⁹
poetarũ cognitione uidebat:qui non contentus En
nio Pacuuio Actio cæterisq; nostris : græcoꝝ insup
poemata in latinũ conuertit totosq; libros suos illis
C respersit. Quid Seneca durus profecto uir ac seuer⁹
Nõne ipse poemata scripsit: & totus interdum sca-
D turit uersibus. Quid Homero deest quominus in
omni sapientia sapientissimus æstimari possit. eius
prorsum totam eẽ doctrinã uiuẽdi quidã ostendũt:
E in belli tẽpora pacisq; diuisam. Maronis deniq; no-
stra sapientia q̃multi faciẽda est:cum quasi deo ple-
F nus inter cætera uaticinatur parum ante Saluatoris
aduentum dicens. Iam noua progenies cælo demit
titur alto:Centona uero mulier (ut nõ desint nobis
clarissimarũ mulierũ exẽpla:q̃ & lr̃is & studiis & elo
quentia floruerunt) quot uersus ad dei nostri intel-
G lectũ ex Marone traxit. Extat Cornelia Scipiõis Af-
fricani filia:cuius per multa sæcula post eius mortẽ
H extabant epistolæ elegantissimo stilo perscriptæ. Et

Saphus poetissæ libri summo in honore apud græ-
cos ꝓpter singularẽ facundiã & scribendi artem ha-
biti sunt. Aspasia quoq; per Socratis tẽpora fuit do I
ctissima quidẽ mulier & eloquẽtia & litteris præcel
lens:a qua Socratẽ philosophũ tantũ se didicisse q̃-
dam non pudeat confiteri. Legimus Hieronymũ
& Lactantiũ uiros sanctissimos & oium christiano-
rum proculdubio eloquentissimos Ciceronis & gẽ-
tilium eloquentiã longe fuisse imitatos : & hi tamẽ
sapientia:uitæ sanctimonia atq; integritate floruc-
runt. Vnus insup præcipuus ac clarus extitit Cipria K
nus:qui & magnã sibi gloriã ex artis oratoriæ pro- L
fessione quæsierat : & admodũ multa conscripsit in
suo genere miranda. Erat enim ingenio facili copio M
so suaui: & quæ sermonis maxima est uirt⁹ apto: ut
discernere nõ queas:utrũ ne ornatior in eloquendo
an facilior in explicando:an potẽtior in psuadendo
fuerit:hic tamen ab hoie sane diserto derisus est:qui
eũ imutata una littera Caprianum uocauit:quasi q
elegans ingeniũ & meliorib⁹ rebus aptũ ad ciuiles
fabulas cõtulisset. Quod si accidit hoc ei cui⁹ eloquẽ
tia nõ isuauis est:quid tandẽ putemus accidere quo
rum sermo ieiunus est & ingrat⁹:qui neq; uim psua
dendi:neq; subtilitatẽ argumẽtandi : neq; ullã pror
sus acerbitatẽ ad reuincendũ hẽre potuerũt. Cũ hac
aũt lr̃aꝝ peritia adhibẽdũ eẽ rerũ scia3 cõstat. Nã &
lr̃æ sine rerũ scia steriles sunt & inanes:& scia rerũ q̃-
uis ingẽs si splẽdore careat lr̃aꝝ abdita quodãmodo
& obscura uidet. Quid eni pdest multa & pulchra
scire:si neq; loqui de his cũ dignitate : neq; mandare
lr̃is nisi ridicule possis. Hæc duo simul cõiuncta ue-
teres illos quoꝝ memoriã ueneramur ad celebrita-
tem nois gloriãq; ꝓuexere. Platonẽ. Democritum.
Aristotelẽ. Theophrastũ. Varronẽ. Ciceronẽ. Sene N
cam. Augustinũ. Hieronymũ. Lactantiũ. In quibus
oibus discerni uix põt maior ne scia rerũ : an peritia
fuerit lr̃arũ. Plures etiã alii pstãtib⁹ ingeniis uiri : in
uita humana hæc studia coluerũt. Eo fit ut sapiẽtia
& ueritas idoneis pconib⁹ indigeãt. Nã hæc in pri-
mis cã est cur apud sapientes & doctos & principes
hui⁹ sæculi scriptura sãcta fide careat:q ꝓphetæ cõi
ac simplici sermone ut ad populũ sunt locuti cõtem
nunt. Itaq; ab his qui nihil audire uel legere nisi ex- O
ploratũ ac disertum uolunt. nec quicq̃ inherere ani-
mis coꝝ potest:nisi quod aures blandiore sono de-
mulcet. illa uero quæ sordida uident : inepta & uul-
garia existimant. ideo nihil uerũ putant:nisi qđ au-
ditu suaue est. nihil credibile:nisi quod potest incu-
tere uoluptatem. Nemo rem ueritate ponderat sed
ornatu. Neq; uerũ est ut pleriq; qui poetas insectã-
tur aiunt:q amores & flagitia in illis dumtaxat re-
periantur. in nullis enim scriptoribus tantæ pudici
tiæ:tantæ uxoriæ disciplinæ bonarũq; rerũ exẽpla:
quanta in poetis posse reperiri constat. Quod & si
quando amores describunt quis usq; adeo habes est
ut non sciat eas res & aliud pro alio significantes in
telligat. Nonne hæc ipsa uel etiam deteriora in sa- P
cris reperiuntur libris. An non ibi Sansonis in Da-
lidam amores pene insani : & robustissimi uiri ca-
put gremio mulierculæ impositu3:& fortitudinis:

detonsis crinis. an nõ hæc poetica. an nõ flagitiosa.
Taceo filiorum Loth scelus infandũ: & Sodomitarũ
Q exterminandã obscœnitatẽ. At enim Dauid amorẽ
R in Bersabæ: & scelus in Vriã: Salomonisq; fratricidi
S um & tam numerosum cõcubinarum gregẽ: quorsum
spectare dicemus? an quia hæc mala sunt & flagitio-
sa & obscœna? Propterea negabimus sacros libros
eẽ legẽdos. nequaq̃. Nec poetæ igit͛ respuendi sunt:
quia in illis interdũ aliqua ad delectationẽ hominũ
scripta repiant͛. Equidẽ si quãdo Didonis Eneæq; a-
T mores apud Virgiliũ legimus: igeniũ poetæ admi-
rari solemus: rẽ aũt ipsam q̃a fabulosam: & aliud ꝑ
alio significantẽ nequaq̃ attẽdimus. Neq; ideo ora-
toria est ars uilipẽdẽda: q꞉ sæpenumero legim⁹ elo-
quentes uiros hoib⁹ & ciuitatibus maximã cladem
atq; pnicĩẽ intulisse. hoc non artis uitio sed eorum qui
ea abutunt͛. usu uenit: Nullæ eni tã bonæ artes sunt:
quæ abutentiũ uitio deprauari nõ possint. Nonne
quæso medicinæ iuris ciuilis & reliquarũ bonarum ar-
tiũ sciẽtia humano generi multũ necessaria est? no-
bis tñ nocere põt: siquis illis imbutus ꝑperã uti ue-
lit. Necessaria igit͛ uideri solet oratorum & poetarum
cognitio: tum ꝑpter utilitatẽ uariãq; multarũ rerũ
cognitionẽ: tum ob sermonis excellẽtissimũ nitorẽ.
Constat aũt nihil ex oib⁹ studiis eẽ quod minus no
bis tpis auferat q̃ bene dicẽdi scia. Nã & addiscitur ĩ
pueritia cũ aliis fere uacare nõ possumus: & inhæret
mẽoriæ ad rotũdã cõcinitatẽ rusticat͛ & pegriat͛ una
nobiscũ: & sine libris ultro recursat. ut uel aliud agẽs
V hoc etiã agere uideare. Hactenus de laudib⁹ Rheto
ricæ disciplinæ: qua totus hic liber ut splendor reful
get firmamẽti. Nunc de sectione libri & rerũ in ipo
cõpræhensarũ enumeratione uideamus. Et quidem
totũ hoc pene opus in duas non perperã principa-
les digessimus partes. prima nãq; pars est ꝑceptorum
& clausularũ. Secũda autoritatũ & orõnũ. Quibus
adiumẽtis omne tuũ dicẽdi genus uel breuiter uel
mediocriter uel ꝑlixe arbitratu q̃dẽ tuo poteris con
tractare. Pars etenim quæ præceptorum est q̃nquagi-
ta rhetoricæ artis præ se fert documẽta limatissima
X quæ ex clarissimorum oratorum Gasparini Barsizii per-
Y gamẽsis & Stephani Flisci Soncinensis libris recipi
mus accõmodata. In quib⁹ demonstrat͛ qua ratione
lr̃as: qua syllabas: qua etiam dictiones in oratiõe ob-
seruare debeamus: & qua deniq; tõne negligere mo
neamur: quo item ordine concinnã: splendidam ac
resonantẽ contexere: & necessariis amplificationib⁹
exaggeratã orõnẽ efficere ualeamus. Quas ꝑfecto
adornandi stili tões: ac multiplicidæ orationis in-
uentiones: per oẽs octo grãmaticæ orationis par-
tes: atq; per ipsarũ genera & species particulariter ꝑ
tractauimus: & inscripsimus diligẽter. Pars autem
quæ clausularũ est: in bina ꝑtendimus membra. Pri
mũ quidẽ mẽbrũ ex prædictorum Gasparini & Flisci
clausulis desumpsimus: & iuxta Rhetoricæ oratiõis
partes: quæ sunt Exordiũ: Narratio: Diuisio: Cõfir
matio: Cõfutatio: Cõclusio ordinauimus cõgruẽ-
ter. Reliquũ uero clausularum mẽbrũ ex clarissimorũ
Marci Tullii Ciceronis: eiusdem Gasparini Leonar
Z di Aretini: Poggii Florentini. Guarini Veronensis

Baldasaris Rasini. Francisci Philelphi. Antonii P
normitæ. Nicolai Perotti: & aliorum nostra ætate ora aa
torum. epistolarum libris accõmodauimus. Et per rubri
cas siue titulos quattuordecim noua quadã & labo-
riosa admodũ terminauimus inuẽtione: ubi sub ru-
brica de parẽthesi quam minus dotatam dedimus:
nõnulla nonnullorum poetarũ carmina Virgilii. Iuue
nalis. Persii. Ouidii. Statii. Prudentii. Valerii. Mar- A
cialis. Maximiani. Auiani. Pamphili. Tibulli. Æso- B
pi: & aliorum quæ nõnunq̃ parenthesis occupant locũ
intermediauimus q̃ rectissime. Et his primã nostri
instituti absoluimus partẽ. Nunc nunc secundã no-
stri codicis partẽ quæ ex autoritatibus cõstat: & ora
tionibus in mediũ uocare necesse est. Et quidẽ pars
autoritatũ: quæ unum & uiginti autores præ se fert
celeberrimos hoc modo in nostrã prorumpit pale-
stram. Nam in primis sunt Marci Tullii Ciceronis C
ex libris officiorum autoritates. Eiusdem de Amici
cia. De Senectute. De Paradoxis. De q̃onibus Tu- D
sculanis. De ueteri Rhetorica. & de noua. Et de de li
bris orationum eiusdem. Deinde autoritates Lactã
tii Firmiani ex nouẽ libris diuinarũ institutionum.
in quibus plus solito & ꝑfecto ꝑter spem fimbrias
dilataui: ut eẽt in quo hic liber & theologis & philo
sophis suppeditare posset. Insup Macrobii sup som
nium Scipionis & de libris Saturnaliũ eiusdẽ. Item E
Lucii Apulei de Magia. De asino aureo. De libris F
floridorum. De deo socratis: De natura deorum. De dog G
mate Platonis. Et de habitudine mundi. Item Pauli H
Orosii de Ormesta. Victruuii de architectura. Qui-
ti Curtii Ruffi de gestis Alexandri. Iulii Celsi de ge
stis Cæsaris. Item Valerii Maximi historiographi. I
Laertii de uitis & moribus phõrum. Apophtegmata
Plutarchi. Liber Augustalis Petrarchæ. Nomina de K
orum quos Romani & gentiles coluerunt. Nomia
& officia Romanorum. Liber remediorum eiusdem Pe- L
trarchæ aduersæ & ꝓsperæ fortunæ. Item ex Teren M
tii Afri comœdiis quæ sunt Andria Eunuchus. He-
autontumeromenos: Adelphis: Hechira: & Phor- N
mio familiares elocutiones. Item ex Plauti sarsina-
tis comœdiis usitatis: quæ sunt Amphitrio. Asina-
ria. Duo captiui. Curculio. Cassina. Cistellaria. Epi-
dicus. & Aulularia singulares dicendi cõmoditates.
Et ex eiusdem Plauti comœdiis inusitatis & nouiter
repertis: quæ sunt Mustellaria. Persa. Rudens. Sti-
cus. Trinumius. Truculẽtus. Miles gloriosus. Mer-
cator. Pseudulus. Pœnulus. Bachis. Menechmus:
sermones lepidissimi. Item ex tribus comœdiis ex-
traordinariis quæ sunt Philodosios. Falsus hypocri
ta. Philogenia confabulationes risu dignissime. Et O
postremo Senecæ tragici flores: qui hanc autorita-
tem partem aptissime terminant atq; claudũt. Qui P
bus itaq; præceptis clausulis & autoritatibus abso-
lutis quoniam ex eis integras dicendi possumus cõ Q
ficere orationes: non absonum existimaui ad calcẽ
nostri operis tractatum summittere orationũ: quæ
quidem orationes terdeno complectũtur numero:
& ex ordine sunt tales. In primis ad diuinissimũ Eu
charistiæ sacramentum oratio præclara. Ad sacra-
tissimum christianæ ecclesiæ doctorem beatũ Hie-

ronymű laudatio. Ad omnes artes & ſcientias com-
mendatio. Ad ſanctiſſimű dominű papam humilia
tio. Ad Cardinalē ſuarű uirtutű pdicatio. Ad plati
electionē exhortatio. Cleri ad uirtutes iuitatio. Itē
ad ſereniſſimű dominű imperatorē iucūdiſſima ſu-
ſceptio. Ad regem perſonæ alicuius cōmendatio.
Ad Marchionem perſuaſio. Noui prætoris ad offi-
cium excitatio. Eiuſdē prætoris oblatio. Pro pace i-
ductio. Pro bello cōfortatio. Item hominis ſceleſtiſ
ſimi & impuriſſimi ganeonis inuectio. Ciuitatis in
ſignis magnificatio. Clariſſimarű fœminarű ex re-
bus geſtis digniſſima recordatio: In ſpōſaliciis gra-
tulatio. In funere lamentatio. Item rectoris gimna
ſii laus atq; gloria. Eiuſdem rectoris ſummiſſio. In
actu ſcholaſtico proteſtatio: In examine ante pun-
ctorű recitationē Arenga. licentiæ conceſſio. Inſula
R rum doctrinalium petitio. Earundem collatio. Do
ctoris in collegiű receptio. In principio libri legen-
di præfatio. Beneficii accepti gratiarum relatio. Et
poſtremo operis noſtri dedicatio. Habes itaq; glo-
rioſiſſime princeps: quib9 margaritis ſpecioſiſſimis
S hoc noſtrű margaritarű relucet opus. Fabulas autē
& fictiones quæ ad rem non attinent (quoniã nul-
lum figmenti genus ueri pfeſſoribus conuenit) ad
modum dedimus paucas: aut uerius conſulto duxi-
mus prætereundas. eas etenim dedimus: per quas
ſacrarű rerű notio: ſub pio figmētorű uelamine: ho-
neſtis recta rationibus & ueſtita nominibus enűcia
tur. Eas uero poſt habuimus quæ ſolas aurium deli-
cias profitētur: quas e ſacrario ſuo nutricű cunas ſa-
pientiæ tractatus eliminat. Philoſophi nãq; cum de
ſummo deo & mente diuina loquuti ſunt: nihil pe-
nitus fabuloſum attigerűt: ſed ſiquid de his afferere
conabant: quæ nõ ſermonē tantűmodo. ſed cogita-
tionē quoq; ſuperabãt humanã. ſed ad ſimilitudies
T & exempla configerunt. O librű elegantiſſimű. O
codicē copioſiſſimű. O opus perfectiſſimű. O rem
deniq; diuinam & imortalem. quot ſuauiſſimos ſa-
les. quot fulgentiſſimas margaritas. quot flores a-
mœniſſimos. quot etiã res delicatiſſimas referentē
& mirabilē quandã & liberã ac uariã ſententiarű gra
uitatem ad oēm orationē agendã atq; exornandam
habentē conſpicimus! Nihil pfecto eſt (ut ita dixe-
rim) humanis in actionibus uarie eleganter callide
pudice continenter generoſe benigne liberaliter in-
nocenter integre amice: nihil deniq; magnifice: nihil
ſapienter: nihil cum uirtute & laude dictű factűue:
quod non a te opus exquiſitiſſimű exēplum uenari
queat. Quantű enim & decoris & dignitatis ad om
nē & orationē & uitæ cultű afferre ſoleas liber dul-
ciſſime: non eſt dicendi locus. Præſertim cű patet id
quidē & in promptu eſt intuenti. In te nãq; q̃ multa
ſunt litteris tradita: quæ ad beatæ uitæ ſtatű ſpectãt
In te ois philoſophiæ preſ: moralis ſcilicet quæ eli-
V minatã morű perfectionē docet: Naturalis quæ de
diuinis corporibus diſputat. Et rationalis quæ de i-
corporeis rebus eſt liquido cōplectuntur. In te non
doctrina ſolum admirabilis & præcipua: uerűetiam
incredibilis quædã refulget amœnitas: tum pter
determinationes pulcherrimarű quæſtionű: tum p
pter explicationes innumerabiliű pene rerű cognitu
digniſſimarű: tű deniq; pter ueterű regű & poten
tiſſimarű ciuitatű & ſapientű philoſophorű ac legű
latorű narrationes ut uel hiſtoriæ gr͞a opepreciű ſit
illa cognoſcere. In te blãda etiã uitia quæ accuſare ali
quãto facilius eſt: q̃ uitare inſerta ſunt: non quidem
ut ullű honorē recipiant: ſed cű ſeipſa cognouerint
tandē ad pœnitentiã impellant. In tuo itaq; ſinu de
licatiſſime liber ſic deliciarű copia exuberat: ut ibi ſit
quod perfectus comedat abundet: & qđ paruulus
ſugat. Ibi eſt ſimul & lactens potus. quo tenera nu-
triat infantia & ſolidus cibus quo robuſta pfectorű
iuuēt9 oium uirtutű accipiat incremēta. Ibi nec oui
bus pabula nec paſtoribus deſunt alimenta. Ibi eſt
quod omni ætati congruit. Ibi quod oi pfeſſioni cō
uenit. Et qđ tãdē! Ibi prorſus ad ſalutē bene beateq;
uiuendű conſulit uniuerſis. Ois eni ſapientia homi-
nis in hoc uno eſt ut deű cognoſcat & colat. hoc no-
ſtrű dogma eſt: hæc ſűma eſt. Tota igit pulchra es
ſpecioſa & ſuauis in deliciis tuis Margarita poetica:
Tota inquã pulchra es margarita poetica & macula
nõ eſt in te. fauus diſtillans labia tua. mel & lac ſub
lingua tua. odor unguētorű tuorű ſup oia aromata.
Laudarē amplius hanc tibi Margaritam digniſſime
præſul. niſi putarē incōcinne fieri: ut quod iudicio
tuo pbatutus es & quidē graui: id alieno pbares. Et
apud ſapientē dicat. Lauda tu parce ſi nõ uis uanus
haberi. Nã laudans ſtultus neſcit habere modű. Va- X
de nűc nűc liber optime uade inquã & peregrinare
quo te ſors tulerit. Et in primis uade ad Reuerēdiſſi
mű patrē dominű Ioãnē epm Monaſteriēſem Comi
tem Palatinű Rheni ac Bauariæ ducē illuſtriſſimű:
qui te longe melius multoq; ornatius abſoluere po
tuiſſet: ingenio quidē ſuo nobili & acutiſſimo: mul-
tarum rerum ſcientia atq; noticia cumulatiſſime re-
ferto: ſed altiori contemplationi uacans & infimis
ſublimia præferens hoc onus ſuſcipere haud cura-
uit. Si nunc tui cōmēdationē religioſiſſime antiſtes Y
proſequutus nõ fuero: ueniam mihi pro tua innata
clæmentia dabis: cum hoc uerbis conſequi poſſe nõ
ſatis confidam. Nam ſi aliorű uirtutes cum tuis uo-
luero cōparare neminē ſane reperio quē cű tua ex-
cellenti & natura & uirtute ſatis digne poſſim con-
ferre. In te quidē eſt eximia i deű ueneratio. ardētiſ
ſima in amicos beniuolentia. pfectiſſima in omnes
fides: in uita integritas: pudor: caſtitas: modeſtia: li-
beralitas: magnificentia & cæteræ uirtutes. in te de-
niq; plurimæ artes nobiles atq; egregiæ: & tandem
mens ſibi conſcia recti. ita cum omni antiquitate de
uniuerſis uirtutibus contendis: ut nihil ad decus ti-
bi nihil ad gloriã deſit: ita uiges: ita excellis: ita mor-
tales reliquos longiſſime anteis: ut quicquid agis cō
tinuo omni ex parte pfecte agis. Et quid tandē! Te
clari exornant mores: te uiuida uirtus: te decor atq;
altæ nobilitatis onus. Tu noſtrű ſidus: tu gloria no-
ſtra perēnis. Oĩa tu noſtræ iura ſalutis habes. Ac-
cipe igit accipe inq̃ princeps munificentiſſime hoc
munuſculű q̃rillű eſt: tuæ laudi tuæq; gloriæ oblatű
atq; dedicatű: quoddã mei tuam in amplitudinem
amoris præcipui pertenue monimētum: quod tãti

est quanti tu feceris. Hoc tibi quodcūq; est deuouet
autor opus. Et quotiens illius īspectādi tibi facultas
uel occasio affuerit: totiēs mei quæso ut memor eua
das. Cum hoc simul quicquid est munusculi omnia
quæ in mea manu sunt operam: studium: diligētiā:
consilium: industriam: fidem sincerā: corpus: ac de-
niq; ipm animū tuæ libens amplitudini offero atq;
ultro polliceor: quod unum habeo me unū tibi do-
no: totum do: ac dedo. Siquid aliud mihi aut maius
aut illustrius extitisset: id tuæ amplitudini q̄ libentis
sime & multo alacrius obtulissem. Sed ut Artaxer-
xes præstantissimus rex Persarum dicere solitus tra
A ditur. Non regale minus atq; humanum est in ipso
imperatore & rege accipere parua munuscula: q̄ in-
gentia munera elargiri: non sum nescius ea te eē alti
tudine animi ut longe maiora sis solit⁹ referre q̄ ac
ceperis. Nam qui sua dat largo non dat sed fœnerat
illi. Sæmina pauca iacit cōmoda multa metet. No-
lim aūt argenti mihi nolim auri qcq̄ referas: sed ma
ius quiddā mediusfidius multoq; præclarius: ut ea
quæ sunt pulcherrima dona quæ maxime delectāt
accipientem pro mea erga te fide a me poscitur: ut
æquo animo feras teipsum amem: te colā: te admi
rer & me qui te unice ueneror q̄maxime cōmenda-
tum habeas uelim: q̄uis non habeas meritoꝝ mune
ra digna. Non sis propterea reddere fessus ea. Id si
feceris: nihil prorsus mea quidē sententia ad splen-
didissimæ tuæ in me munificentiæ cumulum acces-
serit. Et accepti memores nos decet esse boni. Post
debitas nunc summi optimiq; dei ac reliquorū cæli
tum gratias: tibi in primis gratias agant: & si pote
runt referāt omnes: tuum tollant ad sidera nomē:
quandoquidē tui admonitione impulsu & præce-
pto factum est: ut hoc opus saluberrimum ad te q̄q̄
rudib⁹ pene uerbis prout ingenii mei mediocritas
tulit perscripserim: ubi satis me fecisse arbitror: & of
ficium hominis implesse liberalis: si labor meus ali-
quos ab erroribus & scientiarum & uitæ liberatos
ad cognitionem sapiētiæ: & ad cælestem (q̄q̄ nimis
prodigū sit hoc uerbum) direxerit aulā. Dicant igi-
tur cuncti: proclamēt uniuersi. Tu ualeas fœlix ceu
longo tempore fenix. Et foueat tellus uelut te pelle
uitellus. Dii te perpetuent cuncta & per sæcula lætū
Reddāt: sint uitæ stamina longa tuæ. Accipe quod
pro te lingua animoq; precer. Vt tibi dent ānos su-
peri dignissimus æuo es. Vade deinde liber elegan-
tissime ad Reuerendissimū Reuerēdosq; patres do
minū Ioannē Archiepm Treuerēsem: Sacri Roma
ni Imperii electorē: ac Cancellariū Galliæ: dominū
Georgiū episcopū Metensem, & dominū Marchū
fratres germanos: illustres Marchiones Badenses:
quibus pro imortalibus eoꝝ in me beneficiis non
minus animi simplicitatē sinceritatēq; debeo: q̄ reli
qua siqua sint mei officia. Omni enim cura: studio
ac diligentia semper ea faciā quæ uel ad eorū status
conseruationē: uel ad laudem & gloriā ac diuturni-
tatem nominis pertinebunt. Vade insup opus dul-
cissimū ad Reuerendissimū Reuerēdosq; patres do
minū Rupertū episcopū Ratisponensem: dominū
Albertū & dominū Ioannē fratres item germanos
comites Palatinos Rheni: ac Bauariæ duces illustris
simos: a quibus si unicū beneficiū accepissem: agerē
nunc gratias multis uerbis: sed sunt tot & tam am-
pla quæ in me contulerūt: ut si uerbis satisfacere ue-
lim: stultissimus sim existimandus. Itaq; non agam
eis gratias: sed semper habebo, referam uero liben-
ti animo: siquando facultas dabitur. Quicquid enī
erit quod desiderent, iubebunt: & id summo studio
exequar: omnia a me postulent & expectent: unicā
meis officiis cogitationē eoꝝ: quandoquidē ob sin-
gularia eoꝝ erga me merita: sicuti mollissimā cerā
ad omne me arbitriū tractare & flectere possūt. Va
de etiā liber grauissime ad Reuerendissimos patres
dominū Antoniū Rotenhan Bambergēsem: & do
minū Ioannē de Eych iurisutriusq; doctorē Eistetē-
sem: episcopos dignissimos. Ac ad ueneranda eorū
capitula mihi concanonicos & cōfratres uniuersos:
maiores semper obseruandos: ut meum ipsi studiū
meū laborem: meā deniq; aliquando intelligant lu-
cubrationem: Qui omni meo ingenio omni doctri
na atq; industria optimo iure quasi re quadā eis de-
bita uti possunt. Omnia enim quæ eos uelle quæq;
ad eos eorūq; eccl'ias ptiere arbitrabor: studiose dili
genterq; curabo: quæ cum fecero beniuolentiā eoꝝ
erga me imitabor: merita non assequar. Vade præ-
terea opus mirabile ad Reuerendissimū patrem sin
gularis doctrinæ uirum dominū Prothasiū ex baro
nibus de Schernaho: episcopū Olmūcēsem: Ad ma
gnificos & generosos ac nobiles uiros dominū Hē-
ricū Comitē de uerdēbegh. dominū Ortlib baronē B
de Brandiso. dominū Hottonē Truchesis de Walt-
purg sacri Romani imperii dapiferū. Et dominum
Henricū Truchesis de Bometsfelden Imperialis Bā
bergen. ecclesiæ dapiferum: ac cæteros quoscunque
Germanicæ atq; aliarum nationū uiros scholasticos
Quibus omnibus tantū debeo quātū possum: om-
niaq; pro eis bono animo faciam: quæ usui eorum
esse intellexero. Vade & merito inquam uade liber
desideratissime ad Spectabilem decretorum licētia-
tum dominum Ioannem de Eyb Onoldspacensem
& Spaltensem præpositum: ac Bambergensis Her-
bipolensis & Eistetensis ecclesiarum canonicum: mi
hi patruum & præceptorem carissimum: cui tātum
me debere existimo: quātū me persoluere difficile ē
Sed utinā daretur mihi occasio qua pro meo deside
rio possim gratias referre ac suo in me beneficio re
spondere. accumulatissime eni ei satisfacerē: sed ad p̄
sens nullā meritoꝝ partē nō mō in referēda: sed ne
cogitāda quidē gratia cōsequi possum. Vade deniq;
opus oium doctissimoꝝ uiroꝝ iudicio sūmittendū
ad clarissimū oratoriæ artis principē dominū Bal-
dazarē Rasinū mihi præceptorē optimum: qui me
per artem ut pater generauit per naturā. ut te uide-
at: te examinet: te trutinet: te deniq; ruminet: & qc-
quid ei uisum fuerit in tui cōmēdationē dicat. Cui⁹
de me amor & iudicium de te: utrum plus mihi di-
gnitatis in perpetuū: an uoluptatis quottidie sit al-
laturus nō facile dixerim. Ad hos oēs uade liber tri-
umphatissime: gaude & lætare: qn̄quidē oēs (certo
scio) magno te gaudio: maiori plausu & maxia dēiq;

lætitia ac festiuitate excipient. & ab oī canino ab ra-
bido puersorū hoium morsu defensabunt: ꝓtegent
fouebunt. Quod cū factū fuerit: nō mediocris me
lætitudo demulcebit. & nihil ꝑfecto erit qđ iucundi
us meis possit aurib⁹ īstillari. Eos ēt oēs ad te liber sa
luberrime tanq̄ ad huberrimū ac plenissimū oīs do-
ctrinæ fontē mitto: ut tui haustu atq̄ potu susceptā
uisceribus sitim sedare: ardoréq̄ restrigere possint:
fiantq̄ eis oia facilia ꝓna & manifesta: modo ne pi-
geat ad percipiendā sapiētiæ disciplinam audiendi
C uel legendi patientiā accōmodare. Vade postremo
liber patiētissime eo quidē nacto ut multas malorū
hominū obtrectationes sustineas. Multorum.n.ho
minū in manus incides: qui nimia arrogantia cōfla
ti alios lacessiunt: & ex ardescēti inuidia stimulati: oī
bus turpiter detrahunt ac animū ad impugnādum
quæcunq̄ uæhemēter conuertunt. Qui si te ut rem
prius apud alios scriptā repræhendere: & dēte suo
canino: & in rabiem uerso petulanter nimiū lacera-
re tentauerint: hos æquo uultu ut publice īsanos &
eoꝝ incursus leuiter perferas necesse est: quādoqui-
dem neq̄ nouū neq̄ insolitū est ut plures reperiant
qui demētis ac furiosi more l oēs baculo nescio quo
stultitiæ ꝑteruaq̄ iactantia temere icutiant. qui ni-
mis rigidi cēsores aut acres existimatores rerū & ho
minū existentes dum aliena carpunt pro eorū uitiis
eoꝝ ignorantiam exprimūt. Sed ne hoc opus lima
tissimū uitio dēt: neue in peiorē rapiant partē obse
cro atq̄ oro: ac moneo ut desinant maledicere: ma-
ledicta ne noscant sua: faueant: adsint æquo aio & rē
cognoscāt: neq̄ me futurum fecisse arbitrent tanq̄
aliorū uolumina cōpræhenderim: alienas ꝑceptio-
nes dederim nō meas. & ab aliis exempla desumpse
rim q̄plurima. Nā etsi hoc a me factū sit: nihil tamē
temere: nihil īpudēter egi: cū meo haud quaqua no-
mini ex aliorū laboribus libauerim laudē; ut hi face
re solent qui fugatū ab aliis fessumq̄ ceruū interci-
piunt. Vnde non furtū admisi quoniā inuito domi-
no haud quicq̄ cōtractaui: cum cuiq̄ suū dederi bo-
lum: & sub ꝓprii cōmemoratione nominis: suas cui
q̄ inscripserim disciplinas: adeo ut hi qui earum re-
rū de quibus in nr̄o opere inuētores fuerunt: cum
uenustate iam satis oibus prolati sint atq̄ cōmenda
ti. Ego aūt hoc summū esse artificiū semp censui. res
uarias & dispares in tot poematibus & orationibus
sparsas & uage disiectas in unū deligere posse: quo-
niā qui idonea queq̄ eligit: eius rei sūmus artifex sit
necesse est. Et artificium maximū eē constat in arte
sua alienis posse uti exēplis. Nā nullū iam est dictū
qđ nō dictū sit prī⁹. Nihil eni sub sole nouū: q̄re equ
um est cognoscere atq̄ ignoscere quæ ueteres facti-
tarunt si faciunt noui. de me igiť quiuis q̄libet opi-
nionē faciat: quoniā quæ scripsi ad leuationē animi
& ad ingenii exercitiū ac multoꝝ cōplacentiam scri
psi. Et apud Ouidiū de ponto diciť. Sæpe creat mol
A les aspera spina rosas: Igiť ex aliis paleas: ex istis col
lige grana. Sed ne diutius deuotissime ꝑsul & prin-
ceps humanissime auribus tuis perstrepā: iam finē:
poscit oratio atq̄ hoc opus excellentissimū. In quo
quidē prolixiorē me fuisse intelligo q̄ ab initio con-
stitueră. uerū ubi incæpi ita multa & uaria occurre-
runt scriptu dignissima: ut difficili⁹ fuit reiicere qđ
ultro se obtulit q̄ de nouo reperire. Et illud est quod
iam claudi uolumus: ut uim dicendi qua cæteris ani
mantibus maxime ꝑstamus: de qua in hoc opere ad
modū copiose uæhemēter sectemur: & colam⁹ plu-
rimū uiros prudētia & oratione insignes: ac debitis
prosequamur honorib⁹ atq̄ familiaritate nobis cō
suetudineq̄ deuincamus: cū & quod uirtutis est præ
mium & optimoꝝ principū nomen per eloquētissi
mos uiros sempiternū fiat. Et sapienter etiā ac sum
ma cū ratione prouideamus: ut honestos mores &
uirtutes a teneris imbibamus annis. Nā cū reliqua
momentanea & fugacia bona & fortunæ ludibria
sint: uirtutis profecto constans & æterna ac certa est
possessio. Non.n. ad cibū ac potū: nō ad prurientē
corporis uoluptatem quæ ipsa nobis cū pecudibus
sunt cōia: sed ad decus dignitatéq̄ nati sumus. Iccir
co nobis mens data est imortalis ac diuina: ut Imor-
talitati seruiētes dei simus q̄ simillimi. & quo pacto
propius ad deum accedimus q̄ per uirtutes. Nam si
bene & uirtuose uiuēdi cura nobis esset ut uiuēdi: in
finitos poene labores quibus stultitia æstuat huma
na tanq̄ superfluos & insanos fugiēdos lōge omit-
tendosq̄ putaremus. nunc autē omnis error noster
ab eo manat: q̄ sine proposito: sine fine uiuimus: &
non tā per callē aliquē prospectum & certum: q̄ per
oblatam nobis semitā fortuito ambulam⁹: ut sæpe
quo nostri forent gressus nec ipsi quidem sciam⁹ edi
cere: & tanq̄ tenebris obducti per deuia aberramus.
Sed aduersus hanc humani generis cæcitatē & tene-
bras opem a philosophia: hoc est a præsenti nostro
opere saluberrimo: quod fere totū uera refulget so
phia petenda esse censeo: quæ si forte dignata lumē
suū admouerit: hanc omnē: quæ nos turbat caliginē
dissipabit: uerāq̄ uiuendi uiam a fallaci discernet. Si
ergo beati eē uolumus operā demus: ut boni simus
uirtutesq̄ exerceamus: cælestia spectemus: humana
cōtemnamus: nō sermonibus uulgi nos dem⁹: nec
in præmiis humanis spem ponamus rerum nostra
rum: & sine illecebris oportet ipsa uirtus ad uerum
nos trahat decus & gloriam sempiternam. Ad quā
nos perducat qui uiuit & regnat trinus & unus per
infinita secula Amen. Laus deo Clæmentissimo.

¶ Summa Oratorū omniū Poetarū: Historicoꝝ:
ac Philosophoꝝ Autoritates in unum collectæ per
clarissimuʒ uirum Albertum de Eyb Vtriusq̄ iuris
doctorē eximiū: quæ Margarita poetica diciť: foeli
citer finē adepta est. M.cccccii. Die. vii. Septēbris.

¶ Tabula Totius præsentis operis In qua primo se offerunt Rubricæ ut sunt in voluminis ordine: Post sequuntur Autori. per alphabetuȝ designatæ Postremo iscribũtur & deorum & philosophorũ nomina cum aliis hominibus hic cõtentis.

FINIS totius tabulæ.

Registrum huius operis.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R
S T V X Omnes sunt quaterni.

Cum Gratia & Priuilegio.

Iste liber est ... [illegible] ... congregationis ... [illegible]

Lector ſuauiſſimæ quia numerus a.72.uſq; ad.81.in hoc libello inuenitur dupli catus in quinternione.k.& in quinternione.L.iccirco quando in indice libri ſeu tabula inuenies tales numeros ſi numerus mittet te ad quinternionem.L.dicetur in tabula in quin.L.ſed ſi in tabula nihil dicetur de quinternionibus tunc requires in quinternione.k.uerbi gratia. Innenies in tabula.Salomon fol.77.i.in quin.L.tūc requires in quinternione.L.& non in quinternione.k.licet ille numerus.77.reperiatur in ambobus illis quinternionibus ſed ubi reperies illū eundē numerum.77.abſq; alia aſſignatione quinternionis. Requires in quinternione k.tātummodo & ita facilius inuenire poteris quod quæres & uoles.Vale.

PRÆCIOSA HÆC Margarita In se Continet
Præcepta: Clausulas: Auctoritates: atq sententias:
memoratu dignas: ex diuersoꝝ philosophoꝝ: hi
storicoꝝ: oratoꝝ: poetarum multorūq aliorꝝ
claroꝝ uiroꝝ libris in unū Collectas: quæq
ad artem benedicendi: rectāq uidendi for
mam plurimum conducunt cum
exemplari diuersorum ora-
tionum subiunctione.